

P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX,

Secundum Editionem Westerhovianam,
cum Notis VETERUM SCHOLIASTARUM, WESTERHOVII & ALIORUM, selectis.

OPERA ET STUDIO

GUDMUNDI MAGNAEI, Islandi,
qui & multa de suo adjecit.

ACCEDIT

Index Verborum & Phrasium copiosus.



TOMUS SECUNDUS.



Cum Privilegio Sacr. Reg. Majestatis.

HAVNIAE, MDCCLXXXVIII.
Sumtibus SEVERINI GYLDENDAL.

P. TERENTII
EUNUCHUS.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. L. POSTHUMIO ALBINO L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO L. ATILIUS PRAENESTINUS TIBIIS DUABUS DEXTRIS GRAECA MENANDRU. ACTA II. a) MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI b) M. VALERIO C. FANNIO c) COSS. d)

a) Vett. fere omnes & Mſ. R. *Modulavit*. Poſteã, *Flacc. Claudii tibiis duabus dextris* &c. Et ſane alieniore loco in vulg. libb. poſita videntur. *Lindenbrog*. Atque ita ordinantur verba in Edd. Delph. & Minell. Sed pro *Duabus Dextris*, in Delph. eſt, *Dextra & ſiniſtra*.

b) Nomini Conſulis Minellius praeponit, *Edita*.

c) *Straboni*, add. Minell.

d) *Anno ab urbe condita* DXCIII. *Ante Chriſtum natum* CLIX. add. Idem & Delph.

PER-

PERSONAE.

PROLOGUS.

PHAEDRIA *adolescens, amator Thaidis.*

PARMENO *servus Phaedr.*

THAIS *meretrix.*

GNATHO *parasitus Thrasonis.*

CHAEREA *adolescens, amator Pamphilae.*

THRASO *miles, rivalis Phaedriae.*

PYTHIAS *ancilla Thaidis.*

CHREMES *adolescens, frater Pamphilae.*

ANTIPHO *adolescens.*

DORIAS *ancilla Thaidis.*

DORUS *eunuchus.*

SANCA *Centurio.*

SOPHRONA *nutrix Pamphilae.*

LACHES *senex, pater Phaedriae & Chaereae.*

PERSONAE MUTAE.

STRATO *Elephantis Indicis Praefect.*

SIMALIO, DONAX } *Ordinum ductores.*

SYRICUS *Ordinum ductor.*

SANNIO *servus atriensis.*

PAMPHILA *adolescentula.*



C. SUL-

C. SULPITII APOLLINARIS
PERIOCHA
IN TERENTII EUNUCHUM.

Sororem falſo dictitatam Thaidis,
Id ipſum ignorans, miles advexit Thraſo,
Ipſique donat. erat haec civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae puellulam
Cùm deperiret, dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: ſuadet Parmeno:
Introiit: vitiat virginem: ſed Atticus
Civis repertus frater ejus, conlocat
Vitiatam ephebo, Phaedriam exorat Thraſo.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN EUNUCHUM TERENTII.

Haec masculini generis nomine nuncupata Fabula est, EUNUCHUS: & est Palliata Menandri vetus: quam ille auctor de facto adolescentis, qui se pro Eunucho deduci ad meretricem passus est, nominavit. Itaque ex magna parta motoria est. Atque in hac Comoedia qui personam Parmenonis actor sustinet, primas habet partes. Secundae sunt Chaereae. Tertiae ad Phaedriam spectant. Hujus Prologus sane est concitatior. Nam & objicit crimina adversantibus: & comminatur in posterum: & accusatorie narrat injuriam Terentio factam: & ad ultimum tumultuose, & cum magna invidia defendit Poëtam. Haec & πρότασιν & ἐπίτασιν, & καταστροφὴν ita aequales habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. Actus sane implicatiores sunt in ea, & qui non facile a parum doctis distingui possint: ideo quia tenendi spectatoris causa vult Poëta noster omnes quinque Actus velut unum fieri, ne respiret quodammodo: atque distincta alicubi continuatione succedentium rerum, ante aulaea sublata fastidiosus spectator exurgat. Acta plane est Ludis Megalensibus, L. Posthumio, L. Cornelio Aedilibus Curulibus: etiam tunc personatis L. Numidio Posthumio, L. Ambivio Turpione: item

item modulante Flacco Claudio tibiis dextra & ſiniſtra ob jocularia, multa permixta gravitate. Et acta eſt, tanto ſucceſſu ac plauſu atque ſuffragio, ut rurſus eſſet vendita, & ageretur iterum pro nova: proque ea pretium, quod nulli ante ipſam fabulam contigit, octo millibus ſeſtertiûm numerarent Poëtae. Proverbia multa ſaepe pronuntiata, & cantica ſaepe mutatis modis exhibita ſunt. Προτατικὸν πρόσωπον nuſquam habet: ſed ſuis tantum perſonis utitur. In hac Terentius delectat facetiis: prodeſt exemplis: & vitia hominum paulo mordacius, quam in caeteris carpit. Exempla autem morum hic tria praecipua proponuntur, urbani ſcilicet, paraſiti, & militaris. Haec edita tertium eſt, & pronunciata, TERENTII EUNUCHUS: quippe jam adulta commendatione Poëtae, ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autem ex duabus Graecis una eſt Latina. Nam ex EUNUCHO & COLACE Menandri fabulis, haec EUNUCHUS Terentiana ſcripta eſt, non ſine crimine, quod multa in hanc tranſlata ſint ex multis Poëtis Latinis. quod totum per Prologum purgat atque defendit.



PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS

EUNUCHUS.

PROLOGUS.

[1] SI quisquam est, qui [2] placere se studeat bonis
[3] Quam plurimis, & [4] minime multos laedere,

[5] In

1. Attendenda Poëtae copia, quod in tot Prologis de eadem causa iisdem ferè sententiis, variis verbis utitur. *D.*

2. PLACERE SE STUDEAT.] Πλεονάζει τὸ SE. Ita And. IV. 5. 2. Sallust. Catil. 1. *Omnes homines, qui sese student praestare caeteris animalibus.* Liv. XXII. 50. *Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit.* Vesterhov.

3. Quidam intelligunt, *quam plurimis bonis.* nos intelligamus extrinsecus *plurimos*, nihil aliud posuisse nisi malos: boni enim admodum pauci sunt: ita quod dixit in numero, *plurimis*, qualitatem potius declaravit. *Eugraph.* Una voce & conjunctim scribi debet, *quamplurimis*, non divisim. — *Quamplurimi* oppoxuntur *minime multis.* Tanaqu. Faber.

4. MINIME MULTOS LAEDERE.] Ἀντίθετον πρῶτον. *Donat.* Nisi per MULTOS intelligantur *mali*, languida videbitur sententia, & ταυτωλογία laborans, quod PLACERE QUAM PLURIMIS & MINIME MULTOS LAEDERE ferè idem sit. Tum τὸ BONIS ἀντίθετον non habet, nisi τὸ MULTOS; etiam Donato observante. Vult igitur Poëta ita placere bonis, ut tamen malos minimè laedat. Appositus admodum est locus, quem dedit Farnabius ex Cic. de Republ. VI. *Et*

vero

5 In his Poëta hic 6 nomen profitetur suum.
Tum 7 si quis est, qui dictum in se 8 inclementius

vero in dissensione civili, quum boni *plus quam* multi *valent, expendendos ab his non numerandos puto.* Accius:
Bonis *probatum potius, quam* multis *fore.*
Unde & Fabrini MULTOS vertit, *i cattivi.* Firmant hanc sententiam, quae proxime sequuntur: TUM SI QUIS EST — PRIOR. Quibus verbis excusatio inclementioris dicti continetur in Poëtam veterem & malum, quem priorem laesisse, non laesum esse a se Terentius ait. Sed & οἱ πολλοὶ Graecis notant vulgus. — Caeterum quam defendimus sententiam Perizonius ad Sanct.Minerv. IV. 7. 4. *arguriorem quam veriorem* vocat, existimans id velle Terentium, se ex illis esse, qui studeant placere *bonis*, *quam plurimis possit* [*Quum diversi sint hominum etiam optimorum sensus, ac difficile sit ipsi Jovi, ut dicitur, placere omnibus.*] Verum quod pace Manium Clarissimi Doctoris mei dixerim, praeter rationes a me citatas, non videtur MINIME MULTOS, valere, *quam paucissimos.* Quod sane requirebatur, si id voluisset Terentius. *Vesterhov.* Hanc litem meam non facio: sed liquidum est, Perizonii expositionem multo simpliciorem esse alterâ. Quod autem Vesterhovio displicuit MINIME MULTOS, pro, *quam paucissimos*, non vidit, *quam*, ante *Minime*, repetendum esse. Interea concedo, altera expositione multum commendari Terentium ab animi bonitate & mansuetudine.

5. IN HIS &c.] Cum dixisset, QUISQUAM, intulit, IN HIS. ut alibi [Heaut. II. 4. 13.] Cujus *mos maxime est consimilis vestrum*, hi *se ad vos applicant.* Donatus.

6. NOMEN PROFITETUR.] Locutio vel a militibus, vel a candidatis translata. Cic. Fam. X. 31. *Ei me* profiteor *inimicum.* Vesterhov.

7. Bene, SI QUIS: cum L. Lavinium significet, ne vel ipsum a se laesum esse fateretur. *Donat.*

8. Gravius. Plaut. Amph. II. 2. 110.

Ite-

Exiſtimabit eſſe, ſic exiſtimet:
Reſponſum, [9] non dictum eſſe, [10] quia laeſit prior,
Qui [11] bene vertendo, & eas deſcribendo male,

Ex

Iterum jam hic in me inclementer dicit, *atque id ſine malo.* Veſt.

9. Non dictum esse.] Superius Dictum, participium eſt: * inferius nomen. A quo etiam *dicaces* dicuntur, qui jocoſis ſalibus maledicunt. — Heautont. [V. 1. 3. ubi tamen, *In me*, rectius legitur.] *In quem quidvis harum rerum conveniit*, quae *ſunt* dicta *in ſtultum.* Donat. * Sic Plautus Aſin. II. 4. 77.
Pro veſtris dictis maledictis *poenae pendentur mihi hodie.* Et paſſim pro opprobrio, dicto aculeato. Apud Noſtrum autem manifeſtò utrobique participium eſt, & ſubauditur *ſibi*, uti paullo ante *in ſe.* Veſterhov. Responsum, non dictum esse.] Autumat igitur Poëta, licere ſibi maledictum maledicto reponere. Et pronunciavit Veſpaſianus Imperator, *Non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile faſque eſſe.* Suet. Veſp. 9. *Veſterhov.*

10. Mſ. Bodl. Qualis prius. Et τὸ Prius eſt in Mſſ. pluſc. In Mſ. Lipſ. & aliis, Quale sit prius. barbarè. quo magis mirum, Eraſmum huic Lectioni favere. *Veſterhov.* Nihil *barbarum* video, ſi *dictum* pro nomine accipiatur.

11. Bene, pro valde. Et vertendo, in linguam Latinam transferendo. — Aut Vertendo, corrumpendo, *Donatus.* Exiſtimem, Noſtrum non ex ſua, ſed L. Lavinii ſententia, & ex opinione imperiti vulgi ita loquutum, q. d. Ita vertit bene is, qui bene ſe vertiſſe jactat, ut interim male deſcripſerit, h. e. actoribus perſonas pravè, neque ex lege dederit. Eſtque ὀξύμωρον in verbis cum ſarcaſmo junctum. Certè *deſcribere* eleganter diſtribuere notat; quod Ciceroni familiare. Sic Catil. I. 4. Deſcripſiſti *urbis partes ad incendia.* Catil. III. 4. Philipp. XIII. 5. Fam. XVI. 11. Gr. καταμερίζειν, διατάττεσθαι. Firmat ſententiam noſtram Thesaurus Lavinii, de quo mox. *Veſter-*

Ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas.
[12] Idem Menandri Phaſma nunc [13] nuper dedit.
Atque [14] in Theſauro ſcripſit, cauſam dicere
Prius

ſterhov. BENE VERTENDO, dum verba verbis reddit, DESCRIBENDO MALE, dum ſententiam obſcurius exprimit. *Paraphraſtes Delph.* SCRIBENDO (pro DESCRIBENDO), ex Lib. Bemb. & CONSCRIBENDO ex Victor. laudat Faërnus; & ſic legiſſe putat Eugraphium, dicentem: *Male ſcribit, malè verba componit.*

12. IDEM MENANDRI PHASMA &c.] Haec pro exemplo dixiſſe ſatis habet. q. d. Inde apparet, quam bene verterit, ſi Diis placet. *Veſterhov.* PHASMA nomen eſt Fabulae Menandri: in qua noverca ſuperducta adoleſcenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo ſecum habebat aſſiduè, nullo conſcio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. Cumque tranſitum intenderet ſertis ac fronde felici, rem divinam ſaepe faciens, evocabat ad ſe virginem. Quod cum animadvertiſſet adoleſcens, primum aſpectu pulchrae virginis, velut numinis viſu perculſus exhorruit: Unde PHASMA eſt nomen Fabulae. deinde paulatim re cognita, exarſit in amorem puellae: ita ut remedium tantae cupiditatis, niſi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac virginis, & ex voto amatoris, conſenſuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit Fabula. *Donat.*

13. NUPER, ex illis verbis eſt, quae veteres propter ambiguitatem cum adjectione proferebant. Nam niſi adderet, NUNC, hoc NUPER, olim, pridem, & jam [forte, *etiam*] ſignificaſſet. *Donatus.*

14. ATQUE IN THENSAURO SCRIPSIT, CAUSAM DICERE.] THESAURUM Latini veteres ſecundum Graecos, ſine N litera proferebant. Arguit *Terentius* quod *Luſcius* contra conſuetudinem litigantium defenſionem ante

Prius, [15] unde petitur, aurum quare sit suum,
[16] Quam ille qui petit, [17] unds is sit thesaurus sibi;
Aut

te accusationem induxerit. Hujusmodi enim est *Luscii* argumentum: Adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret, illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri. Sed eum agrum in quo monumentum erat, senex quidam avarus ab adolescente emerat. Servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, Thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex Thesaurum tanquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet, & sibi vendicat. Adolescens judicem capit: apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: *Athenienses, bellum cum Rhodiensibus quod fuerit, quid ego hic praedicem?* & caetera. *Donatus*. Alterum exemplum Fabulae ex Menandro malè descriptae a L. Lavinio. Sensus est: *Scripsit [Fecit] in Thesauro, eum, unde aurum petitur, prius dicere causam, quare aurum sit suum, quam ille, qui petit aurum, causam dixisset, unde sibi sit iste Thesaurus.* Vesterhov.

15. UNDE, a quo. *Virgilius* [Aen. I. 6.] *Genus* unde *Latinum*. Donatus.

UNDE PETITUR.] ICtorum formula propria est. Cui enim lis intenditur, quique in jus vocatur ab actore, hoc nomine venit. Cic. Fam. VII. 11. *Ego omnibus*, unde petitur, *hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent. Satisne tibi videor abs te Jus Civile didicisse?* Liv. L. 33. *Unde res repetuntur*. Atque adeo, *qui petit*, actor est, *unde petitur*, reus. *Vesterhov.*

16. Esset recta locutio, si diceret, QUAM PETITOREM: aut, QUAM ILLUM QUI PETIT. Sed QUAM ILLE, maluit: ut subaudiamus, *Causam dicat*, per ζεῦγμα a superiore figuratum. *Donatus.*

17. UNDE, quo nomine, seu titulo: Mox autem, *quomodo*. Tribus hisce versibus, triplici sensu hanc particulam applicuit Poëta.

Aut unde in [18] patrium monumentum pervenerit.
Dehinc, ne [19] frustretur ipse se, aut sic cogitet,

[20] De-

18. Mos prisci seculi, thesauros in monumentis sepelire: cujus exemplum nobis exhibet historia Cyri, quam affatim descripsit Arrianus Περὶ Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως Lib. VI. In illius monumento inventa fuerunt, ut pauca e plurimis referam, Καὶ στρεπτοὶ, καὶ ἀκινάκαι, καὶ ἐνώτια, χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά. Quin etiam ex iis, quae Hyrcanus atque Herodes e monumento Davidis abstulerunt, abunde apparet, quantis cum divitiis sepultus fuerit. Josephus enim Antiquit. Lib. XVI. Cap. 11. enumerat: Ἀργυρίου τρισχίλια τάλαντα, κόσμον δὲ χρυσοῦ καὶ κειμηλίων πολύν. Romanis vero legibus interdictum est, ne pecunia sepeliatur. L. 4. §. 6. ff. ad Leg. Jul. pecul. Neve etiam aurum vel ornamenta cum corporibus condantur. L. 14. §. 5. ff. de religios. Et in Fragment. XII. Tabb. Quod tamen a simplicioribus fieri Ulpianus d. l. notat. Hinc apud Scaevolam Jurisconsult. in l. fin. §. 2. ff. de auro, arg. *In testamento matronae cujusdam ita cautum fuerat: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quaecunque sepulturae meae causa feram, ex ornamentis lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis.* Lindenbrog. Huc respexit Plautus, Pseud. I. 4. 19. Ubi Pseudolus de hero suo, quem argento emuncturus erat:

Ex hoc sepulchro vetere viginti minas
Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.

Discrimina monumentorum in Priva, Communia, Hereditaria, Familiaria, alia, vide apud Kirchmannum de Funerib. Roman. III. 13. De Thesauris vero simul cum cadaveribus conditis plusculа congessit idem Lib. III. 24. *Vesterhov.*

19. Alii, FRUDETUR. Rursus alii FRAUDETUR. Mss. Lips. alter, DEFRAUDET. *Vesterhov. Frustret, fraudet.* Lindenbrog. ex Mss.

[20] Defunctus jam sum, nihil est quod dicat mihi.
[21] Is ne erret moneo, & desinat lacessere.
Habeo alia multa, [22] quae nunc condonabitur;
Quae proferentur post, si perget laedere.
Ita, ut facere [23] instituit. Quam nunc acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam Aediles [24] emerunt,

[25] Per-

20. Defunctus jam sum.] Σχῆμα διανοίας, ἠθοποιΐα, id est, omni labore liberatus sum, auctoritate jam confirmatâ & inviolabili. — Destiti periclitari in edendis Comoediis: aut certè, jam edidi quam tu reprehendis fabulam. *Donatus.* Qui rem peregit, quique proïnde ea est liberatus, *defunctus* & *perfunctus* dicitur. Sic Adelph. III. 5. 62. Phorm. V. 8. 32. Cic. pro Sext. 34. *Ut omni populari concitatione* defungerer. Idem pro Domo 17. *Equidem jam* perfunctus *sum; nullam vim, nullum impetum metuo.* Liv. II. 35. *Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius poena* defungendum *esset patribus.* Justin. I. 5. Defunctus *somnio.* h. e. liberatus malis illis, quae somnio portendi videbantur. Sic Suet. Ner. 40. Defunctus *fatalibus malis.* Unde qui omnes aerumnas sibi divinitus destinatas est perpessus, simpliciter *defunctus* dicitur. *Vesterhov.*

21. Is ne erret, moneo.] Σχῆμα, ἐπιείκεια. *Donatus.*

22. Quae nunc condonabitur.] Sic in Phormione, *Argentum quod habes, condonamus te.* Nam & *dono*, ablativo casui jungebant veteres, *condono* vero accusativo. *Donatus.* Quae in praesenti condono illi. *Farnab.* Plurimi Libb. Mss. Condonabuntur habent, quomodo malebat Jul. Caes. Scaliger, ut sit senarius claudicans: observante Vesterhovio.

23. Instituit.] H. e. Incepit. Sic Phorm. IV. 2. 14. Vide omnino Burmannum ad Quinct. Instit. Orat. I. 5. *Vesterh.*

24. Emerunt, mediam corripe. ut [Virgil. Ecl. IV. 61.] *Ma-*

[25] Perfecit, sibi ut [26] inspiciundi esset copia.
[27] Magistratus cum ibi adesset, occepta 'st agi.
[28] Exclamat, Furem, non Poëtam, fabulam
Dedisse, & [29] nihil dedisse verborum tamen:

Co-

Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Donatus.

25. PERFECIT.] Mirè, quasi difficile & illicitum. *Donatus.*

26. INSPICIUNDI.] Accuratius examinandi. Martial. VI. 82.

Quidam me modo, Rufe, diligenter
Inspectum, *velut emtor, aut lanista,*
Cum vultu, digitoque subnotasset.

Vide porro Vitam Terentii. *Vesterhov.* Spectandi. *Paraphrastes Delph.* Sc. cum ea privatim apud Aediles tentamenti gratiâ ageretur.

27. MAGISTRATUS.] Solet ferè antiquis sing. num. non de integro Collegio eorum, qui praesunt reip. sed de viris singulis usurpari. Unde quidam MSS. h. l. legunt, MAGISTRATUS—ADESSENT. Aliter tamen & Nepos Epam. 4. *Ego te tradam* Magistratui. Quo sensu & *Potestas* usurpatur Suetonio Caes. 17. & Livio. Agebantur autem privatim Comoediae apud Aediles Curules, antequam publicè agerentur. Adde Suet. Claud. 23. Virg. Aen. X. 18. Juvenal. X. 100. L. 26. de Pignor. & L. 17. §. 19. de Aedil. Edicto. Plin. H. N. IX. 8. Πολιτικὰς ἐξουσίας vocant Graeci. Vid. Valesf. ad Euseb. Hist. Eccl. IV. 1. & Gracch. Jun. ICtum *de Potestatibus.* Adde Gronov. ad Liv. XXXIV. 61. Graev. ad Justin. II. 10. 13. Cic. de Invent. II. 30. Ampliss. Bynkershoek I. 18. *Vesterh.*

28. EXCLAMAT, FUREM, — DEDISSE FABULAM, ET NIHIL DEDISSE &c.] Videtur Terentius simul cum iniquitate accusationis ridere ridiculam veteris Poëtae eloquentiam, quam captaverit hoc dicto: *Fur, non Poëta, Fabulam dedit, & nihil dedit verborum tamen.* Quodnam igitur *Furtum* illud? Persona Parasiti & Militis ex Colace ablata. Quasi personis iisdem uti non liceat, scilicet. In MS. Lips. altero, FUREM ESSE. *Vesterhov.*

Colacem esse Naevî & Plauti, veterem fabulam:
Parasiti personam inde ablatam & militis.
[30] Si id est peccatúm, peccatum imprudentia 'st
Poëtae: non qui fúrtum facere studuerit.
Id ita esse, vos jam judicare poteritis.
Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et Miles gloriosus: eas se non negat
Personas transtulisse [31] in Eunuchum suam
Ex Graeca, sed [32] eas fabulas factas prius
Latinas, scisse sese, id vero pernegat.

Quod

29. Nihil dedisse verborum.] Aut neminem fefellisse: *dare* enim *verba*, decipere est. Quia qui rem expectat, & nihil praeter verba invenit, deceptus est. Unde alibi, *Verba istaec sunt.* Et e contrario, *Rem cum videas, censeas.* Aut aliter: nihil addidisse de stilo suo *Terentium.* Donatus. Prius placet Boeclero.

30. Si id est peccatum, &c.] Πλοκὴ. Nam Peccatum superius, nomen est: & sequens, participium. Imprudentia.] Ignorantia: ut * *imprudens harum rerum.* non enim stultitia. *Donatus.* * Haec esse verba Terentii ex Eun. I. 2. 56. non autem Donati, quod ex editionibus videri poterat: bene observavit Vesterhovius.

31. In Eunuchum suam.] Ad fabulam, non ad hominem retulit. ut *Virgilius* [Aen. V. 122.]
Centauro *invehitur* magnâ. *Donatus.*

Poterat & Suum dixisse, neque ad Fabulam transtulisse. Sic Juven. I. 6.
Scriptus *&* *in tergo necdum* finitus Orestes. *Vesterh.*
Eunuchum suam.] Synthesis. *Farnabius.*

32. Ubi Fabulas dicit, *Colacem* tantum intelligit. Mirum vero videri possit, nescivisse Terentium Colacem Naevii & Plauti [Qui tamen, ex calculo Farnabii, annis prope XL. ante hanc Fabulam editam obierant.]; nisi id vult, aliam Menandri, rursus aliam Naevii & Plauti esse Colacem. Quod si sit, tanto injustior erit calumnia L. Lavinii de furto Terentii. *Vesterhov.*

Quod si personis [33] iisdem uti aliis non licet:
Quî magis licet, [34] currentes Servos scribere,
Bonas Matronas facere, Meretrices malas,
Parasitum edacem, Gloriosum Militem,
Puerum supponi, falli per Servum Senem,

[35] Ama-

33. Mſ. Lipſ. HISDEM. *Vesterhov.* Sub. *Quibus Naevius & Plautus, alii priores, usi.* Pro UTI ALIIS, Faërnus affert ex Lib. Bemb. *Huic uti.*

34. CURRENTES SERVOS.] Alii, DISCURRENTES. De ejusmodi servis vide Adelph. III. 2. 56. Heaut. Prol. 31. Phorm. I. 3. 25. Plaut. Poen. III. 1. 20. Faërnus ex Cod. Bemb. tuetur CURRENTEM SERVUM. Emphatice autem dictum CURRENTES. scilicet quia currendo multam operam praestabant heris. Unde quando venales prostabant, circum coronam solebant currere, ut suae agilitatis publicum specimen darent. Menander Ἐφεσίῳ:

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ,
νὴ τὰς θεὰς,
Ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν
ἐκδεδυκότα
Ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ
πωλούμενον.

Naevius in Agitatoria:

*Age, ne te mihi advorsari
dicas, hunc unum diem,
Demea, segnior sinam illos
esse tax pax, postea
Currentes ego illos vendam,
nisi tu viceris.*

Quas vero Terentius h. l. Fabularum personas, easdem fere & Ovidius junxit, Amor. I. 15. 17.

*Dum fallax servus, durus
pater, improba lena
Vivent, dum meretrix
blanda, Menandros erit.*

Apulej. Florid. III. de Fabulis Philemonis: *Nec eo minus* [Sc. apud Philemonem sunt.] *& leno perjurus, & amator fervidus, & servus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens, & patruus objurgator, & sodalis opitulator, & miles praeliator, sed & parasiti edaces, & parentes tenaces, & meretrices procaces.* Vesterhov.

[35] Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
[36] Nullum eſt jam dictum, quod non dictum ſit [37] prius.
Quare aequom eſt vos [38] cognoſcere, atque ignoſcere,

Quae

35. AMARE, &c.] Videntur h. l. maxime notari juvenes, quorum caeteroquin nullae eſſent partes. Scilicet hos paſſim videas AMARE conſuetudinem Venerum: ODISSE ſuos rivales; SUSPICARI de amore amicarum. *Veſterhov* ODISSE.] Quia *Odere*, non eſt Latinum. *Donatus*.

36. NULLUM EST JAM DICTUM, QUOD NON DICTUM &c.] Σχῆμα λόγȣ πλοκή. Nam DICTUM, bis poſitum: ut ſuperius PECCATUM, diverſa ſignificat. *Donatus*. Hunc locum Terentii laudat Hieronym. in Eccleſiaſt. Cap. I. ad illa verba: *Quid eſt, quod fuit? ipſum quod erit.* [*Et quod factum eſt, ipſum quod fiet. Et non eſt omne recens ſub coelo.*] *Huic quid ſimile ſententiae & Comicus ait:* NIHIL EST JAM DICTUM, QUOD NON SIT DICTUM PRIUS. *Unde praeceptor meus Donatus, cum ipſum verſiculum exponeret; Pereant, inquit, qui ante nos noſtra dixerunt,* &c. *Lindenbrog*. Qui laudata Donati verba excidiſſe ex ejus Commentariis autumant, falli mihi videntur, quod non ſcripſiſſe ea, ſed dixiſſe in Terentio exponendo teſtatur Hieronymus. Patet *autem* omnino, Terentium, poſtquam ſingularia multa enumeraſſet, quae non minus ſui, quam veteris aevi Scriptoribus liceant, tandem generale quoddam ἀξίωμα addidiſſe, dicendo, DENIQUE, NULLUM EST JAM DICTUM, QUOD NON &c. *Veſterhov*.

37. Illa JAM & PRIUS valent, *nunc* & *olim*. Sic infra II. 2. 15. Horat. Carm. II. 4. 2.

prius *inſolentem*
Serva Briſeis niveo colore
Movit Achillem.

Unde & *priores* dicti majores. Phaed. IV. 19. 16.

Abiturus illuc, quo priores *abierunt.* Veſterhov.

38.

Quae veteres factitarunt, si faciunt novi.
[39] Date operam, & cum silentio [40] animadvertite,
Ut pernoscatis, quid [41] sibi Eunuchus velit.

38. COGNOSCERE, ATQUE IGNOSCERE.] Σχῆμα λόγȣ, παρόμοιον. *Donat.* COGNOSCERE, examinare Fabulam auscultando. Sic And. Prol. 24. *Morem* sive *materiam Comicorum* subaudit Minell.

39. DATE OPERAM.] Locutio e foro Romano petita. Judices enim causam attentius considerantes proprie *operam dare* dicebantur. Cic. Verr. II. 29. *M. Petilium, equitem Romanum, quem habebat in consilio, jubet* operam dare, *quod rei privatae judex esset.* Inde adeo dicitur de quibusvis diligentius rem agentibus. Sed & alteri *operam dare* dicimur, quando ejus negotia curamus. Infra II. 2. 50. *Vesterhov.* Discipulus quoque *operam dare* magistro dicitur. Cic. Quaest. Academ. 4. *Cum Heraclitum studiose audirem contra Antiochum differentem, & item Antiochum contra Academicos,* dedi Antiocho operam *diligentius, ut causam ex eo totam cognoscerem.*

40. Nos ἐλλειπτικῶς dicimus *Advertite*, quod veteres plenè, ANIMUM ADVERTITE. Donatus. Alii, *Animum attendite.* Vesterh.

41. Ἀρχαϊσμός, VELIT SIBI. ut alibi, *Nam proh Deum atque hominum fidem, quid vis tibi,* &c.? *Donatus.*

ACTUS PRIMI
SCENA PRIMA.
PHAEDRIA, PARMENO.

Ph. [1] QUID igitur faciam? [2] non eam? ne nunc quidem,

 Cum

1. *In hac* προτάσει *exemplum proponitur, quam non suae potestatis sit, qui amat: quam sapiat, qui non amat,* ne-

Cum arceſſor ultro? an potius ita [5] me comparem,
Non perpeti [4] meretricum contumelias?

[5] Ex-

neque aliter affectus eſt. Donatus. Quid igitur faciam?] Διαλογισμὸς; σχῆμα διανοίας. Apparet & multa tacitum cogitaſſe adoleſcentem, & tandem in haec verba prorupiſſe. *Igitur*, pro deinde. ut *Plautus* in Amphitruone [I. 1. 54.]:

Sin aliter ſient animati, neque dent, quae petat:
Seſe igitur *ſumma vi virisque eorum oppidum expugnaſſere.*

Menander, εἶτα τί ποιήσω. *Donatus.* Quid igitur faciam?] Formula dubitantis, quid conſilii capiendum ſit in re dubia. Hec. IV. 1. 1. Citat locum Cicero Nat. Deor. III. 29. omiſſis quibusdam. Citat & Quinctilianus Inſtit. Orat. IX. 2. & 4. Horatius integrum expreſſit, Serm. II. 3. 259. ſeqq.

amator
Excluſus quî diſtat? agit ubi ſecum, eat; an non,
Quò rediturus erat non arceſſitus: & haeret
Inviſis foribus: ne nunc, eum me vocat ultro,
Accedam? an potius mediter finire labores?
Excluſit. revocat. redeam? non, ſi obſecret. &c.
Et Perſius Sat. V. 172.
Quidnam igitur faciam? ne nunc, quum arceſſat, & ultro
Supplicet, accedam?
In eandem ſententiam Dido apud Virgil. Aen. IV. 534.
En, quid agam? &c.
Quod Donatus [ad hunc locum Terentii.] *Heu, quid agam?* expreſſit forte rectius, ut major ἀπορίας ſit vis. *Veſterhov.*

2. Non eam?] Ita diſtinxi [notâ quaeſtionis, pro commate], ſequutus auctoritatem Valerii Probi, veteris Terentii interpretis, quem laudat Donatus. Pro vulgata tamen diſtinctione facere videtur locus And. I. 2. 30. *Veſterhov.*

3. Conſtituam. ut, *Quam iniquè comparatum eſt.* Donatus. Inſtituam, parem. quod uſitatius. Infra II. 2. 9. Hec. I. 1. 11. *Veſterh.* Horatius locô modò ſcripto, per *mediter* expreſſit.

4.

[5] Exclusit: revocat. redeam? [6] non, si me [7] obsecret.
Pa. Si quidem hercle possis, nihil [8] prius, neque fortius:
Verum si [9] incipies, neque [10] pertendes [11] naviter:

Fff 3 [12] At-

4. Meretricum.] Invidiosè, quum de una Thaide sermo sit. Quem loquendi modum non esse Graecismum, sed plusculis linguis familiarem, rectè observat Muretus. *Vesterhov.*

5. Exclusit. revocat.] Utrumque injuriam fecit ex verbo, dicendo, Exclusit potius quam, *non admisit.* &, Revocat potius, quam, *petit ut redeam*, quod erat moderatius. *Donatus.* Exclusit.] Intrare, vel redire prohibuit. Cic. Fam. XIV. 3. *Ejicere nos magnum fuit*, excludere *facile est* Idem Catil. I. 4. Exclusi *eos, quos tu mane ad me salutatum miseras.* Suet. Oth. 3. *Ipsum etiam* exclusisse *quondam pro foribus stantem.* Vesterhov.

6. Non, si.] Eleganter, pro, *non, etiamsi.* Cic. Fam. XI. 10. Non, si *Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem.* Virg. Aen. V. 17.

non si *mihi Jupiter auctor*
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere coelo.

Heaut. III. 1. 43. [& V. 4. 12. seqq.] *Vesterhov.*

7. Bene de ea, quae totum protervè agens; *exclusit* & *revocat*: non petat, nec roget, nec oret, sed *obsecret*, inquit: quod horum omnium in majorem partem est ultimum. *Donatus.*

8. *Prius* modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. *Donatus.* Praestantius. Vide infra III. 5. 19. *Vesterhov.*

9. Incipies.] Vide Servium ad Virg. Aen. I. 37. *Vesterhov.*

10. Georg. Fabritius & Lindenbruchius ex Charisio laudant, Pol tendes. Mss. Lips. Graev. Perficies. Quod Plauto *efficere* est, Truc. II. 5. 12. & 16. Ovid. Arte Am. I. 389.

Aut non tentaris, aut perfice.

Propert. II. 15. 17.

Quod si pertendens animo vestita cubâris

Scissa

[12] Atque ubi [13] pati non poteris, cum *. nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam venies, [14] indicans
Te amare; & [15] ferre non posse: [16] actum est! ilicet!
Pe-

Scissa veste meas experiere manus.
Sic Heaut. V. 5. 9. Est vero *pertendere* rem arduam ad exitum perducere. *Vesterhov.*

11. NAVITER.] A navi ductum, a qua in alto nullum diversorium est. *Donat.* Quod Donatus & Festus NAVITER à *navi* deducunt; in eo falluntur. γένναιος est *gnavius; navus*. γενναίως *gnaviter. naviter.* Vesterh.

12. ATQUE.] Valet h. l. statim, continuò. Virgil. Georg. I. 203
Atque *illum in praeceps prono rapit alveus amne.* Vesterhov.

13. PATI NON POTERIS.] Sic mox versu 9. ET FERRE NON POTES. Sub. desiderium Thaidis; vel, simpliciter, durare non poteris. Sic Hec. I. 2. 108. Ovid. Metam. X. 25.
Posse pati *volui.* Vesterhov.

* QUUM NEMO EXPETET.] I. e. Thais nulla expetet te. Atque huc pertinet, quod mox sequitur, ULTRO &c. h. e. non expetitus, non desideratus. Certè τὸ NEMO de mulieribus etiam Plautus usurpavit, Cas. II. 2. 12.
Nam vicinam neminem amo merito magis, quam te. Vesterhov.

14. INDICANS TE AMARE.] *Re* non verbis indicans. ut alibi, *Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.* Donatus. *Re*, initio h. Notae apposuit Vesterhovius, quod excidisse probabile est, propter praecedens, AMARE.

15 FERRE NON POSSE.] Eleganter absolute, sub. desiderium. Cic. Tusc. II. 17. *Subduc cibum unum diem Athletae: Jovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit*, Ferre non posse, *clamabit.* Fam. XIV. 4. *Conficior lacrumis, sic ut* ferre non possim. *Vesterhov.*

16. ACTUM EST! ILICET! PERISTI!] De jure translatum. ILICET.] Semper

Perifti! [17] eludet, ubi te [18] victum fenferit.
Proin tu, dum eft [19] tempus, [20] etiam atque etiam
cogita,
Here. [21] quae res in fe neque confilium, neque modum
Habet ullum, eam [22] confilio regere non potes.

per in fine tranfactae rei ponitur. PERISTI.] Ὑπερβολή. ILICET.] De judicio. PERISTI.] De fupplicio. *Donatus.* ACTUM EST! ILICET!] Formulae Comicae in rebus defperatis. Ufi ea (forte *hac*, nempe *Ilicet*.) veteres vel in judiciis, fententia pronuntiata, vel in funeribus efferendis. Vide Donat. ad Phorm. I. 4. 31. Serv. ad Virg. Aen. II. 424. Briffon. de Formul. Lib. V. & Lib. VIII. Kirchmann. de Fun. Rom. III. 9. Mf. Graev. ACTUM ILICO EST. *Vefterhov.*

17. *Eludere* proprie eft ictum vitare, quod fit arte & dolo. Unde & pro decipere ufurpatur. Locutio tracta a gladiatoribus, qui que arma tractant. *Vefterh. Eludere* Donato, proprie eft gladiatorum, cum vicerint.

18. VICTUM.] Proprie. Vide, quae mox de Amore Parmeno ἀλληγορεῖ. *Vefterhov.*

19. Occafionem intelligit. Sic And. III. 3. 24. *Vefterhov.*

20. ETIAM ATQUE ETIAM.] Hae particulae Ciceroni in deliciis fuere, pro, maximo opere, quod & *vehementer etiam atque etiam* dixit. *Vefterhov.*

21. QUAE RES IN SE NEQUE CONSILIUM, NEQUE MODUM &c.] H. e. Quae nec prudentia ulla adminiftrari, nec ullis finibus circumfcribi poteft. Horat. Carm. III. 4. 66.

Vis confili expers mole ruit fua.

Virgil. Ecl. II. 68.

quis enim modus adfit amori?

Vefterhov.

22. CONSILIO REGERE NON POTES.] Expreffa e Menandri Confobrinis:

Φύσει γαρ ἐς' ἔρως
Τοῦ νουθετοῦντος κωφὸν,
ἅμα δ' οὐ ῥάδιον
Νεότητα νικᾶν ἐςι, καὶ
Θεον λόγω.

P.

[23] In amore haec omnia insunt vitia: injuriae,
Suspiciones, inimicitiae, [24] induciae,
Bellum, pax rursum. * Incerta haec si tu [25] postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut [26] cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
[27] Egone illam? quae illum? quae me? quae non?
[28] sine modo,
[29] Mori

P. Syrus:
Amare & sapere vix Deo conceditur.
Senius Augurinus apud Plin. Lib. IV. Epist. 27.
I nunc, qui sapias, amare noli. Vesterhov.
Horatius, loco ad versum primum h. Sc. adducto:
ratione modoque
Tractari non vult.

23. Integrum locum laudat Cicero Tusc. IV. 35. Plautus ad eundem modum, Merc. Prol. 18. usque ad 28. IN AMORE INSUNT.] Sic Adelph. V. 3. 35. Quinctil. Instit. Orat. II. 17. *Vesterhov.* INJURIAE, jurgia, contumeliae. *Minell.*

24. INDUCIAE, sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium praebeant. *Donatus.* INDUCIAE.] Possint videri dictae ab *inducendo*, quia cessatio quaedam ab armis inducitur. Gr. Ἐκεχειρία quasi ἐχεχειρία, παρὰ τὸ ἔχειν τὰς χεῖρας. Alias origines & definitiones vide apud Gell. I. 25. *Vesterhov.*

* Eleganter haec expressit Horatius, l. cit.
haec si quis tempestatis prope ritu
Mobilia, & coeca fluitantia sorte laboret
Reddere certa sibi, nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione modoque.

25. Id est, si velis, vel coneris. *Donatus.*

26. CUM RATIONE INSANIAS.] Ὀξύμωρον, quale illud: ὁ νοῦς ὁ δ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει. Item illud: καὶ μαίνομαι, κ' οὐ μαίνομαι. *Vesterhov.*

27. Familiaris ἔλλειψις ira-

[29] Mori me malim: [30] sentiet qui vir siem.
Haec verba, una mehercle [31] falsa lacrymula,
Quam [32] oculos terendo [33] misere, [34] vix vi expresserit,

irascentibus, nam singula sic compleutur, — ILLAM *non ulciscar?* QUAE ILLUM *recepit?* QUAE *exclusit* ME? QUAE NON *admisit?* Etenim necesse habet, nec potest complere orationem, qui & secum loquitur, & dolore vexatus. *Donatus.* Priscianus Instit. Lib. XVII. ita explet: EGONE ILLAM *dignor* (an *digner?*) *adventu meo?* QUAE ILLUM *praeposuit mihi?* QUAE ME *sprevit?* QUAE NON *suscepit heri?* Vesterhov.

28. Formula comminantis. Sic infra IV. 6. 1. & Hec. IV. 4. 85. ubi vide Donatum. Plaut. Pseud. I. 2. 86. Ennius:

Malo, hercle, magno suo convincat. sine modo. *Vesterhov.*

29. Vide infra IV. 7. 2. & Phorm. V. 7. 63. Plaut. Asin. IV. 2. 1. *Vesterhov.*

30. H. e. Damno suo experietur. estque verbum in comminando usurpatum. Adelph. I. 2. 59. Cic. Catil. II. 12. Sentiet, *in hac urbe esse Coss. vigilantes.* Phaed. V. 2. 9.

jam curabo, sentiat *Quos attentarit.*

Ovid. Metam. XIII. 864. Sentiet, *esse mihi tanto pro corpore vires.*

Dixit autem QUI, pro, qualis & quantus. Sic infra III. 5. 42. Phaed. I. 13. 6.

O qui *tuarum, corve, pennarum est nitor!* Vesterh.

31. *Lacrimas ad ostentationem doloris paratas* dixit Petronius cap. 17. *Vesterhov.*

32. Sueton. de Clar. Rhet. cap. 5. Par oculorum *in amicitia Marci Antonii Triumviri* extrisse *se, ajebat.* ubi vulgo, extitisse. Ms. Mark. OCULOS TERGENDO. MISERE. *Vesterhov.* QUAM OCULOS TERENDO MISERE, &c.] Totum sensum verbis significantibus protulit: ut [Virg. Ecl. III. 27.],

Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Donatus.

33. Ms. Traject. c. edit. Veneta 1490. & paucis aliis, MISERA [i. e. Miseram se assimulans, aut praedicans.] *Vesterhov.*

34.

Restinguet: & [35] te ultro accusabis: & [36] dabis ei
Ultro supplicium. *Ph.* O indignum facinus! [37] nunc ego &
Illam scelestam esse, & me miserum, sentio:
Et taedet: & [38] amore ardeo: & [39] prudens, sciens,
[40] Vivus,

34. Sic *Virgilius* [Aen. II. 196.]
captique dolis lacrymisque coactis. *Donat.*
Ovid. Metam. VI. 628.
Invitique oculi lacrymis maduere coactis.
Juven. Sat. XIII. 133.
vexare oculos humore coacto.
De *Lacrymarum muliebrium dolis* cavendum sancit Ovidius, Remed. Amor. 689.
Neve puellarum lacrymis moveare, caveto.
Ut flerent, oculos erudiere suos. Vesterhov.

35. TE ULTRO ACCUSABIS.] H. e. Culpabis, reprehendes. Hec. II. 1. 8. & IV. 4. 95. Cic. Offic. III. 23. *Quid, si tyrannidem occupare, — conabitur pater? silebitne filius? Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit; minabitur etiam.* Vesterhov. ACCUSABIT, quinque MSS. Vesterhovii, & unus Boecleri, habuerunt: at altera lectio elegantior videtur. Vesterhovio, quod praecesserit, *Ultro venies;* & sequatur, *dabis ultro supplicium.*

36. DABIS EI — SUPPLICIUM.] Observat Hieronymus Homilia LXIV. in Matth. ita abusas meretriculas amatorum patientia, ut vel propter levissimas offensiunculas colaphis os caederent, & despuerent, sed & sandalio capita commitigarent. Vide infra V. 8. 4. *Vesterhov.*

37. NUNC.] Id est, sero. ut *Virgil.* [Ecl. VIII. 43.] Nunc *scio quid sit amor.* Donatus.

38. AMORE ARDEO.] Varie eandem rem extulerunt: Virg. Ecl. II. 68.
Me tamen urit amor.
Idem Aen. IV. 66.
Est mollis flamma medullas.
Et Aen. VIII. 388.
ille repente
Accepit solitam flammam: notusque medullas
Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit.

Horat.

[40] Vivus, vidensque pereo: nec quid agam, scio.
Pa. Quid agas? nisi ut [41] te redimas captum quam queas
Minimo: si nequeas paululo, at [42] quanti queas.
Et,

Horat. Carm. I. 13. 8.
Quam lentis penitus macerer ignibus.
Et. I. 19. 5.
Urit me Glycerae nitor. Vest.

39. PRUDENS est, qui intelligentia sua aliquid sentit. SCIENS, qui alicujus indicio rem cognoscit. *Donatus.* PRUDENS, SCIENS.] Formulae speciem habent. Cic. pro Marcello, 5. Prudens; & sciens *tanquam ad interitum ruerem voluntarium.* Fam. VI. 6. *Ut in Fabulis Amphiaraus,* sic ego prudens & sciens *ad pestem ante oculos positam sum profectus.* Suet. Ner. 2. *Qui id* [venenum. sc.], *sibi* prudens, ac sciens *minus noxium temperasset.* Vesterhov.

40. VIVOS, quasi sapiens & sentiens. — Bene addidit VIDENS, nam VIVUS perit, qui etiam dormiens opprimitur: VIDENS autem qui vigilans vim patitur & perit. Nam *videre*, pro vigilare posuit, ut etiam *Virgilius* [Ecl. VI. 21.] quum de silentio [corr. *Sileno*] dicit, *jamque videnti*
Sanguineis frontem moris ac tempora pingit. Donatus. VIVUS VIDENSQUE.] Locutio a Graecis desumta: Homer. Iliad. A. 88.
Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.
Quisquam me vivo & terram intuente.

In quibus verbis esse ἐπεξήγησιν observat exemplis Graecis & Latinis J. Scherpezelius. Adde Cic. pro Sext. 27. Vivus, *ut ajunt, est*; & videns. *Vesterhov.*

41. TE REDIMAS CAPTUM.] Metaphora ab iis, qui in hostium sunt potestate. Ovid. Remed. 229.
Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes. &c. *Vest.*
CAPTUM.] *Sallustius.* [Jug. 1.], *Sin captus pravis cupidinibus.* Perseveravit in translatione, quam * jamdudum sumsit a bello. *Donatus.* *. Respice versus 8. 10. 14. 15. 16. *Vesterh.*

42. QUANTI.] Studiô variavit, poterat enim dicere *quanto*, quae constructio usitatior. Vide tamen Fabri Thesaur. in. *Redimere.*

Et ne te afflictes. *Ph.* Itane suades? *Pa.* Si sapis:
[43] Neque, praeterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas, quas habet, recte feras.
Sed ecca ipsa egreditur, [44] nostri fundi calamitas.
[45] Nam quod nos capere oportet, haec [46] intercipit.

43. NEQUE PRAETERQUAM QUAS IPSE AMOR MOLESTIAS HABET, &c.] Mss. Graev. Edd. Tarvis. & Med. PRAETER QUAS. Haec levi immutatione ex Eunucho Menandri expressa.

Μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγε τῷ πράγματι
Χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς ἀναγκαίους φέρε. *Vest.*

44. NOSTRI FUNDI CALAMITAS.] Proprie *calamitatem* rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem. *Donatus.* Elegans Allegoria. Amplius etiam dixit Plautus Epid. II. 2. 42.

Quasi non fundis exornatae
multae incedant *per vias.*

h. e. Omni pretio fundorum ab amatoribus venditorum. Cic. Verr. I. 38. *Per omnes partes provinciae te, tanquam aliquam* calamitosam tempestatem, *pestemque pervasisse.* Et pro Domo 53. *Tu, procella patriae, turbo, & tempestas pacis atque otii.* Amator autem *fundus* dictus, quod instar fructuosissimi praedii plurima funderet. Plaut. Truc. IV. 2. 15.

Solus summam habet hic apud
nos, nunc is est fundus
nobis.

Ceterum Donati interpretationem vocis *Calamitas* contra Nannium περὶ τῆς καλαμαίας (locusta) accipientem, defendit J. Fr. Gronovius, Observ. III. 9. *Vesterhov.*

45. Ms. Lips. JAM. CAPERE.] Verbum proprium de reditibus vectigalium aut patrimonii. Infra III. 1. 59. Cicero Paradox. VI. 3. Capit *ille ex suis praediis sexcenta sestertia.* Sueton. de illustrib. Grammaticis cap. 23. *Quanquam ex schola quadragena annua* caperet. Plaut. Pers. I. 1. 41.

quia si egomet totus ve-
neam, vix recipi *potesse,*
Quod tu me rogas. Vesterh.

46. INTERCIPIT.] proprie, quasi totum capit. *Plautus* in Aulularia [III. 6. 22.
Sed

Sed legendum priori verſu *Scatet;* poſteriori *Fontem Pirenem.* VideTaubm. *Voſt.*] *Quae mihi* interbibere *ſola, ſi vino ſcateat,*
Corinthienſem fontem & Pyrenaeum poteſt. Donat.
Sunt, qui Donatum ſequuti *intercipere* totum capere explicant. Videtur autem potius eſſe id capere, quod ad alterum deſtinatum erat. quomodo literae paſſim dicuntur *intercipi.* Plaut. Amphitr. I. 1. 169.
Me. *Vox mihi ad aures advolavit.* So. *Nae ego homo infelix fui,*
Qui non alas intervelli.

Sub. priusquam ad aures advolaret. Geminus noſtro locus eſt apud Ovid. Metam. VIII. 290. de apro:

Is modò creſcenti ſegetes proculcat in herba;
Nec matura metit fleturi vota coloni;
Et Cererem in ſpicis intercipit.

Et Metam. XV. 111.

prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia ſemina pando
Eruerit roſtra, ſpemque interceperit anni. *Veſterhov.*

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

THAIS. PHAEDRIA. PARMENO.

Th. MISERAM me! vereor, ne illud gravius Phaedria
Tulerit, neve [1] aliorſum, atque ego feci, acceperit;
Quod

1. ALIORSUM ACCEPERIT.] In contrariam partem interpretatus ſit. Sic And. II. 2. 24. Adelph. I. 2. 20. Plaut. Aul. II. 4. 8.
Atqui ego iſtuc, Anthrax, aliovorſum dixeram,
Non iſtuc, *quod tu inſimulas.*
Infra V. 2. 37.
in eam partem accipio*que & volo.*
Adelph. IV. 3. 15. Phaed. III. 8. 8.
Accipiens, *quid enim? cuncta* in contumeliam. *Veſterh.*

Quod heri intromissus non est. *Ph.* Totus, Parmeno,
[2] Tremo, horreoque, postquam aspexi hanc. *Pa.* Bono animo es:
[3] Accede ad ignem hunc, jam calesces [4] plus satis.

Th.

2. TREMO, HORREOQUE.] Ex amore nimio. Nimius ignis, effectum frigoris reddit: & ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod Physici ajunt. hinc & *Virgilius* [Georg. I. 93.]

Aut Boreae penetrabile frigus adurat.

TREMO HORREOQUE, POSTQUAM &c.] Natura magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimiae febres. *Donatus.* TOTUS TREMO, HORREOQUE.] Metaphora a Febri desumta, quae quando cum intensissimo frigore accedit, horror vocatur. Cic. Att. XII. 6. *Atticam doleo tam diu. Sed quoniam jam sine* horrore *est, spero esse, ut volumus.* Celsus Lib. III. cap. 3. *Aliae* [Febres quotidianae] *protinus a calore incipiunt, aliae a frigore, aliae ab* horrore. *Frigus voco, ubi extremae partes corporis inalgescunt:* horrorem, *ubi* totum *corpus* intremit. *Tremor* vero & *tremere*, sed & *horror* & *horrere* de maximo pavore usurpantur. Virg. Aen. II. 120.

Obstupuere animi, gelidus*que* per ima cucurrit
Ossa tremor.

Horat. Carm. I. 23. 8. de hinnulo:

Et corde & genibus tremit. Vesterhov.

3. ACCEDE AD IGNEM HUNC.] Potius [*aptius.* Msf. Boend. & Ed. Du. B. *Vest.*] IGNEM meretricem accipimus, quam aram Apollinis: vel quia amator uritur. Ut *Virgilius* [Ecl. III. 66.]

At mihi sese offert ultro meus ignis *Amyntas.*

Vel quia avida & avara est, ut ignis alimentorum. *Donatus.* Sentio cum Donato; primo quod solet jocari Parmeno in re seria, sic infra II. 3. 86. Tum quod amantes vocare *ignes* amicas suas solebant, sed & delicias. Ovid. Heroid. XVI. 102.

Ardebam, quamvis hic procul ignis *erat.*

Apulej. Metam. II. Verba Photidis: *Quam procul a meo*

fo-

Th. Quis hic loquitur? ehem, tun' hic eras, mi Phaedria?
* Quid hic ſtabas? cur non recta introibas? *Pa.* Caeterum
De excluſione verbum nullum. *Th.* Quid taces? *Ph.* [5] Sane, quia vero hae mihi patent ſemper fores:
Aut quia ſum apud te primus [6]. *Th.* [7] Miſſa iſtaec face.

Ph.

foculo diſcede: nam ſi te vel modice meus igniculus *afflaverit, ureris intime.* Verè Artemidorus II. 8. Οὐδὲν οὕτως τὰ σώματα θερμαίνει, ὥσπερ πῦρ καὶ γυνή. Eugraphius Menandrum laudat aperte dicentem, meretrices juxta domum ſuam vel in atrio ſolitas habere aram Veneris vulgariae, cui quotidie ſacrificarent. Credit porro jocantem ſervum intelligere *ignem* illius arae. *Veſterbov.* Ex Eugraphii interpretatione, major vis comica inerit verbis Parmenonis, meo quidem ſenſu.

4. Plus satis.] Novè, ſed intelligitur *quam*, id eſt, plus aequo. ut alibi [Heaut. I. 2. 24.]

Quam ne quid in illum iratus
plus ſatis *faxit pater.*

Hoc quidam putant. at mihi de his videtur eſſe, quae a veteribus geminabantur: ut, *Plerique omnes*, hoc eſt, omnes. *Donatus.*

* Quid hic stabas?] Formula invitandi in aedes. Sic Geneſ. XXIV. 31. *Veſterbov.*

5. Tolle, Sane & vero, & pronuntiandi adjumenta vultumque dicentis: & in verbis non negatio, ſed confeſſio eſſe credatur. Nam Vero, ironiae convenit. ut *Virgilius* [Aen. IV. 93.].
Egregiam vero *laudem* &c. *Donatus.*

Scabrum hunc Donati locum eſſe putavit Veſterhovius; & ita reſtituit ope Mſ. Hulſt. & edd. vetuſt. *Tolle* Sane. *&* Vero *ad pronuntiandi adjumentum, vultumque dicentis illatum eſt. ut in verbis* &c. Mihi plana videntur verba Donati, ita ut hac reſtitutione non fuerit opus.

6. Subauditur, *Non recta introii.* Donatus.

Ph. Quid missa? o Thais, Thais, [9] utinam esset mihi
Pars aequa amoris tecum, ac pariter fieret,
[10] Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet:
Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.
Th. [11] Ne crucia te, obsecro, anime [12] mi, mi Phaedria.

[13] Non

7. Missa istaec face.] Bene intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter, & osculum porrigente dici accipit. *Donat.* Hoc est possidere genium Autoris sui.

9. Utinam esset mihi pars aequa amoris Tecum.] H. e. Aequalis. Ovid. Heroid. XV. 163.

quoniam non ignibus aequis Ureris.

Theocrit Idyll. XII. 10.

Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες
Νῶϊν.

Utinam pares adspirent ambobus Amores.
Nobis.

Si vero *aequa pars amoris* non *esset* utrinque, Cupidinem accusabant. Anthol. VII. 139.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρως ἴσα τόξα τιτάνεις
Εἶ Θεός. εἰ δὲ ῥέπεις πρὸς μέρος, οὐ θεός εἶ.
Vesterhov.

Haec & seqq. sic reddit Paraphrastes Delph. *Utinam mutuo amore mihi responderes; fieretque, ut injuriae, quam mihi fecisti, memoria te aeque ac me cruciaret; aut* [si te nihil cruciat] *nihili eam aestimarem.*

10. Ut aut &c.] Si ambo amaremus. *Donatus.* Geminum Aut [Phaedriae] non facit δίλημμα, sed copulat. Esto igitur sensus alterius [sequentis] versus: ut ego istuc factum abs te aequo animo ferrem, si scirem, illud itidem dolere tibi, ut mihi dolet. *Vesterhov.* Quam verè, dispiciant, quibus vacat.

11. Ne crucia te.] Haec nisi amplectens adolescentem mulier dixerit, videbitur, Ne crucia, sine affectu dicere.

[13] Non pol, quo quemquam plus [14] amem, aut plus diligam,
Eo feci: sed [15] ita erat res: faciundum fuit.
Pa. [16] Credo, ut fit, misera prae amore exclusti hunc foras.
Th. Siccine ais, Parmeno? [17] age! sed huc qua gratia

Te

cere. Sed sic dicet, NE CRUCIA TE, eo gestu, quasi in eo etiam ipsa crucietur: nam ideo subjecit, ANIME MI, hoc est, animus meus. *Donatus.*

12. ANIME MI, MI.] Vult *Terentius* velut peculiare verbum hoc esse Thaidis. ideo totiens dictum est, *Tune hic eras, mi Phaedria? Ne crucia te, obsecro, anime mi, mi Phaedria.* Donatus.

13. NON POL &c.] Hoc totum nimis blandè, & cum contrectatione adolescentis, dicit meretrix. *Donatus.*

14. AMEM, AUT — DILIGAM.] Varia distinctio est inter τὸ *amare* & *diligere.* Primum enim *amare* amplius quid est, praesertim Ciceroni. Sic Fam. IX. 14. *Tantum accessit*, [Sc. ad amorem meum erga te], *ut mihi nunc demum amare videar, antea dilexisse.* Tum *diligimus* ob virtutem, ceterasque animi dotes, *amamus* voluptatis & utilitatis gratia. Unde & per εὐφημισμὸν de ipsa συνȣσία dicitur Plauto. Est porro *Amare* in interiore significatu favere, bene velle, alterius commoda ut sua curare. Unde *Amo Deum*, soloecum est. *Diligere* est aliis praeferre, praecipuum quem habere. *Vesterhov.*

15. H. e. Ita necesse erat. Res ita exigebat. Plaut. Bacchid. IV. 4. 70.
res ita est. *dici volo.*
Menaechm. V. 1. 37.
Ut veniat ad me: ita rem esse *dicito.*
Eodem sensu Pseud. IV. 2. 36.
ita negotium est. Vesterh.

16. CREDO, UT FIT, MISERA PRAE AMORE &c.] Mirè a Parmenone correpta est, [ostendente] verisimile non esse, ut quis, quem amet, eundem possit excludere. *Donatus.*

Te arcessi jussi, ausculta. *Ph.* Fiat. *Th.* [19] Dic mihi
Hoc primum, potin' est hic tacere? *Pa.* Egone? optume.
[20] Verum heus tu, hac lege tibi [21] meam adstringo fidem:
Quae vera audivi, taceo, & [22] contineo optume;
Sin [23] falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.
* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Proin

17. Corripientis est modo AGE, non hortantis adverbium. *Don.* Ante, SICCINE AIS [pro, AGIS], PARMENO. legi malit Vesterhovius, ex quinque Mss. & edd. vetustissimis. Lindenbruch. & Pareus ex Mss. citant, AGESIS, pro AGE! SED.

19. DIC MIHI. Meretricia calliditate commendat, quae dictura est. *Donatus.*

20. VERUM HEUS TU.] Astute servus reponit Thaidi vicem. Nam illa ut magnum voluit exspectari, quod dictura est, iste ut falsum contemnit. *Donatus.*

21. MEAM ADSTRINGO FIDEM.] Fidem promitto: quia *vincula fidei* dicuntur. *Donatus.* ADSTRINGO.] Jurejurando confirmo quasi vinculo quodam. *Vesterhov.*

22. CONTINEO.] Metaphora a vasis desumta, unde nil effluit. *Vesterhov.*

23. FALSUM, est fictum mendacium simile veritati. VANUM, nec possibile, nec verisimile. FICTUM, totum sine vero, sed verisimile. FALSUM loqui, mendacis est: FICTUM, callidi: VANUM, stulti. FALSUM loqui, culpae est. FICTUM, virtutis. VANUM, vecordiae. Falsis decipimur: FICTIS delectamur: VANA contemnimus. *Donatus.* PALAM EST.] Evulgatum, omnibus notum.

* PLENUS RIMARUM SUM.] Vilis atque abjecta translatio, &, apta ad meretricem loquenti. *Donatus.* Manet in allegoria. Alia metaphora usus Horatius Carm. I. 18. 16.

Ar-

Proin tu, taceri si vis, vera dicito.
Th. [24] Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
Pa. [25] Potest taceri hoc. *Th.* Ibi tum matri parvolam
Puellam [26] dono quidam mercator dedit,
[27] Ex Attica hinc abreptam. *Ph.* Civemne? *Th.* Arbitror:
[28] Certum non scimus: [29] matris nomen & patris
Dicebat ipsa: patriam & [30] signa caetera

Ggg 2 Neque

Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro. Vesterhov.

24. Puduit dicere Thaidem, *Meretrix mihi mater fuit.* quod tamen significavit, dicendo aliunde civem alibi habitasse. Nam ideo meretrices *peregrinae* dictae sunt in Comoediis. ut in Andria,

Adeon' est demens? ex peregrina? *Donatus.*

25. Quia Parmeno facile credebat verum esse, quod de matre Samia, quae Rhodi habitasset, narratura est [immo *narrabat*] Thais, lepide interlocutus ait, POTEST TACERI HOC. Vesterh. Id est, verisimile est. *Donatus.*

26. PUELLAM DONO &c.] Propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem: & donio ideo accipere puellam potuisse. *Donatus.*

27. EX ATTICA HINC.] Quia Athenis est constituta scena. *Donatus.* ATTICA, Regione litorali ἀκτή olim vocatâ. in qua urbs Athenae. *Farnab.* ABREPTAM.] Mss. Mark. & Lips. c. plursc. aliis, ARREPTAM. *Vesterhov.*

28. CERTUM NON SCIMUS.] Sic infra III. 3. 67. Hec. III. 2. 25. & IV. 1. 5. Sed Cicero in Oratore, cap. 47. Non scire *quidem barbarum jam videtur*, nescire *dulcius.* Ms. Lips. alter, CERTUM NESCIMUS. *Vesterhov.*

29. MATRIS NOMEN ET PATRIS &c.] Quae infantis memoriae proxima sunt. Nam quid prius aetas illa, quam patrem matremque cognoscit? *Donatus.*

30. SIGNA CAETERA.] Id est, domum patris, regionem.

Neque sciebat: neque [31] per aetatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e praedonibus
Unde emerat, se audisse, [32] abreptam e [33] Sunio.
Mater ubi accepit, coepit studiose omnia
Docere, [34] educare, ita uti si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam.
Ego cum illo, quo cum tum [35] uno rem habebam
hospite,

Abiit

nemque ejus. *Donatus.* Malim cum Donato de familia & domo paterna intelligere, quia junguntur *patriae*, quam de crepundiis quae Graeci γνωρίσματα vocant. quo sensu occurrunt infra IV. 6. 29. *Vesterhov.*

31. Cic. pro Rabir. cap. 9. *Si* per aetatem scire *potuisset.* Eadem ratione Adelph. V. 8. 8.
parere jam diu haec per annos *non potest.* Vest.

32. Existimat Boeclerus, μνημονικὸν ἁμάρτημα commissum a Cicerone ad Att. VII. 3. legente, Captam e Sunio. Sed quid si Raptam legatur? scilicet in Mss. veteribus literarum c & r levis est differentia. *Vesterhov.*

33. Sunium, promontorium est Atheniensium: & in eo forum rerum venalium, ἐμπόριον. Donatus. Ms. Graev. & Edit. Mediol. E Samo. *Vesterhov.*

34. Alii Educere. quod frequentius apud Nostrum. Sed & repetit Phaedria μιμητικῶς mox versu 76. Utriusque verbi participium vide And. I. 5. 39. *Vesterhov.*

35. Uno dicit, pro *solo*, Sic Phorm. III. 1. 6. Liv. I. 18. *Quove praesidio* unus *per tot gentes, dissonas sermone moribusque, pervenisset.* Vesterhov. Rem habebam.] Id est consuetudinem, amorem. Hospite.] Id est, Attico. *Donatus.* *Rem habere* [*cum quo*] turpi ferè sensu usurpatur praesertim apud Comicos. Hec. IV. 4. 96. Notum Ausonianum illud in Monosyll. XII.
Imperium, litem, Venerem, *cur una notat* Res? *Vest.*

Abii huc: qui mihi [36] reliquit haec, quae habeo, omnia.
Pa. Utrumque hoc falſum eſt: [37] effluet. *Th.* Qui iſtuc? *Pa.* Quia
Neque tu uno eras contenta, neque ſolus dedit:
Nam hic quoque [38] bonam magnamque partem ad te adtulit.
Th. Ita 'ſt, ſed ſine me [39] pervenire quo volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In [40] Cariam eſt profectus, te interea loci

 [41] Cog-

36. Sc. *moriens.* Paraphraſtes Delph.

37. EFFLUET.] Cicero pro Domo 46. *Erſi effluunt multa ex veſtra diſciplina, quae etiam ad noſtras aures ſaepe* permanant. Eadem metaphora uſus noſter Adelph. II. 4. 19. *Veſterhov.*

38. BONAM.] Multam. Ovid. Ponto I. 8. 74.

erit noſtris pars bona *demta* malis.

Apulej. Metam. 1. *Optimi caſei* bonam partem *avidè devoraverat.* Veſt. BONAM MAGNAMQUE.] Haec dicuntur ἰσοδυναμοῦντα: ut *Abs te petere & poſcere.* An potius BONAM ſpecie, MAGNAM quantitate? *Donatus.*

39. PERVENIRE, QUO VOLO.] Eleganter de ſermone, quaſi de itinere loquitur. Sic mox verſu 75. & III. 3. 11. Heaut. II. 3. 33. Phorm. IV. 3. 35. Adelph. V. 3. 35. Plaut. Amph. I. 1. 273.

ingreſſu 'ſt viam.

Aſin. I. 1. 39.

Eſtne hoc, ut dico, Libane?
Li. *Rectam inſtas viam.*

Eodem modo *manere* jubemus eum, qui plura, quam par eſt, dicere velle videtur. Refertur & ad nudam cogitationem. Unde *Redire in memoriam* eſt meminiſſe, recordari. *Veſterhov.*

40. *Caria*, Aſiae minoris regio eſt litoralis, oppoſita Rhodo, Mauſolo & Artemiſia celebris. Ejus incolae Φιλοπτόλεμοι [ſive Φιλοπόλεμοι] dicti veteribus; & vel mercenariam militiam praeſtantes primum excipere [forte, *excepere*] ho

[41] Cognovi. tute ſcis, poſt illa quam intumum
Habeam te: & mea conſilia ut tibi credam omnia.
Ph. [42] Ne hoc quidem tacebit Parmeno. *Pa.* O dubiumne id eſt [43]?
Th. [44] Hoc agite, amabo. Mater mea illic mortua 'ſt
Nuper. ejus frater [45] aliquantum ad rem eſt avidior.
Is ubi hanc forma videt honeſta Virginem,
Et [46] fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico
[47] Producit, vendit. [48] forte fortuna adfuit

Hic

hoſtilem impetum, quaſi vita vilis eſſet. Unde Ἐν Καρὶ κίνδυνον proverbio dictum. Videtur igitur Thraſo in Cariam profectus eſſe ad ſupplementa militiae conſcribenda. *Veſterhov.*

41. Proprie COGNOVI. *Donatus.* Licet & mulier virum & vir mulierem dicantur *cognoſcere*, quoties liberis operam dant, quod de viris eſt frequens etiam in Sacris Literis, non videtur tamen id innuere Thais coram Phaedria. *Veſterh.*

42. Edd. vet. NEQUE &c. *Veſterhov.* NE HOC &c.] Id eſt, Hoc quoque falſum eſt. *Donatus.*

43. Me non taciturum ſcilicet. *Donatus.*

44. Convenit velut nutu audientiam ſignificantis, & geſtu hoc ipſum efferri. *Donatus.* And. I. 2. 15. *Veſt.*

45. ALIQUANTUM AD REM EST AVIDIOR.] Vultu accommodato ad reprehenſionem pronuntiandum eſt. REM pecuniam modo dicit. *Donatus.* Adelph. V. 3. 48. & V. 8. 31. Heaut. III. 2. 15. *Veſterhov.*

46. FIDIBUS SCIRE.] Vetuſta ἔλλειψις. *Donatus.* Sub. *canere.* Cic. Fam. IX. 22. *Socratem* fidibus *docuit nobiliſſimus fidicen.* Porro SCIRE pro peritum eſſe. Nepos Praefat. Scienter*que tibiis* cantaſſe. *Veſterhov.* PRETIUM.] Deeſt, *magnum.* Donatus.

47. PRODUCIT, propric. Nam *produci* res venales dicuntur. PRODUCIT: VENDIT.] Haec celeritas vendibilem indi-

Hic [49] meus amicus: emit eam [50] dono mihi,
[51] Imprudens harum rerum, ignarusque omnium.
Is venit. postquam [52] sensit me tecum quoque
Rem habere, fingit causas, ne det, sedulo.
[53] Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, ubi acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare:
Verum id vereri. sed, ego quantum suspicor,
[54] Ad virginem animum adjecit. *Ph.* [55] Etiamne amplius?

dicat mercem. *Donatus.* Sic Heaut. I. 1. 92. *Vesterhov.*

48. Id est, bona fortuna. *Donatus.*

49. Quia locus est meritorum, non jam *miles* [dixit], sed *meus amicus.* Donatus.

50. DONO, eleganter, pro, *ut donaret.*

51. *Prudentia*, naturalis est: *gnaritas* extrinsecus venit. *Imprudens*, per se: *Ignarus*, per alios. Hoc est, qui nec suspicatus sit, neque ex aliquo audierit. *Donatus.*

52. SENSIT. Non dictum, sed quasi celatum. *Donatus.* REM HABERE.] Sic dixit, ut honeste res impura dicatur. *Idem.*

53. Semper AIT dicimus, quum vel invisa nobis & audientibus, vel vana dicta narramus alicujus. *Donatus.* SI FIDEM HABEAT.] Hoc est, si faciam aliqua, unde credat se tibi praeponi. SI FIDEM HABEAT.] Si credere cogatur, id est, si credat. unde *fidejussor* dicitur, hoc est, auctor credendi. *Idem.* FIDEM, confirmationem, pignus aliquod certitudinis, aut solidum argumentum. HABEAT, accipiat.

54. Plaut. Mil. III. 3. 35.
Quasi militi animum adjeceris.
Sic *προσβάλλειν ὀφθαλμὸν*, q. d. adjicere oculum. Edit. 1469. AD VIRG. ANIMUM ADVORTIT. *Vesterhov.*

55. ETIAMNE AMPLIUS?] Mundat *Terentius*, ut solet, res hujusmodi per *ἔλλειψιν* suam. *Donatus.* Cur id rogi-

Th. [56] Nihil: nam quaesivi. nunc ego eam, mi Phaedria,
Multae sunt causae, quamobrem [57] cupiam abducere:
Primum quod soror est dicta: praeterea ut suis
[58] Restituam ac reddam: [59] sola sum: habeo hic neminem;
Neque [60] amicum, neque cognatum: quamobrem, Phaedria,
Cupio aliquos parare amicos [61] beneficio meo.
[62] Id amabo! adjuta me, quo id fiat facilius.

[63] Sine

gitat? Sc. cogitat secum: Quam vellem! ita enim spes erat, animum Thrasonis paulatim elapsurum Thaidi; seque adeo sine rivali ea potiturum. *Vesterh.*

56. Optime purgavit *Terentius*, quod mox liberalibus nuptiis fuerat obfuturum, si vitiatam virginem duceret Chaerea. *Donatus.*

57. Alii cum Donato, CUPIO. *Vesterh.*

58. RESTITUAM AC REDDAM.] *Restituimur* iis, quibus nos volumus. *Reddimur* iis, qui nos volunt. Ergo *restituimus* volentem, *reddimus* volentibus. Sed in hac [Sc. aut *Thaide*, aut *puella.*] utrumque est. *Donatus.*

59. SOLA SUM, ad familiarium refertur absentiam. HABEO HIC NEMINEM, ad alienorum amicitiam. Et, HABEO HIC NEMINEM, plus sonat, quam NENINEM HIC HABEO. Et, SOLA SUM, ab iis quos natura conciliat per se. HABEO NEMINEM, eorum qui voluntate junguntur. *Donatus.*

60. NEQUE AMICUM.] Bene hoc apud amatorem: quia est aliud *amator*, aliud amicus. *Amator* qui ad tempus, *Amicus*, qui perpetuò amat. An quia in patris potestate est Phaedria? *Donat.*

61. Intelligit restitutionem puellae ad ejus propinquos.

62. ID —! QUO ID FIAT &c.] παρέλκον, bis ID posuit. *Donatus.*

[63] Sine illum priores partes hosce aliquot dies
Apud me habere. nihil respondes? *Ph.* Pessuma,
Egone quidquam [64] cum istis factis tibi respondeam?
Pa. Eu [65] noster! laudo. tandem [66] perdoluit. [67] vir es.
Ph. [68] At ego nesciebam quorsum tu [69] ires? [70] parvola

63. SINE ILLUM PRIORES &c.] Honeste circumloquitur & oratorie, ne dicat, *Abi foras, atque exclude te patere.* Donatus. PRIORES PARTES.] Locutio translata ab histrionibus, quorum primae, secundae, tertiae partes erant. Non dixit igitur Thais, *primum esse*, ne vero amari a se militem, sed partibus suis actis excludendum esse innueret. *Vesterhov.*

64. De usu voculae CUM vide ad And. V. 4. 38. *Vesterhov.*

65. NOSTER.] Ita solent de heris & herilibus filiis. *Vesterhov.*

66. Αὐξητικὸν est τὸ PER. Hyginus Astron. II. 40. *Cuidam civium* perdoluit *inceptum Demiphontis.* Unde adeo malè exponitur in Fabri Thesauro. *Vesterhov.* Nimis doluit, id est, persensit dolorem. *Donatus.*

67. VIR ES.] Adelph. IV. 2. 25. *Laudo, Ctesipho; patrissas: abi, virum te judico.* Est igitur laudandi formula. Flor. III. 3. de Mario: *Flagitante aquam exercitu, Viri, inquit, estis, en illic habetis.* Vesterhov.

68. AT legit Quinctilianus, qui tres hosce integros versus laudat Instit. IX. 2. Leidenses duo cum Bodl. AUT EGO; quando continua erit Phaedriae oratio, cum signo interrogationis exprimenda, quod facit Codex Lips. Leidensis unus, HAUD EGO &c. quod Faërnus tuetur. Sed Boeclero τὸ AT longe significantius est h. l. quam HAUD. Et sane videtur Phaedria apte adsimulare, se non animadvertisse antea, quo tenderent illae ambages, donec tam importuna petitio rem ultro proderet. *Vesterhov.* Is cur interrogationem hisce verbis apposuerit, nihil me attinet

Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Soror eſt dicta: cupio abducere, ut reddam ſuis.
Nempe omnia [71] haec nunc verba huc redeunt denique;
Ego excludor: ille recipitur: qua gratia?
[72] Niſi illum plus amas, quam me: & iſtam nunc times,
Quae advecta eſt, ne [73] illum talem praeripiat tibi.
Th. Egon' id timeo? *Ph.* Quid te ergo aliud [74] ſollicitat? cedo.
Num ſolus ille dona dat? [75] Nuncubi meam

Be-

tinet rationem reddere, cum ipſe noluerit. mihi ſaltem videtur ſenſum turbare.

69. IRES.] Vide ſupra elegantem notam Veſterhovii ad verſ. 44.

70. PARVULA &c.] Vide μίμησιν cum odio inductam, & depravatam pronuntiatione: ita ut & ὁμοιοτέλευτα non vitarentur de induſtria. PARVULA — ABREPTA, — SUA, — DICTA. *Donatus.*

71. HAEC NUNC VERBA.] Id eſt, falſa dicta. *Donatus.* REDEUNT.] Q. d. *Omnibus hiſce verborum ambagibus hoc unum verbum dixiſti; Excluderis.*

72. Mſ. Bodl. NISI SI. *Veſterhov.*

73. ILLUM TALEM.] Εἰρωνικῶς. Citra ironiam *Talis* eſt tantus, & tam excellens. Plaut. Capt. V. 2. 2.
Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falſum autumas?
Cic. Fam. XIII. 73. *Certe mihi perſuadeo, te, talem virum nil temere feciſſe.* Sic *Qualis* pro quantus. Ovid. Faſt. V. 460.
Cernite ſim qualis; qui modo qualis eram! Veſterhov.

74. I. e. inquietat. ſub. *niſi iſte timor.* Paraphraſtes Delph. reddit; incitat ad hoc faciendum.

75. Mſ. Mark. NUM TIBI. *Veſterhov.* NUNC UBI.] Numquid alicubi. MEAM BENIGNITATEM.] Poſſunt enim dona dari, ſed exigua,

aut

Benignitatem sensisti [76] in te [77] claudier?
Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, [78] relictis rebus omnibus,
[79] Quaesivi? porro [80] Eunuchum dixti velle te,
Quia

aut minus liberaliter: & ideo mentionem *benignitatis* addidit; *quae* aut in quantitate rerum est, aut in facilitate praestantis. *Donat.*

76. In te claudier?] And. III. 3. 41. Interclaudier, Mss. Leid. un. additumque alia manu, *intercipi, quin semper facerem, quae voluisti;* item Graev. & Edd. 1469. ac Mediol. sed & ex Mss. & Codd. vett. laudat Lindenbruch. Mureti Calvier h. e. decipi, ridet Lipsius, legens Claudere h. e. claudicare & deficere. *Vesterhov.* Claudier, praecludi. *Paraphrast. Delph.* Et In te, erga te, tibi. Ita omnia sunt plana.

77. Claudier?] *Claudi*, aut *Claudicare*. *Sallustius*, [In Fragmentis Histor. Oratione Macri comm. 25.] *Neque enim ignorantia claudit res.* Et, [In Fragm. loco incerto.] *Nihil socordia claudebat.* *Donatus.* Sane *Claudo*, pro *Claudico* recte dici, copiose probavit Gronovius ad Liv. XXII. 39. n. 3. cui adde Gottlieb Cortium, ad locum Sallustii modò adscriptum. Sed enim obstat Forma passiva apud Nostrum, quominus talis sensus admitti queat: nisi accipiamus Claudier significatu deponentis.

78. Dicimur sedulo quid curaturi facere id *Rebus relictis.* Plaut. Epid. IV. 2. 35. *Ego*, relictis rebus, *Epidicum operam quaerendo dabo.*
Cic. Fam. XII. 14. *Cujus rei tanto in timore fui, ut*, omnibus rebus relictis, *cum paucioribus — navibus ad illas ire conatus sim.* Vesterhovius ad And. II. 5. 1. Sensus haud dissimilis Phorm. V. 7. 15.

79. Quaesivi?] Quid ego feci in re coeli, & solis, ac penè orbis alterius? Quaesivi, non enim in promptu erat. *Donatus.*

80. Eunuchum.] Eunuchos a Persis institutos putant ex captivis. A Babylonicis enim Hellanicus auctor

Quia solae his utuntur [81] reginae; repperi.
Heri [82] minas viginti pro ambobus dedi.
[83] Tamen contemtus abs te. haec habui in memoria.
Ob haec facta abs te spernor. *Th.* [84] *Quid istic,*
Phaedria?

Quam-

ctor est id habuisse. Eunuchum.] Εὐνοῦχος εἴρηται, ὡς εὐνὴν ἔχων, τοῦτ᾽ ἔστι, φυλάττων. * OCOCeIN ΓηNeN KeKANδPOS. *Donatus.* * Lindenbruchius exhibet, OCOCeIN hNHN ΓηNeN &c. Locus uti corruptus, ita intactus, quod sciam. Abr. Wielingius suspicabatur scripsisse Interpretem: ὁ σώζων εὐνὴν γυναικῶν, κένανδρος. En meam symbolam: ὅσα ἐν εὐνῇ γυνῆς τε καὶ ἀνδρός. De Eunuchorum ortu & vario munere vide eruditam dissertationem Viri Cl. Everardi Ottonis, *Vesterh.*

81. *Reginas* modo divites dicit. ut in Phormione [I. 2. 20.], *Regem me esse oportuit.* Donatus.

82. Minas viginti.] Id de ingenti summa accipiendum ex mente gloriantis Phaedriae. Ubi vero *solum* Eunuchum viginti minis emtum dicit Parmeno, infra, V. 6. 14. fugit eum ratio; quare & *ancillulae ex Aethiopia* non meminit, metu sc. perturbatus. Tum quod Thraso de *Aethiopissa* dicit III. 2. 18. *Hic sunt tres minae*, non ex vero dicit, sed per contemtum. [Egregia observatio; nam alias poterat videri, quod ipse sibi Terentius contradiceret.] Dicit autem Pro ambobus dedi, uti Adelph. II. 1. 25.

pro qua ego argentum dedi.

Et Plaut. Mostell. I. 3. 142. *Triginta minas* pro capite *tuo* dedi. *Vesterhov.*

83. Tamen contemtus abs te.] Majorem distinctionem posui, contra ac fit vulgo. Singula enim separatim pronuntianda, & cum intervallo quodam, ut majorem indignationem exprimant. *Vesterhov.*

84. Quid istic?] Hoc adverbium consentire incipientis est. & est ἔλλειψις: deest

Quamquam illam cupio [85] abducere; atque hac re arbitror
Id fieri posse maxime: verumtamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciam ut jusseris.
Ph. Utinam [86] istuc verbum ex animo ac vere diceres,
Potius quam te inimicum habeam: si istuc crederem
[87] Sincere dici, quidvis possem perpeti.
Pa. [88] Labascit, victus [89] uno verbo, quam cito!

Th.

deest enim *remoramur* [forte, *immoramur*], aut aliquid tale. *Donatus.* De formula istac vide ad Aud. III. 3. 40. *Vesterhov.*

85. ABDUCERE dixit, tanquam ab stulto: nec per verum meritum, sed per fraudem. *Cicero* [In Verr. III. 34. Atque ibi Hottom. *Vesterhov.*], *Per vim atque dolum* abducta *ab Rhodio tibicine.* Donatus.

86. ISTUC VERBUM, pro tota sententia. VERBUM pro dicto. Sed proprie ἀξίωμα, id est, sententia vel enunciatio, quae uno ligatur & adstringitur verbo. EX ANIMO AC VERE. Certe (forsan, *Bene:*), quia est qui ex animo dicat, fallat tamen. *Donatus.*

87. *Sincerum*, purum, sine fuco, & simplex: ut mel sine cera. Bene ergo, ut mel, blandimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse sincerum. *Donat.*

88. LÁBASCIT.] Metaphora, a statua, aedificio [*tenui tibicine fulto*, ait Farnabius] vel arbore translata ad animum. Adelph. II. 2. 31. ubi vide Donatum. Suet. Caes. 14. *Nisi* labantem *ordinem confirmasset M. Catonis oratio.* Vesterhov.

89. UNO VERBO.] Ut, *Utinam istuc verbum* [versu 95.] Et UNO VERBO, ut diximus, sic accipe: ut verbum dictum intelligas, quod verbo complectitur [Nota, hoc passivè dici, pro *adstringitur*, quod supra. & noli audire Vesterhovium, junctim legentem; *complectitur completae sententiae enunciationem*], & completae sententiae pronuntiationem, quod ἀξίωμα nominatur. *Donatus.*

Th. [90] Ego non ex animo misera dico? [91] quam joco
Rem voluisti a me tandem, quin [92] perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te [93] biduum,
[94] Saltem ut concedas, solum. *Ph.* Siquidem biduum;
Verum [95] ne fiant isti viginti dies.
Th. Profecto non plus [96] biduum, aut. *Ph.* [97] Aut?
. nihil moror. *Th.*

90. Ego.] Convenit hoc pronomen blandè multa exprobranti: ut, *Virgilius* [Aen. IV. 314.] *Mene fugis?* Donatus. Ex animo.] Verbum Phaedriae supra. Misera, autem interponit more mulierum.

91. Quam joco &c.] Contra illud refertur, quod ait Phaedria, *Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex* &c. Sed hoc vehementius & disertius. Non *serio*, inquit, sed Joco, a facilitate praestantis. Et Voluisti, non etiam *dixisti*. Mirandum obsequium, ex voto animi [Phaedriae nempe] pendens. *Donatus.*

92. Perfeceris.] Nonne pondus hoc verbi & potentiam Phaedriae circa amicam, & illius obsequium vehemens, & rerum difficultatem quae extortae sint, monstrat, atque omnem obterit querelam Phaedriae? *Donatus.* I. e. Obtinueris. *Paraphrastes Delph.*

93. Sustuli κόμμα τος signum ante τὸ Biduum, sequutus Juntarum & Aldi editiones. *Vesterhov.*

94. Argutè additum Saltem & Solum. Et bene, Concedas, ut voluntatis sit: sic enim dixit supra, *Sine illum priores partes* &c. *Donat.* Concedas.] Abeas ab aedibus. Sic Heaut. III. 3. 11. & Phorm. V. 1. 14. *Vesterhov.*

95. Ne fiant isti viginti &c.] Facete biduum decuplavit. *Donatus.*

96. Bidui. Mſ. Traject. *Vesterhov.* Biduum, aut.] Ἀποσιώπησις secunda. *Donatus.*

97. Guyetus explicat Nihil moror per, non placet, nolo [Unde haud valde abludit illud Phorm. I. 4. 46. *Aufer mihi, oportet.*] Mihi id voluisse videtur Phaedria, non concedo amplius, quam biduum. *Vesterhov.*

Th. Non fiet: hoc modò sine te exorem. *Ph.* Scilicet
Faciundum est quod vis.. *Th.* [98] Merito amo te. *Ph.* [99] Bene facis.
[100] Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:
Ita facere certum est: [101] mos gerundus est Thaidi.
Tu Parmeno huc fac [102] illi adducantur. *Pa.* Maxume.
Ph. [103] In hoc biduum, Thais, vale. *Th.* Mi Phaedria;

[104] Et

98. MERITO AMO TE.] Ita solent grati, ubi quid impetrarunt. Vide Heaut. II. 3. 119. & Phorm. I. 2. 4. Plaut. Poen. I. 2. 42. An. *Quiesco.* Ad. *Ergo* amo te. *Vesterhov.*

99. BENE FACIS.] In consuetudinem venit, BENE FACIS, & BENE FECISTI, non judicantis esse, sed gratias agentis. *Donatus.* Sic Plautus Mostell. III. 2. 129.
Benè *benigneque arbitror te* facere
Pseud. I. 5. 106.
Bene *atque amice* dicis.
Georgius autem Fabritius, & Guyetus, utrumque Thaidi tribuunt, hoc ordine: BENE FACIS. MERITO TE AMO. Sic Adelph. V. 8. 22. & 23. *Vesterhov.*

100. Non videntur hi tres versus uni Thaidi esse dicti, sed *hic* ab averso Phaedria ad spectatores; sequens Parmenoni gestu dolorem significanti; proximus huic [audiente Thaide] voce gloriante & munera sua jactante. *Vesterhov.* MACERABO.] Maerore me ad maciem usque conficiam. *Paraphrastes Delph.* Pronunciandum est BIDUUM, ac si dixisset *biennio.* Donatus.

101. Mſ. Mark. Edd. Tarvis. Mediol. MORIGERANDUM EST THAIDI. *Vesterhov.*

102. ILLI.] Eunuchus & ancilla, figurate ILLI: sed praevalet genus masculinum. *Donatus.*

103. IN HOC BIDUUM, &c.] Nunc VALE abscessum significat, non salutationem: nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat. BIDUUM dicens, praescripsit de tempore. *Donat.*

[104] Et tu. numquid vis aliud? *Ph.* Egone quid velim?
Cum milite [105] isto praesens, absens ut sies:
Dies noctesque me ames: me [106] desideres:
Me somnies: [107] me exspectes: de me cogites:
[108] Me speres: [109] me te oblectes: [110] mecum tota sis:

[111] Meus

104. Et tu. numquid vis aliud.] *Vale* subaudiendum salutatorium. Et subintelligendum est post osculum dici. *Donatus.* Numquid vis aliud?] Formula discedentis ab altero. Sic infra II. 1. 7. II. 3. 49. & 71. Adelph. II. 2. 39. Phorm. I. 2. 101. & II. 4. 18. Videtur autem locus hic expressus ex Plauti Amph. I. 3. 44.
Jup. Numquid vis? Alc. *Ut, quum absim, me ames, me tuam absentem tamen.* Vesterhov.

105. Bene additum Isto, quasi odioso. *Donatus.* Sic infra de eodem Milite. II. 1. 8. * Praesens, absens.] Κακόζηλον. *Donatus.* Sive potius, ὀξύμωρον.

106. Desideres.] Αὔξησις. quia plus est amore desiderium. *Donatus.*

107. Me exspectes.] Cupidissime desideres. Heautont. II. 4. 29. Plaut. Mostell. I. 3. 31.
Tu ecastor erras, quae quidem illum exspectes *unum, atque illi*
Morem praecipue sic geras, atque alios asperneris.
Ubi ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius: *Nec nuptum verbum & praetextatum est* Exspectare, *& tamen significationem habet huic rei dicatam & propriam.* Laudat porro locum hunc ex Eunucho Terentii. *Vesterhov.*

108. Cum Me exspectes, jam dixerit: quid sibi vult iterum Me speret? inter *Spem* & *Exspectationem* hoc interest: quia *exspectatio*, certorum est: *Spes* vero, incertorum. Et *exspectatio*, propinquarum rerum: *Spes*, longinquarum. Et *Exspectatio*, destinat tempus: *Spes*, non destinat. *Donat.* Me, in me. *Minell.* ut sit, confidas. *Spires*, legit Guyetus, notante Minellio.

[111] Meus fac sis postremo animus, quando ego sum [112] tuus.

Th. Me miseram! forsitan hic mihi [113] parvam habeat fidem,

[114] Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.

Ego pol, [115] quae mihi sum conscia, hoc certo scio,

Neque me [116] finxisse falsi quidquam, neque meo

Cordi

109. IN ME. Mſ. Mark. *Vesterhov.*

110. MECUM TOTA SIS.] Toto animo. Nam illam nunc animum vult esse, * non corpus. *Donatus.* * *nunc*, mallet Vesterhovius: at nulla sub causa.

111. Ea sit inter nos amantes animorum permutatio, ut vicissim unius in alterum animus quasi demigret. Verè enim dictum est: *Anima magis est, ubi amat, quàm ubi animat*: unde ὁ φίλος, ἄλλος αὐτὸς dicitur. *Minell.*

112. TUUS.] *Animus* scilicet. *Donat.*

113. PARVAM.] Guyetus, PARUM. Quod & Gruterus defendit ad Plaut. Menaechm. Prol. 16. Adde Pseud. I. 5. 64.
Cum apud te parum *stet* fides.
Bacchid. III. 6. 41.
Si pergis parum *mihi* fidem *arbitrarier.*

Accedit locutio Sallustii, Catil. 7. Magis*que in decoris armis & militaribus equis, quam in scortis atque conviviis* lubidinem *habebant.* I.e. majorem lubidinem. Et cap. 58. *Commeatus abunde.* i. e. abundans. Adverbia pro adjectivis. Vide ad utrumque locum Gotl. Cortium. *Vesterhov.*

114. Versum hunc ex Turpilio desumtum Guyetus observat, qui apud Non. *Nunc me ex aliorum ingeniis judicat:* intercapedo *quorum amicitias levat.* Vesterhov.

115. QUAE, in Num. Plur. pro, quod, quantum: aut omissum est, *quod ad ea.* Paraphrastes Delph. exponit; *Quae mecum in animo totius rei veritatem scio.* CONSCIA, in bonam partem. notante Vesterhovio.

116. Aut, *dixisse*, debuit dicere. aut abundat FALSI.

Cordi esse [117] quemquam cariorem hoc Phaedria.
Et [118] quidquid hujus feci, causa Virginis
Feci: Nam me ejus [119] spero fratrem propemodum
Jam repperisse, [120] adolescentem adeo nobilem:
Et is hodie venturum ad me [121] constituit domum.
Concedam hinc intro, atque exspectabo, dum venit.

aut ideo, quia & vanum fingi aliquid potuit, ut supra, *Si vanum, aut falsum, aut fictum est.* Donatus.

117. Melius, QUEMQUAM, quam si dixisset, *militem.* Donatus.

118. QUICQUID HUJUS FECI.] Quod eum exclusi foras. In Heaut. [III. 3. 10. legendum autem, *pater.*] *Nihil me istius facturum* patri. *Donatus.*
Intra V. 6. 10. & V. 9. 40. Cic. Att. XVI. 4. *Non video, sciturum me*, quid ejus *sit, ni statim aliquid literarum.* Vesterhov.

119. Nove SPERO, pro credo vel confido. PROPEMODUM ideo, quia hominem quidem novit, sed fratrem esse virginis nondum probavit. *Donatus.*

120. ADOLESCENTEM.] Intelligit Chremetem. *Vesterhov.* ADEO NOBILEM.] ADEO, pro nimis positum est, aut pro expletiva particula. *Donatus.* Hunc locum adfert Servius ad Virg. Aen. VII. 427. & *Adeo*, valde interpretatur. Mirè autem Thais a nobilitate commendat Chremetem, hominem ceterà, ut videtur, haud magni pretii.

121. CONSTITUIT.] Sic And. I. 5. 34. Vide ad Heaut. IV. 4. 4. *Vesterh.*

AC-

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

Ph. FAC ita ut juſſi; deducantur iſti. *Pa.* Faciam. *Ph.* At diligenter.

Pa. Fiet. *Ph.* At mature. *Pa.* Fiet. *Ph.* [1] Satin' hoc mandatum 'ſt tibi? *Pa.* Ah!

[2] Rogitare? quaſi difficile ſit.

Utinam tam aliquid [3] invenire facile poſſis, Phaedria,

Quam hoc peribit! *Ph.* Ego quoque una pereo, [4] quod mihi eſt carius.

1. Satin' hoc mandatum &c.] Formulae ſpeciem habet [ſedulam negotii procurationem inculcantis.] Plaut. Capt. II. 3. 85.
Ph. *Mandaſti ſatis.*
Satin' habes, mandata quae ſunt, facta ſi refero? Ty. *Satis.* Veſterhov.
Apertè, inquit, dicta ſunt iſta tibi. *Eugraph.*

2. Rogitare?] Enallage modi. clarius Hec. IV. 1. 11.
at rogitas?
Vel poſſit per Ellipſin dici, ut plenè ſit, *Ah! rogitare te oportebat?* Eodem ſenſu Plautus, Mil. III. 3. 48.
Pa. *Nempe tu noviſti militem meum herum?* Ac. Rogare mirum 'ſt. *Veſterhov.*
Ineptiam nimiam circa hoc ſolliciti amatoris expreſſit: & oſtendit nihil eſſe facilius quam deducere ad meretricem munera. *Donatus.*

3. Invenire.] Acquirere. Sic Heautontim. [V. 4. 17.] *Ut ſerves quod labore invenerit.* Nam ideo a praecedenti etiam *quaeſtus* dicitur. *Donat.*

4. Quod &c.] Pro, *qui mihi ſum carior.* Donatus. Quod damnum mihi eſt gravius. *Minell.*

Ne istuc tam iniquo patiare animo. *Pa.* Minime: [5] quin effectum dabo.
Sed numquid aliud imperas?
Ph. Munus [6] nostrum ornato verbis; [7] quod poteris: & [8] istum aemulum,
Quod poteris, [9] ab ea pellito.
Pa. [10] Memini, tametsi nullus moneas. *Ph.* Ego rus ibo, atque ibi manebo.
Pa. [11] Censeo. *Ph.* Sed heus tu! *Pa.* Quid vis? *Ph.* [12] Censen' posse me [13] obfirmare,
Et perpeti, ne redeam interea? *Pa.* Te ne? non hercle arbitror.

Nam

5. QUIN, pro immo. ut in Heautontim. [IV. 3. 22.] Quin *nolo mentiare*. Donat.

6. NOSTRUM.] Ita solebant se efferentes. Sic infra III. 2. 15. ORNATO VERBIS.] Vult & commendari munus, & cum honore verborum offerri Thaidi. Eodem sensu Cicero Off. II. 20. *Neque vero* verbis auget suum munus, *si quo forte fungitur*, *sed etiam extenuat*. Justin. XV. 1. *Vest.*

7. QUOD &c.] Mss. Mark. Lips. QUOAD. Eodem sensu Cic. Fam. I. 1. Quod *commodo rem facere possis*. Sic Heaut. III. 1. 7, *Vesterhov.*

8. ISTUM.] Id est, odiosum & molestum. *Donat.*

9. AB EA, ab ejus animo. *Donatus*. Meretricis ab amore *discludas*. Eugraph.

10. Ms. Lips. AU MEMINI. *Vesterhov*. NULLUS, pro non. *Plautus* in Trinummo [III. 1. 5.] *Nullus credas*. Donatus.

11. CENSEO.] Magnifice dictum. *Censebant* Patres sententiam in Curia de re publica dicentes. *Vesterhov.*

12. CENSEN'.] Arbitraris: ut *Censores*, qui morum alienorum habent summum arbitrium. *Donatus.*

13. OBFIRMARE ET PERPETI.] Verba sunt desperantis. non *firmare*, sed OBFIRMARE: non *pati*, sed PERPETI. Donatus. Heaut. V. 5. 8. Plaut. Amph. II. 2. 14.

fe-

Nam ante jam revertere: aut mox noctu [14] te adigent horsum insomnia.

Ph. [15] Opus faciam, [16] ut defetiger usque, [17] ingratiis ut dormiam.

Ph. Vigilabis lassus. [18] hoc plus facies. *Ph.* Ah, nihil dicis, Parmeno.

feram & perferam usque Abitum ejus animo forti atque obfirmato. *Vesterhov.*

14. TE ADIGENT HORSUM INSOMNIA.] Hoc est, ad urbem agent. INSOMNIA.] Vigiliae. Legitur & ADIGET, ut sit INSOMNIA numeri singularis. *Donatus.* ADIGET, propter verba sequentia Phaedriae, & ad ea responsum Parmenonis, legendum censet Vesterhovius; adeo ut INSOMNIA hic non sint ἐνύπνια, sed (*sit*) ἀυπνία, absentia somni, seu vigilia. Vide omnino Servium ad Virg. Aen. IV. 9. Suet. Calig. 50. *Incitabatur* insomnia *maxime.* Gell. VI. 4. De Attilio Regulo: *Tuditanus autem* somno prohibitum [Sc. Regulum a Carthaginiensibus], *atque ita vita privatum refert. Idque ubi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captivos liberis Reguli a Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus praefixo destitutos,* eâdem*que* insomniâ *periisse.* Haec duo loca attulit Vesterhovius Fatetur autem ADIGENT esse in Mss. pluscults, & editis quibusd. vet. Pareum tamen in uno Palatinorum, & Faërnum in scripto Codice, ADIGET invenisse ostendit.

15. OPUS FACIAM.] Intelligit opus rusticum. Heautont. I. 1. 21. Adelph. IV. 1. 2. Ad res voluptatum transtulit Plautus Asin. V. 2. 23. 24. *Vesterhov.*

16. Ordo est, *Usque ut defetiger.* Donatus.

17. INGRATIIS.] Id est, invitus & coactus. Nam INGRATIIS, non ultro significat: quia [add. *non*] ultronea ingrata sunt. *Donatus.* Ms. Graev. INGRATUS. Mss. quidam, INGRATUS UTUT. Gifanius in Indice Lucret. INGRATIS defendit. INGRATIIS proprie ablativum esse adverbialiter positum, discas ex

19 Ejiciunda hercle haec eſt mollities animi: nimis
20 me indulgeo.
21 Tandem non ego illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? *Pa.* Hui!
22 Univorſum triduum? 23 vide quid agas? *Ph.*
24 Stat ſententia.

Pa.

ex Plauto Merc. II. 4. 11. *Tuis* ingratiis. & Caſin. II. 5. 7. *Veſterhov.* INGRATIIS.] Sub. *amoris mei*, aut, *Cupidinis pueri.* eleganter.

18. Quod [ſc. *Laſſum vigilare*] amplius quid eſt, quam *opus facere.* Hoc PLUS, h. e. tanto plus. Ridet Parmeno quod dixerat Phaedria; OPUS FACIAM, UT DEFETIGER USQUE. Sic Heaut. I. 1. 22. ſed citra ironiam, *plus agas.* Veſterhov.

19. EJICIUNDA — MOLLITIES ANIMI.] Ita Plautus Caſ. Prol. 23.

Ejicite ex animo *curam atque alienum aes.*

Trin. III. 2. 24.

corde expelle *deſidiam tuo.*

Curc. II. 1. 8.

iſtam exturbes ex animo *aegritudinem.*

Lucil. apud Non. Marcell.

Ejicere iſtum *abs te quam primum & perdere* amorem. Veſterhov.

20. ME INDULGEO.] ME ſic veteres, quod nos MIHI dicimus. Alibi, [Heaut. V. 2. 35.] *Te indulgebant, tibi dabant.* Donatus. Lucil. Lib. XXVIII.

Tu, qui iram indulges *nimis, manus abſtinere a muliere melius eſt.* Veſt.

21. TANDEM NON EGO ILLA CAREAM, &c.] Sic coepit tanquam aliquid forte dicturus magnificum. VEL TOTUM TRIDUUM?] Magna profeſſio virtutis, cum biduo ſit opus, triduo poſſe durare. *Donatus.* CAREAM, carere poſſim.

22. TOTUM TRIDUUM, dicit univerſum triduum, εἰρωνικῶς, quaſi triduum ſit in multo numero. *Donatus* ad verſ. praeced. ſed manifeſtò huc reſpexit.

23. VIDE QUID AGAS.] Sic dicitur magna aggredientibus. *Donatus.* Formula deterrentis. infra V. 5. 22. aliter Phorm. II. 2. 32. ubi vide Donatum. *Veſterhov.* Hic ironice dictum, vultu tamen ſeriô.

Pa. Dì boni, quid hoc [25] morbi eſt? adcon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoſcas [26] eundem eſſe? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis [27] ſeverus quisquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit? at at! hic quidem eſt Paraſitus Gnatho
Militis: ducit ſecum [28] una virginem dono huic. papae!

24. Stat sententia.] Quodcunque firmiter decretum, *ſtare* & *ſedere* dicitur. Virg. Aen. II. 750. IV. 15. Et V. 748.
Edocet, & quae nunc animo ſententia conſtet. *Veſt.*

25. Amorem vocat *morbum*, uti *animum aegrotum* tribuit amanti Pamphilo, And. I. 2. 22. Plaut. Ciſtell. I. 1. 75.
Gy. *Bono animo es, erit iſti* morbo *melius.* Si. *Confidam fore,*
Si medicus veniat, qui huic morbo *facere medicinam poteſt.*
Sic νόσος & νοσεῖν eodem ſenſu uſurpantur Graecis. *Veſterhov.*

26. Eundem.] More ſuo a plurali numero ad ſingularem ſe convertit. *Donatus.* Nam *Homines* praedixerat Terentius.

27. Animadverte ut amet Terentius Magis addere poſitivo, potius quam comparativum facere. *Donatus.* At hoc fecit modò, ob praecedens *Minus.* Quisquam, παρέλκει: nam poterat ſufficere *Nemo.*

28. Quidam Mſſ. & edd. vett. Unam. Scilicet ſolet τὸ Unus vel pro *quidam* uſurpari [Quomodo me legere memini in J. Caeſare: at locus nunc non ſuccurrit], vel παρέλκειν. Plaut. Moſtell. III. 2. 2. Et IV. 3. 9. Sic And. I. 1. 91. Cic. de Orat. I. 29. *De hoc uno minime eſt facile praecipere, non mihi modo, qui ſicut* unus *paterfamilias his*

Facie [29] honesta: mirum, [30] ni ego me turpiter hodie hic dabo.

Cum meo [31] decrepito hoc Eunucho: haec superat [32] ipsam Thaidem.

his de rebus loquor, *sed etiam ipsi illi Roscio*. Ut adeo Vossius immerito reprehenderit veterem Interpretem & Erasmum, qui Marth. VIII. 19. εἷς γραμματεὺς verterunt, *Unus scriba*. Vesterhov.

29. Honesta.] Sic *Virgilius* [Aen. I. 591.]

& laetos oculis afflarat honores.

Et mox idem [Infra III. 2. 21.]

Ita me Di ament, honestus. *Donatus*.

30. Ni dabo, pro dedero. *Donatus*. Me turpiter hic dabo.] Guyetus non intelligens, quid sit, *turpiter se dare*, dicit legendum esse, Hinc dabo, h. e. *facessam*, *abibo*; quod e Mss. Argent. sed correctoris manu citat Boeclerus. *Turpiter se dare* tamen & Cicero [Immo *Coelius*. Si tamen scripsit id. quod Graevius conjectavit tanto tempore post: mihi saltem liceat dubitare, salvo honore nominis Graeviani] dixit Fam. VIII. 15. Si vera est conjectura V. Cl. J. G. Graevii. *Vesterhov*. Qui an ipse phrasin intellexerit, incertum est. Mihi sane est ambigua: Forte Dabo me, *praebuero*, *gessero*. Forte etiam, *Victum me fatear*. Alias interpretationes vide apud Interpretes minorum gentium; & Cellarium ad locum Coelii modò citatum.

31. *Decrepiti* sunt dicti, quorum crepitu & plangore familiae fuerant jam conclamata funera. *Donatus*. Decrepito.] Prorsus lene. Sic Adelph. V. 8. 16. ubi etiam vide Donatum. Etymon incertum. Eugraphio *decrepiti* vocantur senes, quod longa senectute vix loqui possint, & tantummodo fractis vocibus loquantur, & sint quasi quaedam *crepitacula*. Festo *Decrepitus* est desperatus, crepera jam vita, ut *crepusculum* extremum tempus diei. Vide Taubm. ad Plaut. Epid. V 2. 1. & Kirchmann. de Fun. Rom. I. 11. Possit & metaphora videri desumta à lucernis sive candelis in extremo *cre*-

pi-

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

GNATHO. PARMENO.

Gn. DI IMMORTALES! [1] homini homo quid praestat! ſtulto intelligens!
[2] Quid intereſt! hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.
[3] Conveni hodie-adveniens quemdam mei [4] loci hinc, atque ordinis,

pitantibus. Vide Voſſ. Etym. *Veſterhov.*

32. IPSAM.] Quaſi nimine pulchritudinis. Et bene IPSAM, propter quam datur. *Donatus.*

1. HOMO HOMINI QUID PRAESTAT!] Phorm. V. 3. 7. Liv. XXXI. 7. *Dico, quantum vel vir viro, vel gens genti praeſtat.* Veſterh.

2. QUID INTEREST!] Videntur abſolute per admirationem dicta [hoc praecipit Donatus.] Atque ita diſerte eſt in Mſ. Lipſ. Vir Cl. Jac. Perizonius ad Sanct. Min. III. 5. tamen conjunctim legit, STULTO INTELLIGENS QUID INTEREST! componens cum illo Gellii III. 14. *Quid demidium dimidiato interſit.* Ita & citat Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XVIII. Lucilius Lib. IX.

Nunc haec quid valeant, quid-*ve* huic interſiet illud
Cognoſces.

[Notabilis locus, propter conſtructionem Verbi, pro *differre* ſumti, cum dativo] Cic. Catil. III. 6. *Quae ſupplicatio ſi cum ceteris conferatur, Quirites, hoc* interſit. *Veſterhov.*

3. *Conveniſſe*, non vidiſſe tantum, ſed etiam collocutum fuiſſe ſignificat. *Donatus.* CONVENI.] Obviam factus ſum. And. II. 2. 31. *Veſterhov.*

4. LOCI, ingenuum: ORDINIS, pauperem. Illud natalium, hoc fortunae eſt. *Donatus.* Non conſtat ſibi Do-

[5] Hominem haud impurum, itidem patria qui [6] abligurierat bona.
Video [7] sentum, squalidum, aegrum, [9] pannis annisque obsitum.

[10] Quid

Donatus [in Loci notione.] hîc, & mox ad versum 10. Quid ergo? Promiscuus Loci usus est, seu de natalibus, seu de dignitate sermo. Justin. XV. 3. *Erat hic Lysimachus illustri quodam Macedoniae loco natus.* Cic. Fam. XIV. 18. *Vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae.* Nisi placet cum Eugraphio Mei Loci, *pauperem* intelligere. Ordinis, parasitum. Sic Plautus Cistell. I. 1. 24. *Ordinem* tribuit meretricibus; vel ἐκ παραλλήλȣ, meae sortis atque conditionis, interpretari. Hinc, ex hac urbe. Sic And. V. 1. 14. *Vest.*

5. Hominem haud impurum.] Non dixit prodigum, quia hoc ipsum probat: sed non avarum, non improbum. Et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus. *Donatus.* Refertur ad ingenium. Heaut. IV. 1. 16. Adelph. II. 1. 29. II. 4. 17. Phorm. II. 3. 25. & V. 7. 93. notatque passim [*Impurus* sc.] sordidum & avarum. Phorm. I. 2. 33. *Vesterhov.*

6. Abligurierat.] Suavibus escis consumpserat. Nam ἀπὸ τȣ̃ λιγυρȣ̃, est *ligurire.* Et λιγυρὸν Graeci suave appellant. nn. Editio an. 1469. & quidam Mss. Obligurierat. Cic. Catil. II. 5. *Patrimonia sua profuderunt: fortunas suas* obligurrierunt. Sunt vero haec [Itidem patria &c.] παρὰ προσδοκίαν a Gnathone dicta. Ubi enim magnifice satis dixisset, Mei loci hinc atque ordinis, subjungit, quod maxime erat ignominiosum, Itidem patria qui abligurierat bona. Quibus verbis simul κατὰ λιτώτην helluonem describit. Qui vero patria & avita bona comedissent, *prodigi* declarabantur. Vide porro infra V. 4. 14. *Vesterh.*

7. Sentum.] *Horridum & incultum;* qualia sunt loca vepribus & spinis obsita. Virg. Aen. VI. 462.

Per

[10] Quid iſtuc, inquam, ornati eſt? quoniam miſer, quod habui, perdidi. [11] hem,
Quo redactus ſum! omnes me noti atque ignoti deſerunt.
[12] Hic ego illum contemſi prae me. Quid [13] homo, inquam, ignaviſſime?

Itan'

Per loca ſenta *ſitu*
Prudentius περὶ Στεφ. Hymno III. 46.
Ingreditur pedibus laceris
Per loca ſenta *ſitu & vepribus*. Veſterhov.

8. SQUALIDUM.] Ad ſordes retulit. AEGRUM.] Ad maciem. PANNIS ANNISQUE OBSITUM.] Ad veſtitum & triſtitiam. *Donatus*.

9. PANNIS ANNISQUE &c.] Vel paraſitica vernilitate καθ' ὁμοιοτέλευτον dictum: vel quia Homerus [Odyſſ. T. 366. *Veſterhov*. Legitur autem idem verſus totidem verbis in Heſiodo, Ἔργ. 93.] dixit, αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν. & eſt miſeriae ſenium deditum. Bene addidit *annis*: quia ut quiſque miſerior eſt, ita ſenior videtur. Ut SENTUM, dixit OBSITUM. μεταφορὰ ab agro. *Donatus*. Suet. Calig. 35. *Conſtringi ſine mora juſſit*, & pannis obſitum *vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde jugulari*. Virgil. Aen. VIII. 307.
ibat rex obſitus aevo.
Plaut. Menaechm. V. 2. 4. Conſitus *ſum Senectute*. Heautont. II 3. 53. *Veſterhov*.

10. QUID ISTUC ORNATI? INQUAM.] Scire nos convenit, cum recto caſu profertur interrogatio, non eſſe contumelioſum. Ut ſi dicas, *Quis hic homo eſt?* Si autem in obliquo, contemptum ſignificari. ut, *Quid hoc eſt hominis? Quid mulieris? Quid ornatus? — Ornatus* τῶν μέσων eſt, ad dedecus [immo, *decus*] & ad turpitudinem. Vel ſimpliciter hoc accipe, vel εἰρωνικῶς. PERDIDI.] Non dixit, id quod erat, comedi, aut conſumpſi. *Donatus*.

11. HEM QUO &c.!] Vel habitum ſuum, vel corpus oſtendens, hoc dicit. *Donat.*

12.

Itan' [14] parasti te, ut [15] spes nulla reliqua in te
siet tibi?
[16] Simul consilium cum re amisti? viden' me [17] ex
eodem ortum loco?
[18] Qui color, nitor, vestitus, [19] quae habitudo est
corporis!

[20] Omnia

12. Hoc est illud, Homo homini quid praestat! &c. *Donatus.*

13. Homo.] Ita solent per contemtum. Quae fere distinctio inter Ἄνθρωπον & Ἄνδρα usitata Graecis. *Vesterhov.*

14. Itane te parasti.] Quam objurganter! tanquam in illo sit, quod miser est. Et alibi [Hec. I. 11.] *Quin ita paret se*, &c. Et hoc propriè verbum ad exprimendam inhumanitatem [forte hàc voce *inertiam* vult significare] & ignaviam factum est. *Donatus.* Idem ad laudatum Hecyrae locum ait verbum *Paret*, adversum munificos & segnes sumi. Ubi Vesterhovius legendum suspicatur *nullificos*, q. d. nullius bonae frugis. * Parasti te.] Supra I. 1. 2. Cic. Tusc. V. 18. *Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.* Vesterhov.

15. Spes nulla reliqua in te &c.] Sententiose, ad illud quod & Virgilius ait [Aen. XI. 309.]

Spes sibi quisque. Donatus. In te, Emphaticè dictum; est enim Spes non inter Fortunae bona, sed ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν. *Vesterhov.*

16. *Consilium*, in bonis animi: *res* in potestate fortunae. *Donatus.* Simul consilium cum re amisti?] Cic. pro Coel. 32. *Hominem sine re, sine sede, sine spe, sine fide, sine fortunis.* Ovid. Pont. IV. 12. 47.

Crede mihi; miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque *fugit.* Vesterh.

17. Ex eadem fortuna. *Donatus.* Quem nota *Fortunam* hic dixisse de conditione natalium: de his enim agi, ex verbo Ortum palam est.

18. Qui color, nitor, &c.!] Ovid. Heroid. III. 141.

abiit corpusque colorque

Ni-

20 Omnia habeo, neque quidquam habeo. 21 Nihil cum eſt, uihil deſit tamen.

At

NITOR ad pinguedinem refertur. Phaed. III. 7. 4. *unde ſic, quaeſo*, nites? *Aut quo cibo* feciſti tantum corporis? Nep. Eum. 5. Nitida *jumenta*. Veſterh.

19. HABITUDO CORPORIS, ad AEGRUM [ſupra vers. 5.] refertur. *Plautus* in Epidico [I. 1. 8. ſed legitur nunc *videre*, pro *hercle*], *Corpulentior hercle, atque habitior*. Donatus.

HABITUDO.] Totam externam corporis formam complectitur, in primis praeſtantem. Unde *habitus* pro robuſto & obeſo, infra II. 3. 23. Gell. IV. 20. *Cenſores P. Scipio Naſica & M. Popillius, quum equitum cenſum agerent: equum nimis ſtrigoſum &* male habitum, *ſed equitem ejus uberrimum &* habitiſſimum *viderunt. Et cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo; equum Statius meus ſervus.* Sed & *habitus* idem quod *habitudo*. Cic. pro Coel. 24. *Integerrima aetate, optimo* habitu, *maximis viribus*. Gr. εὐεξία. Unde Hippocratis Aph. 3. Sect. I. Αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί. *optimus corporis habitus periculoſus*. Veſterhov.

20. OMNIA HABEO, ad induſtriam retulit. NEQUE QUIDQTAM HABEO, ad fortunae culpam. *Donat*. OMNIA HABEO, NEQUE QUIDQUAM HABEO.] Species ὀξύμωρε. Curt. IV. 1. *Hae manus ſuffecere deſiderio meo*: nihil habenti nihil defuit. Idem IX. 3. *Omnium victores, omnium inopes ſumus*. Neque aliter Paulus Apoſtolus 2 Corinth. VI. 10. ὡς πτωχοὶ, πολλὰς δὲ πλετίζοντες. ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. Et cap. VIII. 9. *Veſterhov.*

21. Denuò, fortunae crimen, NIHIL CUM EST, ad ſuam laudem, NIHIL DEFIT TAMEN. — Figura ὀξύμωρον. Ut apud *Virgilium* [Aen. XI. 695.] *Sequiturque ſequentem.* Et Cicero, [Catil. I. 8.] *Cum ta-*

At ego infelix [22] neque ridiculus esse, neque plagas pati
Possum. Quid? tu his rebus credis fieri? tota erras via.
Olim isti fuit generi quondam quaestus apud [23] seclum prius

Hoc

tacent, *clamant*. Donatus. DEFIT.] Mſ. Lipſ. DEFICIT. Hec. V. 2. 1. Phorm. I. 3. 10. *Veſterh.*

22. NEQUE RIDICULUS ESSE, NEQUE PLAGAS PATI POSSUM.] Duplex olim Paraſitorum genus, unum, quod ridiculis dicteriis cibum alienum captabat. De iis Plautus Capt. III. 1. 10. *Ita juventus jam* ridiculos *inopesque abs ſe ſegregat.* Et per totam Scenam. Alterum, quod verbera aliasque indignitates ultrò patiendo victum quaeritabat. Appoſita ſunt verba Valeriani Sermone X. de Paraſitis: *Huic denique manducanti barba vellitur; illi bibenti ſedilia ſubtrahuntur; hic ligno ſciſſili, ille fragili vitro paſcitur.* Quinctilianus [de iisdem.] Declam. 298. *Contumelias in quaeſtu habere, & injuria paſci.* Sidonius Apollinaris Lib. III. Epiſt. 13. *Hoc ſolum comedens domi, ſi quid e raptis inter alaparum procellas praemiſit opſonii.* Sed neutro [horum] generi ſe miſer iſte famelicus idoneum dicit; admoneturque a Gnathone, non duplex eſſe Paraſitorum genus, ſed ſua etiam inventione tertium exiſtere, liberum ab iſtis miſeriis, & extra ludibria poſitum, adulatores ſcilicet, qui ubique ad omnia aliorum dicta & facta illud *Euge* accinunt: ſeque iſtius diſciplinae & ſcholae dogmatiſtam aſſeverat. *Veſterhov.*

23. *Seculum* modò, pro hominibus poſuit, more Lucretiano; qui etiam de beſtiis vocabulo iſto utitur: ut, *ſecla ferarum*, *ſecla boum*. Mirè convenit Iſland. Ölld, *homines*, poeticè. Eodem ſenſu Gr. *βίος*, etiam in proſa oratione. Item Latin. *Aetas.* Virg. Georg. I. 468.

Impiaque aeternam timuerunt ſaecula *noctem.*

Aliter

Hoc novum eſt [24] aucupium: ego adeo hanc primus inveni [25] viam.
Eſt [26] genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos [27] conſector. [28] Hiſce ego non paro me ut rideant;
Sed his ultro [29] arrideo, & eorum [30] ingenia admiror ſimul.

Quid-

Aliter tamen Interpretes, quos habeo. caeterum APUD, pro *in*, de tempore non dicitur, quod ſciam.

24. AUCUPIUM.] Victus quaerendi ratio. Tranſlatè; ſicut enim aves eſca, ita Philodoxi aſſentatione capiuntur. *Minell.*

25. VIAM.] Vulgò *medium* vocant. *Veſt.*

26. GENUS HOMINUM.] Quia multi ſunt hujusmodi. *Donatus.* ESSE PRIMOS SE OMNIUM RERUM VOLUNT.] Indigitat φιλοπρωτεύοντας. Illud SE πλεονάζει. Vide And. IV. 5. 2. [& ſupra Prol. 1.] Sed & τὸ RERUM. Quod Poëtis familiare. Ovid. Arte Am. I. 213. Metam. XIII. 508. *Veſterhov.* Qui VOLUNT, intellig. *ſtudent.* Ego intelligebam, *putant*, aut *praedicant.* Virgil. Aen. I. 630.

Seque ortum antiqua Teucrorum à ſtirpe volebat.

Quod mihi videbatur hic ſenſus aptior eſſe *glorioſulis*, de quibus agitur modò.

27. CONSECTOR.] Reſpicit morem clientum, ſervorum, diſcipulorum, patronos, dominos, magiſtros ſequentium. Maxime autem paraſiti conſequebantur ſuos reges. Unde *Scurrae*, qui propriè paraſiti, olim a ſequendo *ſequerrae* dicti. *Veſterhov.*

28. HISCE EGO NON PARO ME UT RIDEANT.] Explicat, quid ſit ridiculum eſſe. *Veſterhov.*

29. ARRIDEO.] Dicta laudo, & cum riſu proſequor. Plaut. Capt III. 1. 25.

Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier.
Saltem ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent.

Horat. Arte 101.

Ut

Quidquid dicunt laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.
[31] Negat quis? nego: aït? aio. Poſtremo [32] imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari. Is quaeſtus nunc eſt multo uberrimus.

Pa.

Ut ridentibus arrident, *ita flentibus* adflent. *Veſterh.*

30. Ingenia admiror.] Eupolis priſcae Comoediae ſcriptor Athenienſis εἰς τὴν Κολάκων δίαιταν.

Ἱματίω δέ μοι δύ᾽ ἐστὸν χαρίεντε. τούτοιν μεταλαμβάνων
Αἰεὶ θάτερον ἐξελαύνω εἰς ἀγορὰν. ἐκεῖ δ᾽ ἐπειδὰν
Κατίδω τιν᾽ ἄνδρ᾽ ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ᾽, εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμι.
Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλοῦταξ, πάνυ ἐπαινῶ, καὶ καταπλήττομαι,
Δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.

Veſtes vero mihi duae ſunt feſtivae: harum induens
Semper alteram in forum erumpo: illicque poſtquam
Adſpicio quempiam virum fatuum, at divitem, ſtatim huic me adplico,
Et ſi quid forte dives dicat, vehementer laudo, & ſtupeſcens admiror,
Prae me ferens, quaſi verbis laetet. Veſterhov.

31. Negat quis? nego &c.] Negat & Ait contraria ſunt. Ut *Plautus* * in Rudente, *Vel tu ais, vel tu negas.* Donatus. * Act. V. 2. 44. Ubi hodie legitur: *Prom tu vel ajas, vel neges.* Citat Cicero in Laelio cap. 25. quantò magis mirum hunc verſum Guyeto ſpurium videri. Eleganter autem Aio & nego ſibi opponuntur. Sic And. V. 4 5. & mox infra IV. 4. 46. *Veſterhov.*

32. *Imperat ſibi*, qui ſtatuit facere quid, quod niſi ratione quadam motus ſponte facturus non erat. Cic. Attic. XI. 24. *Quod me mones*

Pa. Scitum hercle hominem! hic homines prorsum [33] ex stultis insanos facit.

Gn. Dum haec loquimur, interea loci ad [34] macellum ubi advenimus;

Concurrunt laeti mi obviam [35] cupedinarii omnes,

[36] Ce-

nes de vultu & oratione ad tempus accommodanda, etsi difficile est, tamen imperarem mihi, *si mea quidquam interesse putarem.* E Diodoro laudat Daceria: Ἐγώ μεν ȣν τὸν νόμον ἐμαυτῷ τȣτονὶ τίθημαι. *Ego quidem mihi hanc legem pono.* Vesterhov.

33. Ex stultis insanos.] Graeci itidem distinguunt inter παραφρονεῖν, καὶ παντάπασι ληρεῖν. Huc pertinet illud: Μέμηνας ἤδε, καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν. Et celebris est ICtorum distinctio inter *stultum* & *insanum*; seu propriè *mente captum* & *furiosum*. §. 3. & 4. Instit. de Curatoribus. Adde Cic. Tusc. III. 5. *Vesterhov.*

34. Macellum a mactandis pecoribus dictum. *Donatus.* Macellum.] Dictum a Gr. μάγειρος, *coquus.* Nisi verum est Varronis ἔτυμον. [Vid. ad vers. sequent.] Donati illud omnium minime se approbat. Notandum autem, omnia quae h. l. memorantur a Gnathone venisse olim in *Macello.* Plaut. Aul. II. 8. 3. unde adeo *Macellum* locus maxime publicus & celebris fuit. Cic. Verr. III. 62. *Albam Aemilium sedentem in faucibus* macelli *loqui palam.* Et quia non tantum crudi cocti cibi sed & vendebantur in *macellis*, igitur Caesar *epulum pronuntiatum populo in filiae memoriam* macellariis *oblocavit.* Suet. Caes. 26. Tum quod tres mulli triginta millibus nummûm venirent, Tiberius *annonam macelli temperavit.* Suet. Tib. 34. *Vesterhov.*

35. Cupedinarii.] Varro Humanarum Rerum: *Numerius Equitius Cupes,* inquit, *& Romanius* [Quid. Libri, *Nomanius.* Lindenbrog.] *Macellus, singulari latrocinio multa loca habue-* *runt*

[36] Cetarii, [37] lanii, [38] coqui, [39] fartores, [40] piscatores, [41] aucupes;

Quibus

runt infesta. His in exilium actis publicata sunt bona, & aedes, ubi habitabant, dirutae: eque ea pecunia scalae Deum Penatium aedificatae sunt. Ubi habitabant, locus, ubi venirent, ea quae vesc endi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cupedinis appellatum est. Omnes qui esculenta & poculenta vendunt, a rebus Cupedinis ob alimentum CUPEDINARII appellantur. Donatus. Cupidinariorum genera sunt quae sequuntur. Eugraphio *Cupedinarii* sunt, qui *Cupiditatibus* populi serviunt. Veteres autem *cupedo*, & *cuppedo*, pro *cupidine* dixerunt. Scaliger quasi *caupedia* & *caupedinarios* a cauponando malebat dicta. *Vesterhov.*

36. CETARII.] Qui cete, id est, magnos pisces venditant, & * bolonas exercent. *Donatus.* * *Bolonas.*] Arnob. Lib. II. *Quid bigarios, salinatores*, bolonas, *unguentarios*. Gloss. *Bolonae* μεταπράται, παλιγκάπηλοι. Papias: Bolona *redemtor cetariarum tabernarum*, *in quibus salsamenta conduntur*, *quas tabernas vulgò* cetarias *vocant*. Lindenbrog. *Bolonas exercent.*] H. e. universos retis jactus simul vendunt. βόλος jactus. *Vesterhov.* CETARII sunt, qui salsamenta vendunt: nam *Cetariae* dicuntur bolonae. *Cete* pisces sunt, qui ad salsamenta proficiunt. *Eugraph.* Non. Marcellus: Cetarii *genus sunt piscatorum*, *quod majores pisces capit*. *Dictum ab eo*, *quod* cete *in mari sunt majora piscium genera* Sunt autem *Cetaria* locus & apparatus, quibus majores pisces capiuntur. Horat. Sat. II. 5. 44. [Ubi tamen vide Vet. Scholiasten.] quas cetarias dixit Plinius XXXVII. 5. Erant vero *cetarii* & qui porro h. l. memorantur, vilissimorum hominum genus. *Vesterhov.*

37. LANII.] Qui laniant pecora: unde & *Lanistae* dicti qui laniandis praesunt gladiatoribus. *Donatus.* LANII.] Hi quidem vel ipsi laniabant pecus, vel laniandum praebebant. Ovid. Heroid. I. 95.

Irus

Quibus & [42] re salva, & perdita profueram, & prosum saepe.

Irus egens, pecorisque *Melanthius* actor edendi, *Ultimus accedunt in tua damna pudor*. Vesterh.

38. COQUI.] Hi macellum frequentabant, atque inde conducebantur ab iis, qui lautiores epulas appararent. Plaut. Aul. II. 4. 1. 2. *Vesterhov.*

39. FARTORES.] Qui *. insitia & farcimina faciunt. *Donatus.* * INSITIA.] *Isicia* ἰσικοί, Alexand. Trallian. Lib. VII. Alex. Aphrod. προβλημάτων Lib. I. Macrob. Saturn. VII. 8. *Lindenbrog.* Festo [hinc sumtâ translatione.] *Fartores* etiam dicuntur *Nomenclatores*, quod clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati. *Vesterh.* FARTORES.] Hi dicti, quod aves *farcirent*, h. e. saginarent & altiles facerent. Unde iidem *aviarii* & *altiliarii* vocati. Gr. σιτευταὶ, ἀλλαντοπῶλαι, ὀρνιθοπῶλαι. *Anseres farcire* dixit Cato R. Rust. cap. 89. *Vest.*

40. PISCATORES.] Inter hos & *cetarios* id interest, quod illi vivos, hi muriaticos pisces & salsamenta ferè venderent. *Vesterhov.*

41. Hanc vocem Faërnus, Tanaquill. Faber, alii exulare h. l. jubent, quod Cicero Off. 1. 42. eam omiserit: & quod careat ea Liber Bembinus. Verum Cicero ἁμάρτημα μνημονικὸν committere potuit, nam & *cupedinarios* omisit. Bembi libro ceteri & Mss. & impressorum praestantissimi, & lectio Probi reclamant. Videturque Horatius respexisse hunc locum Sat. II. 3. 226. & seqq. Videtur *item* h. l. Terentius imitator Plauti Trin. II. 4. 5. seqq. *Vesterhov.*

42. RE SALVA.] Cum de meo impenderem. ET PERDITA PROFUERAM.] Cum de alieno *, nanciscor & expendo. *Donatus.* * In Edd. Venetis est *manticinor*, quod videtur positum, pro, *clam argento emungo*, *suppilo.* Plautus Capt. IV. 2. 117. [Ubi vide Interpretes.] Iidem Libri pro *expendo* legunt *impendo.* Vesterhov. Si, post

Salutant: ad coenam vocant: [43] adventum gratulantur.
Ille ubi miser [44] famelicus videt me [45] esse in tanto honore,
Et tam [46] facile victum quaerere: ibi [47] homo coepit me obsecrare,

Ut

PERDITA, commate distinguamus cum Minellio, Synchysis, quam in hoc versu statuit Vesterhovius, evanescet.

43. Accusativum casum pro dativo, pro *adventui gratulantur*. Et *adventus* proprie exspectatorum, necessariorumque dicitur. *Donat.* Casp. Scioppius ADVENTUM accipit pro *advenisse*, ut Sol *occasus*, qui *occidit*, *ventus*, qui *venit*. Durum, nec Terentio dignum. *Vesterhov.*

44. FAMELICUS.] A fame & edendo dictus est, quasi *famedicus*. Donatus.

45. ESSE IN TANTO &c.] Haec varie leguntur. TANTO HONORE. ESSE TANTO HONORE. ESSE IN TANTUM HONOREM. quomodo Juntae, Rob. Stephanus, Fabrini, alii ediderunt. De cujusmodi loquendi genere Gellius I. 7. *Multam nos quoque*, ait, *apud veteres scriptores loquutionum talium copiam offendimus*. Landatque in primis Ciceronem & Plautum. Adde omnino Gotl. Cortium ad Sallust. Catil. 19. n. 3. Passerat. ad Cic. pro Arch. cap. 5. ubi legitur, *in nomen*. Vesterh.

46. Emphaticum est τὸ FACILE, h. e. *laute*, *atque ex sententia*. Sic Adelph. III. 5. 56. Plaut. Curc. V. 2. 6. *propter eas vivo* facilius. Virg. Georg. II. 460. [ubi tamen possit esse Hypallage.] Phaed. III. 7. 13. & IV. 21. 3. Port. apud Donat. in Vita Terentii

Tres per idem tempus qui agitabant *nobiles* facillime.

Consule J. Fr. Gronovium ad Liv. XXIII. 11. & J. G. Graevium ad Cic. Fam. III. 12. *Vesterh.* Accedit sane notio vocabuli *facultas*, qua copiam seu abundantiam significat: neque aliter dicunt Islandi, Audur & Audæfi, pro *divitiis*. Hoc tamen loco nihil causae video, quo minus τὸ FACILE suo proprio sensu capiatur.

47.

Ut sibi liceret discere [48] id de me: [49] sectari jussi,
[50] Si potis est, tanquam Philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocabula, [51] Parasiti item ut Gnathonici vocentur.

47. Homo.] Ita solent, quasi cum commiseratione alterius. Phaed. II. 2. 7. & III. 3. 13. *Vesterhov.*

48. Discere.] Quasi disciplinam, aut artem. Discere id de me.] Magis, *de illo*, & *de me*, veteres dicebant; quam ut nos dicimus, *a me*, aut *ab illo*. Donatus. De, ex, ab aliquo discere quid premiscuè dixerunt. *Vesterhov.*

49. Sectari.] Propriè. Nam & *sectae* Philosophorum ab eo dictae sunt. *Donatus.* Respicit morem Philosophorum & Doctorum veterum, qui docentes praeibant discipulis pone sequentibus. Unde & *sectae* nomen natum. Plaut. Pers. II. 1. 5.

Nam equidem te jam sector *quintum hunc annum; cum interim, credo,*
* *Cucus si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probè literas sciret.*

[* In editione Hackiana Boxhornii legitur, *Cuculus.*]

Gell. II. 2. *Taurus*, sectatoribus *commodùm dimissis*, *sedebat pro cubiculi sui foribus.* h. e. discipulis. Suet. de Clar. Rhetor. cap. 4. *Objicientibus sibi, quod in Republica administranda potissimum Consularis Isaurici sectam sequeretur, malle respondit Isaurici esse discipulus* [Editio Boxhorn. *discipulum*], *quam Elpidii calumniatoris.* Vesterhov.

50. Sensus & constructio verborum Terentii est: *Ut Parasiti item* (itidem) *vocentur Gnathonici, si potis est* (fieri) *tanquam disciplinae* (scholae) *Philosophorum habent vocabula ex ipsis* (Philosophis.) Cic. Fin. III. 11. *Praeter enim tres disciplinas, quae virtutem a summo bono excludunt, ceteris omnibus Philosophis haec est tuenda sententia.* Vesterhov.

51. Parasiti.] Vox origine proba, posteriore usu infamis. Παράσιτοι olim dicti, qui epulis sacris adhibebantur, quorum peculiaris erat magistratus, teste Athenaeo V. 6. *Vesterhov*

Pa. Viden', [52] otium, & cibus quid faciat alienus?
Gn. Sed ego cesso
Ad Thaidem hanc * deducere, & rogitare ad coenam ut veniat?
Sed Parmenonem ante ostium [53] Thaidis tristem video,
[54] Rivalis servum: salva res est: nimirum [55] hic homines frigent.

[56] Ne-

52. Otium.] Juvenal. Sat. V. 2. Palmerius & Muretus nixi Codice Bembino Ossum defendunt, vocem barbaram & Terentio indignam. Gifan. in Ind. Lucr. v. *Suum*, legit, Os suum. *Vesterhov*. Dionysius Pontif. Max. ad Severum: *Vos otiosi vultis comedere alienum cibum, videte ne in vos illud conveniat:* Vide, quid faciat otium et alienus cibus. *Lindenbrog.* Faciat.] Legitur &, Facit: ut sit figura per modos. *Donatus.* Idem ex Mſ. R. affert Lindenbrogius.

* Hanc deducere.] Propriè. Nam *ducitur* quis ad supplicium: *Deducitur* ad laetitiam. *Donatus.* Aut haec non sunt a Donato, aut illa quae notat infra II. 3. 85. *Abducimur, unde volumus; ducimur, quo volumus.* Et sanè promiscue usurpantur *ducendi, abducendi, deducendi* verba. *Vesterhov.*

53. Thaidis.] Legitur & Thais. *Donatus.*

54. *Rivales* dicuntur qui unam amant, vel meretricem, vel amicam, quod quasi uno rivo amoris utantur. *Eugraphius.* Vide Donatum infra V. 9. 42. Sunt autem *Rivales* propriè, eodem *rivo* utentes pastores aliique. Gell. XIV. 1. *Esse autem nimis quam ineptum absurdumque, ut, quoniam aestus Oceani cum Lunae curriculo congruit, negotium quoque alicujus, quod ei forte de* aquaeductu *cum* rivalibus, *aut de communi pariete cum vicino apud judicem est, ut existimemus id negotium quasi habena quadam de coelo vinctum gubernari.* Inde ob rixas inde ortas vox ad *amantes* translata. Plaut. Stich. III. 1. 30.
Eadem est amica ambobus. rivales *sumus. Vesterbov.*

55.

[56] Nebulonem hunc certum est [57] ludere. *Pa.* [58] Hice hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem esse. *Gn.* Plurima salute Parmenonem
[59] Summum suum [60] impertit Gnatho. [61] Quid agitur? *Pa.* Statur. *Gn.* Video.

55. HIC HOMINES FRIGENT.] Gratia Thaidis exciderunt. Cicero ad Q. Fr. III. 8. *Memmius in adventu Caesaris habet spem: in qua illum puto errare*, hic *quidem* friget. Sed & *Frigus* de amissa gratia usurpatur. Seneca Epist. CXXII. *Et amicitia Tiberii notus, &* frigore. Pers. Sat. I. 108.
videsis, ne majorum tibi forte
Limina frigescant.
Suet. Claud. 41. *Et cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit*, refrigeratus *saepe a semet ipso*. h. e. in causa fuit ipse, cur minus faustis acclamationibus exciperetur. HIC HOMINES.] Alii, HI HOMINES. Alii, HOMINES. *Vesterhov.*

56. NEBULONEM.] Vel furem *, quia nebulas objiciat: vel mollem, ut nebulam: vel inanem & vanum, ut nebula est. *Donatus.* * Melius Eugraphius: *Vel* furem, *quoniam* nebula *semper utuntur. Homerus* [Iliad. Γ. 11.]
Κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

57. Ms. Bodl. Boecleri omnes, alii: ELUDERE. *Vesterhov.*

58. Ms. Mark. ISCE — ARBITRATUR. An HISCE? quomodo legit Priscianus Instit. Grammat. Lib. XII. addens: *In quo videntur euphoniae causa S interposuisse.* Dixit autem Hoc MUNERE, h. e. ob hoc munus. Catull. XIV. 2.
munere isto
Odissem te odio Vatiniano.
Vesterhov.

59. Haec tota locutio parasiticae elegantiae, & simul εἰρωνείας plena est. nam & *plurimam* dicit ei salutem, quem ne exiguam quidem velit continere: & SUMMUM dicit eum, qui nec levis amicus sit sibi: & PARMENONEM GNATHO, non *ego te*. SUMMUM SUUM.] Quam ve-

* Num quidnam quod nolis, vides? *Pa.* Te. *Gn.* Credo: at num quid aliud?

Pa. [62] Qui dum? *Gn.* Quia triſtis es. *Pa.* Nihil equidem. *Gn.* Ne ſis: ſed quid videtur. Hoc tibi [63] mancipium? *Pa.* [64] Non malum hercle. *Gn.* [65] Uro hominem. *Pa.* Ut falſus [66] animi 'ſt!

Gn.

venuſte, quod ſummum amicum non reſalutet Parmeno. *Donatus.* SUMMUM.] Eſt ellipſis Attica. Schott. Obſerv. I. 14. Confer Adelph. III. 2. 54. Quo minus autem τὸ SUUM notet idem quod *porcorum*, quod conjiciebat Scoppa [Lib. II. Collectan. c 7.], facit illius rei ignorantia in Parmenone, qui ad tam acerbum & nimis ſcopticum convicium non tacuiſſet. *Veſterh.*

60. PLURIMA SALUTE IMPERTIT.] Lucil. apud Non. v. *Impertit:*

Soſpitat, impertit ſalutem plurimam & *pleniſſimam.*

Idem ibidem

ſalutem *fictis verſibus Lucilius*,

Quibus poteſt, impertit, *totumque hoc ſtudioſe & ſedulo.* Veſterhov.

61. QUID AGITUR? Pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur. Ut [Adelph. V. 5. 4.] O *noſter, quid fit? quid agitur?* Donatus. QUID AGITUR? PA. STATUR.] Ad eundem modum Plaut. Pſeud. I. 5. 42. SI. *Salve.* quid agitur? Ps. Statur *hic ad hunc modum.* Veſterhov.

* NUM QUIDNAM &c.?] Hoc dicit Parmenoni objiciens virginem in adſpectum. *Eugraph.*

62. QUI DUM?] Interrogat interrogantem, ne ipſe reſpondeat. *Donatus.*

63. HOC TIBI MANCIPIUM.] Ταπείνωσις. MANCIPIUM dicit puellam, aut virginem. *Donat.* Servos ſervasque in bello captos, atque a Republica emtos proprie *mancipia* dixere. Unde plena & juſta poſſeſſio & jus dominii quiritarii *mancipium* audit ICtis, quaeque ita poſſidentur, *res mancipi* dicuntur. Vid. Boëth. in Top. Cic. Lib. III. Ulp. in Fragm. Tit. XIX. §. 3. Caj. Inſtit.

Gn. [67] Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? *Pa.* Hoc nunc dicis,
Ejectos hinc nos: [68] *Omnium rerum*, heus, *vicissitudo est.*
Gn. [69] Sex ego te totos, Parmeno, [70] hos menses quietum reddam:

Iii 5 Ne

Instit. VI. 3. atque ibi Schulting. Bynkersh. Opusc. II. de Rebus Mancipi, cap. I. *Vesterhov.*

64. NON MALUM HERCLE.] Inimica laudatio. *Donatus.* NON MALUM.] Mediocriter laudandi formula. *Vesterh.*

65. URO HOMINEM.] Quae molestiam nobis creant, *urere* dicuntur. Infra III. I. 48. Plaut. Bacchid. V. I. 5.

Magis quam id reputo, tam magis uror.

Flor. II. 6. 2. Urebat *nobilem populum, ablatum mare, captae insulae, dare tributa, quae jubere consueverat.* Horatius eodem verbo de *dolore ex loris & calceo* usus Epist. I. 17. 46. & 10. 45. Inde eâdem metaphorâ Catullo 2. 8. *gravis ardor* est intensissimus dolor. Simili sensu *mordendi & pungendi* verbis utuntur. *Vesterhov.*

66. ANIMI pro *animo*, αὐ]ίπ]ωσις veterum: qui, *ingens es virium*, &, *dives es opum*, amabant dicere. *Donatus.* Ms. Lips. FALSUS ANIMO. *Vesterhov.* Eâdem sententia, *Falsus es.* And. IV. I. 23.

67. QUAM HOC MUNUS GRATUM &c.?] Mirè insultat Gnatho. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto erit rivalis exclusior. *Donatus.* Nota, *exclusior.* Posterior autem pars hujus annotationis manifestò spectat ad responsum Parmenonis.

68. Sensus est: Nihil in proprio statu perpetuo permanere, sed verso ordine in diversas vices cuncta mutari. *Eugraph.* Plaut. Truc. II. I. 9.

Actutum fortunae solent mutarier, varia vita est.

HEUS vero usurpant sententiam pronuntiaturi. Sic Heautont. II. 3. 72. *Vesterhov.*

69.

Ne [71] sursum, deorsum cursites, neve * usque ad lucem vigiles.
[72] Ecquid beo te? *Pa.* Mon'? [73] papae! *Gn.* Sic soleo amicos. *Pa.* Laudo.
Gn. [74] Detineo te fortasse: tu [75] profectus alio fueras.
Pa. Nusquam. *Gn.* [76] Tum tu igitur paululum da mihi operae: fac ut admittar
Ad

69. Familiare Terentio, *Sex menses* dicere. *Eugraph.* Sanè ita Adelph. III. 4. 32. *Vesterhov.*

70. Hos, qui nunc aguntur, id est, hoc tempore. Quietum reddam.] Facetè: quasi hoc ipse fecerit. Et hoc est quod ait, Plurima salute Parmenonem &c. tanquam amico consulat. *Donatus.*

71. Sursum, deorsum.] Respicit situm Athenarum clivosum. Sic Adelph. IV. 2. 35. Hec. III. 1. 35. Gr. ἄνω κάτω. *Vesterhov.*

* Usque ad lucem vigiles.] Scilicet dum exeat herus voluptatem cum Thaide capiens. *Vesterhov.*

72. Ecquid beo te?] Utimur hoc verbo quoties laeto nuntio quem impertimus [aut ostendimus, nos gratum quid cui fecisse, aut facturos.] Sic And. I. 1. 79. *Vesterhov.*

73. Valde me beas. Ironia per admirationem. *Minell.*

74. Moror, otio tuo abutor. Cic pro Rosc. Amer. c. 7. *Ne diutius vos teneam, judices.* Donatus, & bona pars Interpretum distinguunt post, Te. *Vesterhov.*

75. Profectus dicitur etiam de eo, qui incipit proficisci. Vide Gotl. Cortium ad Sallust. Jug. 102. Plaut. Aul. I. 2. 40.

Nunc, quo profectus sum, *ibo.*

Truc. I. 2. 105.

Jam hic ero, prope est, profecta *quo sum.*

Dicuntur autem *proficisci* etiam qui in urbe e domo in domum eunt. Sic πορεύεσθαι in Evang. Luc. XI. 5. vide ad And. III. 4. 21. *Vesterhov.*

76. Paululum da mihi operae.] Hoc quasi supplicantis vultu ad irrisionem dicitur. Paululum da mihi ope-

Ad illam. *Pa.* Age modo, nunc tibi patent fores hae, [77] quia iftam ducis.

Gn. [78] Num quem evocari hinc vis foras? *Pa.* [79] Sine, biduum hoc praetereat:

Qui [80] mihi nunc * uno digitulo fores aperis [81] fortunatus,

[82] Nae tu iftas, faxo, calcibus faepe infultabis fruftra.

Gn.

OPERAE.] Propriè fic dicitur, *adjuva me*. Sic in Adelphis [IV. 1. 14. Ubi tamen legitur HISCE.] *Haec opera ut data fit*. Donatus.

77. QUIA ISTAM DUCIS.] Hoc quafi ad Gnathonem, fed lentè, ac fub lingua murmurat. *Donatus*.

78. NUM QUEM &c.?] Quia ipfe intrare non poteft. *Donatus*.

79. SINE, BIDUUM HOC PRAETEREAT.] Haec & quae fequuntur, lentè pronuntiat, Gnathone interim introeunte in aedes Thaidis. Refpicit autem biduum illud, de quo convenerat interPhaedriam & Thaidem, fupra I. 2. a verfu 100 ad 110. *Vefterhov*.

80. MIHI, τῷ ἀττικισμῷ dictum eft. *Donatus*. MIHI.] παρέλκει, ornatus gratia. Phorm. V. 8. 21. *Vefterhov*.

* UNO DIGITULO.] Facile & nullo negotio. Trabea apud Ciceronem Tufc. IV. 31.

adveniens digito *impellam januam*,
Fores patebunt.

Eodem fenfu Florus IV. 2. 49. *Reliqua ftrages, quafi* una manu, *facta eft*. Vefterhov.

81. FORTUNATUS.] Ut ipfe videris tibi. *Donatus*.

82. NAE, valde. Mira eloquentia, in qua utraque ὑπερβολὴ expreffiffima eft. Nam neque UNO DIGITULO minus aliquid dici poteft: neque [τῷ] CALCIBUS SAEPE INSULTABIS, aut amplius, aut ingentius [Nota hunc comparativum.] INSULTABIS FORES.] *Salluftius* [In Fragmentis], *Multos tamen ab adolefcentia* bonos infultavit. *Donatus*. Ita folebant exclufi amantes. Horat. Carm. I. 25. 1. *Vefterhov*.

Gn. [83] Etiam nunc hic ſtas, Parmeno? eho! [84] numnam hic relictus cuſtos,
Ne quis forte [85] internuntius clam a Milite ad iſtam curſitet?
Pa. [86] Facete dictum. mira vero Militi quae placeant.
Sed video Herilem filium minorem huc advenire.
[87] Miror quid ex Piraeeo abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc.

Non

83. Haec dicit rurſus egreſſus ex aedibus Thaidis. *Veſterhov.*

84. NUMNAM.] Hic, NAM abundat. *Donatus.* RELICTUS.] Poſitus [ſc. ab hero excluſo.] *Paraphraſtes Delph.* CUSTOS.] Explórator. Suet. Caeſ. 43. *Legem praecipuè ſumtuariam exercuit: diſpoſitis circa macellum* cuſtodibus, *qui obſonia contra vetitum retinerent. deportarentque ad ſe.* Veſterhov.

85. *Internuntius* eſt, qui ambarum partium mandata perfert, ſive qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum. *Minell.* Dixit INTERNUNTIUS A MILITE, uti Plaut. Mil. IV. 1. 16.
Vah! egone ut ad te ab libertina eſſe auderem internuntius? Veſterhov.

86. FACETE DICTUM.] Εἰρωνικῶς. *Donatus.* MIRA VERO &c.] Q. d. Nec tantum facetè, ſed & mirificè dictum; neque adeo tua dicta placerent Militi, niſi mira eſſent; ironia manifeſta. Senſus eſt, Nil mirum, te hominem inficetum poſſe placere inſulſo militi. *Veſterhov.* MIRA, pro, *mirum.* *Virgilius* [Aen. I. 673.] *Nota tibi.* Donatus. Graecam Figuram vocat Servius, ad Virgilii l. cit. ubi & allegat haec verba Terentii.

87. MIROR.] Pro *neſcio.* Donatus. PIRAEEO.] Vide infra III. 4. 1. *Veſterhov* *Piraceum*, ut *Sunium*, eſt maritima & acceſſu littoris pars clementior. *Donatus.* Erat *Piraceus* portus Athenarum, auctore Themiſtocle exſtructus, relicto Phalereo. ibi autem excubabat juventus Attica, quae ex ephebis exceſſerat, adverſus prae-

Non temere eſt; & properans venit: neſcio quid circumſpectat.

praedonum incurſus, poſtquam per biennium in ipſa urbe excubaſſet. PUBLICE.] Auctoritate publica, ſeu juſſu populi. Liv. IV. 13. *Munatius eandem publicè curationem agens, quam Maelius privatim agendam ſuſceperat.* Suet. Caeſ. 17. *Cui, quod primus conſilia conjuratorum detexerat, conſtituta erant* publice *praemia.* Ulp. L. 24. D. de dam. inf. PUBLICE pro *jure publico*, & ſecundum libertatem naturalem, videtur accipere. *Veſterhov.*

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

CHAEREA. PARMENO.

Ch. [1] OCCIDI.

Neque virgo eſt uſquam: [2] neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo.

[3] Ubi quaeram? ubi inveſtigem? quem [4] percontet? [5] quam inſiſtam viam?

In-

1. Non habuit quid dicere debeat aliud, properans, & circumſpiciens, niſi OCCIDI. *Donatus.*

2. NEQUE EGO, QUI &c.] Amatorie, dum illam non invenit, & ſe perdidit. *Donatus.*

3. UBI QUAERAM? UBI INVESTIGEM?] Utrumque etiam conjunxit Heaut. IV. 2. 8. metaphora a venatione tranſlata. Unde & INVESTIGARE notat invenire. Phorm. V. 1. 9. *Veſterhov.* *Inveſtigare* (eſt), ſuſpicione aliquid ubi lateat inquirere. *Eugraph.*

4. Vox nautica. *Contus* nau-

Incertus ſum: una haec ſpes eſt, [6] ubi ubi eſt, diū celari non poteſt.
O [7] faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
[8] Taedet cotidianarum harum [9] formarum. *Pa.* Ecce autem [10] alterum.

Ne-

nautarum inſtrumentum, quo vada explorantur. Eſt igitur *percontari* accuratè exquirere. *Veſterhov.*

5. Quam insistam viam?] Et qua via, legitur. *Donatus.* Plaut. Ciſtell. IV. 2. 11.

utrum hac an illac iter inſtiterit. *Veſterhov.*

6. Ubi ubi est, diu &c.] Ob nimiam ſcilicet formae gratiam. *Donatus.*

7. Faciem modò, non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem quae apparet & cernitur: *Virgilius* [Aen. V. 767.]

quibus aſpera quondam
Viſa maris facies. *Donatus.*

Totam exteriorem formam ſpeciemque intelligit. Tribuiturque etiam rebus inanimatis. Juvenal. VII. 137.

Et ſtrepitu, & facie majoris vivere cenſus. Veſterhov.

Salluſt. Jug. 78. n. 3. *Ita* facies locorum — *mutatur*. Ubi conſule Gotl. Cortium.

8. Taedet cotidianarum &c.] H. e. Vulgarium; Anthol. VII. 141.

Εἰ ταύτας ὁ κρίτης ὁ Θεὰν
ἐθεάσατο κύρας,
Οὐκ ἔτ' ἂν ὐδ' ἐσι-
δεῖν ἤθελε τὰς προ-
θύρας.

Eſtque faſtidium in ipſa Chaereae pronuntiatione. Sic Cic. Orat. III. 24. Quotidianis *& vernaculis rebus ſatisfacere me poſſe huic populo non putabam.* Veſterhov. Cotidianarum.] Hoc eſt, levium & uſitatarum: eſt quippe huic contrarium, *Nova figura oris. papae.* Donatus.

9. *Formas* & *Figuras* pro puellis dixerunt. Vide Burm. ad Quinctil. Declam. XV. 1. *Veſterhov.*

10. Alterum, ſc. fratrem, & per Dilogian, ſimili nequitia amentiaque praeditum, atque frater Phaedria (praeditus) eſt.

Nescio quid de amore loquitur. o infortunatum senem!

[11] Hic vero est, qui si [12] occeperit, [13] ludum jocumque dices

Fuisse illum alterum, praeut [14] hujus rabies quae dabit.

Ch. Ut illum [15] Dî Deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est:

Meque

11. Mss. Bodl. Hic vero puer est. *Vesterhov.*

12. Mss. Bodl. Mark. Lips. Graev. Omnia Pall. auctore Pareo; Edd. Tarvis. & Mediol. Occeperit amare. Quomodo & Donatum legisse discas ad vers. 56. Videtur autem e glossa additum. *Vesterhov.*

13. Ludum et jocum dices &c.] τὸ Dices habet vim impersonalis. Cic. Offic. I. 29. *Ludum & jocum* bis junxit. Lucil. Sat. III.

Verum hic ludus ibi susque omnia deque fuerunt,

Susque & deque fuere, inquam, omnia, ludu' jocusque.

Estque proverbiale de re nullius momenti. Liv. XXVIII. 42. *Nae tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris,* ludus & jocus *fuisse Hispaniae tuae videbuntur.* Vesterhov.

14. Hujus rabies.] Recte de amore immodico. Lucret. IV. 1077. Virg. Georg. III. 242. *Vesterhov.* Dabit, edet, patrabit. ad eundem sensum accedit Adelph. I. 2. 7. *Modo quid designavit!*

15. Di deaeque.] De *Diis & Deabus* in precationibus & imprecationibus consule Brisson. Formul. Lib. I. *Vesterhov.* Senium perdant, qui &c.] Plus dixit Senium, quam *senem.* Et *senex* ad aetatem refertur: Senium, ad convicium. Sic *Lucilius* ait, *At quidem te senium, atque insulse Sophista.* Nec mireris, post Senium, qui additum: ideo, quia declinationem ad intellectum retulit: ut alibi, *In Eunuchum suam.* Remoratus est.] A *remora* pisciculo, qui & ἐχενηῒς vocatur, *remoratio* & *remoratus* dicitur. Donatus.

Meque adeo, qui restiterim: [16] tum autem, qui illum flocci fecerim.

Sed eccum Parmenonem. salve. *Pa.* Quid [17] tu es tristis? quidve es alacris?

Unde * is? *Ch.* Egone? nescio hercule, neque unde eam, neque quorsum eam.

Ita [18] prorsum oblitus sum mei.

Pa. Qui quaeso? *Ch.* Amo. *Pa.* Hem! *Ch.* Nunc, Parmeno, te ostendes, qui vir sies.

Scis te mihi saepe [19] pollicitum esse; Chaerea, aliquid inveni

Modo

16. Tum autem pro &c. Nota Floccifecerim, & *contemnere*, & *non contemnere* significare: ut nunc, Qui illum floccifecerim. deest *vel:* ut sit, *vel flocci fecerim.* Donatus. Sic infra III. 1. 21. Plaut. Cas. II. 5. 23.

Unus tibi hic dum propitius sit Jupiter,
Tu istos minutos cave Deos flocci feceris. *Vesterhov.*

17. Quid tu es tristis? Quidve es alacris?] Proverbiale est, in hominem perturbatum & incerti vultus. Aut laetus es. nam *alacris*, *L* litera pro *D* posita, non tristis, id est ἄδακρυς intelligitur. *Donatus.* Alacris h. l. est, qui totus in gestibus & motu est corporis. Unde *alacrem* & laetum plus semel junxit Cicero. Attius, Alcmaeone:

Ut me depositum ac moerentem tam repente nuncio
Reddidisti alacrem, *ac me excitasti ex luctu in laetitudinem.* Vesterhov.

* Is, pro adveuis, ex mente Donati.

18. Prorsum, recta, id est omnino: nam Prorsum, est porro versum, id est, ante versum. Hinc & *prorsa oratio*, quam non inflexit cantilena. Oblitus mei, insanus. *Donatus.* Sic Phaed. IV. 25. 35.

Dum sanitas constabit, pulcre meminero. Vesterhov.

19.

Modo quod ames: in ea re [20] utilitatem ego faciam ut cognoscas meam:
Cum in [21] cellulam ad te patris [22] penum omnem congerebam clanculum.

Pa.

19. POLLICITUM, quod promittentem ultro significat, dixit. CHAEREA ALIQUID INVENI.] Induxit μίμησιν pragmatice, more suo. *Donatus.* INVENI MODO, QUOD AMES.] Neutro genere dixit, uti Ovid. Art. Am. I. 35.
Principio quod amare velis, reperire labora.
[Sic Phorm. I. 3. 10. & 13. Item III. 2. 19.] Quatuor autem hosce versus P. Victorius Var. Lect. XXX. 14. existimat imitatum esse Ciceronem, Divin. in Q. Caecil. cap. 1. de Siculis loquentem, qui debere ipsum caussam suam recipere ajebant; si promissis stare vellet. Verba Ciceronis: *Me saepe esse pollicitum, si quod tempus accidisset; quo tempore aliquid a me requirerent, commodis eorum me non defuturum. Venisse tempus ajebant.* Vesterhov.

20. UTILITATEM MEAM.] Pro, quam utilis tibi sim. eleganti brevitate. * Cic. Fam. XVI. 3. Att. VIII. 5. *Vesterhov.*

21. Pauperiorum & servorum erant *cellae* & *cellulae*. Adelph. IV. 2. 13. Cic. Philipp. II. 27. Suet. Calig. 57. Vitell. 16. *Vesterh.*

22. PENUM OMNEM.] Ipsum penum: non ex eo aliquid, ὑπερβολικῶς. Et hoc *penu* [forte *penum*], & hic *penus*, & haec *penus*, veteres dixerunt. Ergo & *omnem* & *omne* legitur. *Donatus.* Editio an. 1469. PENUM OMNE. Servius ad Virgil. Aeneid. I. 704. inter *penum* & *cellarium* hoc interesse ait, quod *cellarium* sit paucorum dierum, *penus* vero temporis longi. Ciceroni autem de Nat. Deor. II. 27. Penus *est omne quo vescuntur homines*. [atque etiam *penus* nomine ea veniunt, quibus animalia nostro usui apta nutriuntur; ut ex Ulpiano ostendit Paraphrast. Delph.] Augustin. Confess. I. 9. *Furta etiam faciebam de cellario parentum, & de mensa, vel gula imperitante, vel ut haberem, quod darem pueris, ludum suum mihi, quo pari-*

 ter

Pa. Age, inepte! *Ch.* [23] Hoc hercle factum est: fac sis nunc promissa appareant:
[24] Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos,
Haud similis virgo est virginum [25] nostrarum; [26] quas matres student
[27] Demissis humeris esse, [28] vincto pectore, ut graciles fient;

Si

ter utique delectabantur, tamen vendentibus. Congerebam.] Priscian. Instit. Lib. XV. Congregabam. *Vest.*

23. Hoc hercle factum est.] Inveni quod amem: hoc quod dicebas, inquit, morae esse: jam factum est; amo. *Donatus.* Qui haec non cepit. Respondet Chaerea ad verba Parmenonis, Age inepte, q. d. Apage has ineptias *de penu* &c. & *de mea promissione.* Utrumque igitur Chaerea vult esse factum, licet servus erubesceret, audiens haec proferri palam. *Vesterhov.*

24. Sive, pro, *vel si.* And. I. 2. 19. Et Sis versu praeced. pro, *si vis.* Ordo & sensus erit: *Fac nunc promissa appareant, si vis, vel potius si digna res est &c.* * Ubi tu nervos intendas &c.] Impersonaliter pro, *ubi quis nervos intendat suos.* Hic versus' in Ms. Bodl. tribuitur Parmenoni, ita:

Pa. *Si adeo digna res,* &c. Ita & Ms. Lips. alter. *Vesterhov.* Eandem dispositionem agnoscit quoque Donatus. at non approbat.

25. Nostrarum.] Civium scilicet, id est, terrae, ac patriae nostrae. ut *Virgilius* [Georg. II. 89.] *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.* Donat.

26. Quas matres student.] Hoc verbo ostendit cultum industriae, non pulchritudinem naturalem. *Donatus.*

27. Demissis humeris —, vincto pectore.] Antiqui enim Graeci etiam virginibus suis praebebant palaestram. Vel, Demissis humeris esse, liquide & molliter deductis, neque extantibus alae in modum [Ms. Hulst.

Si qua est [31] habitior paullo, [32] pugilem esse ajunt: [33] deducunt cibum.

Hulst. *Athletico modo.*] *Donatus.* Arguunt DEMISSI HUMERI teretis colli longitudinem. Sed & *humeri* vel maxime ad decus faciunt. Virg. Aen. I. 589.

Os humerosque Deo similis. Vesterhov.

28. Vet. Cod. VINCTO CORPORE. Hieronym. de vitanda suspicione, *Papillae fasciolis comprimuntur, & crispanti cingulo angustius pectus arctatur.* Inde apud Festum: Cingulos *appellabant homines, qui in his locis ubi cingi solet, satis sunt tenues.* Lindenbrog. Scilicet non probabant mulieres mammosas. Unde papillae fasciolis compressae, cinguloque arctatum pectus. Martial. XIV. 134.

Fascia *crescentes dominae*
compesce papillas,
Ut sit, quod capiat nostra,
tegatque manus.

Ovid. Amor. I. 5. 21.

Quam castigato *planus sub*
pectore *venter.* Vesterh.

VINCTO PECTORE.] Castigato ac tenui, & velut vincto. *Donatus.* Simili modo cepit Eugraphius; perperam uterque, ut videtur.

30. Ex annotatione Donati colligunt viri docti, eum legisse GRACILAE; quod & Eugraphius agnoscit, & affert Lindenbrogius ex Probo Grammatico: quin Vesterhovius testatur ita esse in pluscculis MSS. & sic edidisse Pareum. Aldum, alios. Lucil. (apud Non. Marcell.) Sat. VIII.

Quod gracila *est, pede quod*
pernix, quod pectore puro,
Quod puero similis.
citante Vesterhovio.

31. Corpulentior & robustior, & est [ex sententia matrum] vituperium in virginem. Qualem Martialis XI. 100. vocat *amicam mille librarum.* Plaut. Epid. I. 1. 8. de servo:

Corpulentior videre atque habitior.

Vide supra II. 2. 11. *Vesterhov.*

32. Tangit morem puellarum Laconum, quas nudas in Gymnasiis, corpora exercuisse tradunt cum adolescentibus. Theocr. Idyll. XVIII. 23. χρισαμέναις ἀνδρεῖοι vocat. Propert. III. 14. 1.

Multa

[34] Tametsi. [35] bona 'ſt natura, reddunt [36] curatura [37]
junceas.

[38] Itaque

Multa tuae, Sparte, miramur jura palaeſtrae,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii.
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Cauſam refert Scholiaſtes Euripidis: Σώματος εὐρωστίας, inquit, ἀντιποιοῦνται Λάκωνες, διὸ τὰς παρθένους γυμνάζουσιν, ἵνα γενναῖα παιδία γεννῶσι. *Veſterhov*

33. Mirè vituperavit formam, quam accuraverit fames. Et propriè DEDUCUNT. *Donatus.* Cic. Tuſc. II. 17. Subduc cibum *unum diem athletae*, &c. Virg. Ecl. III. 6.

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur *agnis.* Veſterhov.

34. TAMEN ETSI, Mſſ. quidam apud Lindenbrog. & Veſterhov.

35. BONA, id eſt, plena, magna & pingvis. *Donatus.* Apud quem ſubauditur *puella*; & NATURA pro ablativo ſumitur. *Etiam ſi boni ſint temperamenti.* Paraphraſt. Delph. BONA NATURA mihi modò eſt, naturalis diſpoſitio ad pingueſcendum: & ſubaud. *ii*. Ad eundem modum, opinor, Dani ajunt; Den Stud er af god Natur, de bove qui facile pingvedinem contrahit.

36. Mſ. Mark. TALI CURATURA. Vid. Non. Marcell. v. *Curatura.* Veſterh. Studio & cultura *Paraphraſt. Delph.* Per hanc operam ita inſtituendi, & ita cibos dandi. *Engraph.* Alitura, victus praebitione, ſub. *tam parcâ.*

37. JUNCEAS.] Tenues & pallidas. *Donatus.* Junco ſimiles, quod herbae genus eſt in longitudinem aequali modo porrectum *Engraph.* Prudentius in Eulalia, 131.

carnifices gemini
Juncea *pectora dilacerant.*

Caſſiod. Lib. VII. Var. XV. *Columnarum* junceam *proceritatem.* Inde & *Ejuncidum* ἐκλεπτωθέν. Gloſſar. & Varro de Re Ruſt. I. 31. *Lindenbrog.* Martialis XI. 100. 1. *Ha-*

[38] Itaque ergo amantur. *Pa.* Quid tua iſtaec [39]?
Ch. [40] Nova figura oris. *Pa.* [41] Papae!
Ch. [42] Color verus, [43] corpus ſolidum, & [44] ſucci plenum. *Pa.* Anni? *Ch.* Anni? ſexdecim.

K k k 3 *Pa.*

Habere amicam nolo, Flacce, ſubtilem
Cujus lacertos annuli mei cingant.

Dixit autem JUNCEAS, quaſi a ſummo ad imum aequaliter tenues. Auſon. Epiſt. IV. 44.

Pectore ſit tenero, plana ſic junceus *alvo.* Veſterhov.

38. Atque ita ſit, ut amentur: non naturae merito, ſed induſtria. *Donat.* Liv. IX. 31. *Loca difficilia hoſti quaeſita, ipſos tum ſua fraude impediebant.* Itaque ergo *perpaucis effugium patuit.* Veſterhov.

39. Donatus deeſſe putat, *Qualis eſt; dic.* Immo deeſt, *referunt* vel *interſunt.* Adelph. IV. 5. 43. Si vero Donati interpretatio valeret, duplex erat ſtatuenda interrogatio, ita: *Quid tua iſtaec? formoſiorne erat?* vel ſimilis. Sic And. V. 4. 29.

Quid eam tum? ſuamne eſſe ajebat? Veſterhov.

40. Laudis genus eſt, NOVA. *Donatus.* Pro miranda. Virg. Ecl. III. 86. *Veſterhov.*

41. Interjectio mira ſubito accipientis. *Donatus.*

42. COLOR VERUS.] Quia non de cura eſt ac de fuco, id eſt, naturalis, non fucatus. *Donatus.* Ovid. Arte Am. I. 62.

Ante oculos venit vera *puella tuos.*

Eodem ſenſu Propert. I. 4. 13. Ingenuus color, &c. Contrarium eſt *quaeſitus.* Propert. III. 23. 8.

Quum tibi quaeſitus *candor in ore foret.*

Ovid. Arte Am. III. 164.

Et melior verô quaeritur arte color. *Veſterhov.*

Virgil. Aen. I. 594. *Lumenque juventae Purpureum.* laudante Eugraphio.

43. CORPUS SOLIDUM.] Quia non vitiatum. CORP. SOLIDUM.] Plenum & forte, id eſt, non flaccidum. *Donatus.* Firmum, non langueſcens. *Solida* propriè vocantur, quae ſunt ex una materia. Non Marcell. v. *Stare.* Unde & ad animum transfertur. Horat. Carm. III. 3. 4. Lucilius: Fragm. Lib. XXVIII. *Hic*

Pa. Flos ipse. *Ch.* Hanc tu mihi [46] vel vi, vel clam, vel precario

Fac

Hic corpus solidum *invenies, hic stare papillas*
Corpore marmoreo. Vesterh.

44. SUCCI PLENUM.] Quia nemo deduxit cibum. Nam *succus*, est humor in corpore, quo abundant bene valentes. Virgilius [Ecl. III. 6.]
Et succus *pecori*, &c.
Succus propriè, quasi *sugus*: quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. SUCCI PLENUM.] *Succus*, est interior pinguedo membrorum. *Donatus*. SUCCI PLENUM.] Intelligit ὑγρότητα. Plaut. Mil. III. 1. 191. *Succidam* vocat. Apulej. Metam. II. *Inenormis proceritas*, succulenta *gracilitas*, *rubor temperatus*. Idem Apol. *En, vide quam facies ejus decora,* & succi palaestrici plena *sit*. Vid. Gifan. Ind. Lucret. v. *Liquea*. Dixit autem CORPUS pro carne. Cic. Fam. VII. 26. Corpus *amisi*. Phaed. III. 7. 5.
Aut quo tibi fecisti tantum corporis?
Vide Indicem Dispontinii. Tum PLENUM [absolutè] dixere pingue. Ovid. Remed. Amor. 327.
Turgida, si plena *est*.
Idem Arte Am. II. 661.
Dic habilem, quaecunque brevis, quae turgida, plenam.
Suet. Caes. 45. *Ore paullo* pleniore- *Vesterhov*.

45. ANNI? SEXDECIM. *Pa.* FLOS IPSE.] Ex conjectura sexdecim annorum puellam dicit, uti Chaeream Pythias infra IV. 4. 26. Sic Chremes de Menedemo, Heaut. I. 1. 10. 11. Et Sosia de altero Sosia apud Plautum Amph. II. 1. 67. Est autem FLOS aetatis ἀκμή. Ovid. Arte Am. II. 663.
Nec quotus annus eat, nec quô sit nata, require
Consule: quae rigidus munera Censor habet.
Praecipue, si flore caret meliusque peractum
Tempus, & albentes jam legit illa comas. Vest.

46. Haec tria sunt, quibus non rite res agitur, VEL VI, VEL CLAM, VEL PRECARIO: sine pretii mentione. HANC TU MIHI VEL VI, &c. FAC TRADAS.] Secundum jus locutus est. Nam his tribus mala fide aliquid possidetur: *vi, clam, precario*.

Fac tradas: [47] mea nihil refert, dum potiar modo.
Pa. Quid? virgo, [48] cuja eſt? *Ch.* Neſcio hercle.
Pa. Unde eſt? *Ch.* Tantùndem. *Pa.* Ubi habitat?
Ch. Ne id quidem. *Pa.* Ubi vidiſti? *Ch.* In via.
Pa. Qua ratione amiſiſti?
Ch. Id equidem adveniens [49] mecum ſtomachabar modò:
Nec quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis [50] bonae

rio. — *precario*, quia pretium non habet Phaedria. *Donatus.* Vid. Cicero in Topicis. Juſtin. Inſtit. de interdiɛt. *Lindenbrog.* Horat. Epiſt. II. 2. 173.

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.

Tria autem illa tanquam inhoneſti tituli nomina itidem junxit Ulpianus l. 22. de Acquir. Rer. Domin. *Veſt.*

47. Mea nihil refert, &c.] Sic Juvenal. XIV. 207.
Unde habeas, quaerit nemo, ſed oportet habere.
Alter Mſ. Lipſ. Potior. *Veſterhov.*

48. Utrum ſerva, an filia? *Donatus.*

49. Bene Mecum: quia acriorem dolorem ſuſtinet, qui ipſe ſibi iraſci cogitur. Mecum ergo, pro *apud me*, vel *mihi*. Donatus. Stomachabar.] Irae & indignationis ſedem bili & *ſtomacho* tribuerunt. Unde paſſim & bilis & *ſtomachus* pro iracundia, *ſtomachari* pro iraſci & expoſtulare. Contrarium eſt ἐυςομάχως ferre. Cic. Attic. IX. 5. *Veſterhov.*

50. Bonae, vel magnae, vel nimiae intelliguntur. Vel ἐπίϑε]ον eſt proprium & perpetuum felicitatum. Felicitates.] *Felicitas* adverſa eſt, cum ex proſperitate, quod laedat, naſcitur. Bonae felicitates.] Ἔμφασις eſt, eo quod Felicitates pluraliter poſuit. Ἐπίϑε]α autem de tribus cauſis nominibus adduntur: diſcre-

Felicitates omnes adverſae ſient.
Pa. [51] Quid hoc eſt ſceleris? *Ch.* Perii. *Pa.* Quid factum 'ſt? *Ch.* Rogas?
Patris cognatum, atque [52] aequalem, * Archidemidem,
No-

ſcretionis, proprietatis, ornatus. Diſcretionis: ut [Virgil. Aeneid. III. 6.],

. . . *Phrygiae molimur montibus Idae.*

Proprietatis: ut [Virg. Aeneid. VII. 667. ubi nunc legitur, *cum dentibus albis.*], *Terribili impexum ſeta & dentibus atris.*

Ornatus: ut [Virg. Aeneid. I. 618.],

Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam. Donatus.

51. Quid hoc est sceleris?] Propter *quod* hoc patior, inquit. *Non* enim ſcelus dicit a ſene commiſſum. *Donatus.* Uti optime reſtituit Veſterhovius: nam antea fuerat; *Propter hoc quod — Nunc enim* &c. Haec autem verba Chaereae tribuit Donatus, laudatus ea propter a Boeclero. Male, uti cenſet Veſterhovius, continent enim (ex ejus ſententia) haec verba ſubitam admirationem, qualis in Chaeream poſt tam longam narrationem non convenit. Neque tamen putat Parmenonem haec dicere Chaereae; quippe mox dicturum leni verbô Incommode hercle, & nolentem Infeliciter dicere, ne Chaereae rabiem magis etiam incitet. Credit ergò a Parmenone haec dici ſpectatoribus, non audiente Chaerea: & eum Scelus vocare infelicitatem, uti (inquit) *Sceleratum* infelicem dixerunt. Martial. VII. 14. 1.

Accidit infandum, noſtrae
ſcelus, *Aule, puellae.*

Idem ſignificatus *vici ſcelerati, campi ſcelerati, portae ſceleratae.* Et Mater scelerata in inſcriptionibus, pro infelici. Plaut. Capt. III. 5. 104. Scilicet credebant infortunia immitti propter ſcelera. Vide Acta Apoſt. XXVIII. 4. Aelian. V. H. XIII. 2. ibique Cl. Perizon. not. 10.

52. Aequalem.] And. II. 6. 22. Cic. de Senect. 4. *Adoleſcens ita dilexi ſenem, ut* aequalem. *Veſterhov.*

* Ar-

Noviſtin'? *Pa.* [54] Quid ni? *Ch.* Is, dum ſequor hanc, fit mihi obviam.

Pa. Incommode hercle. *Ch.* Immo enimvero infeliciter:

Nam incommoda alia ſunt dicenda, Parmeno.

[55] Illum liquet mihi dejerare, [56] his menſibus

Kkk 5 Sex

* ARCHIDEMIDEM NOSTIN'?] Hoc ſic pronunciandum eſt, ut appareat ex ipſo nomine ſtatim, odioſum neſcio quem occurriſſe ac permoleſtum. *Donat.*

54. QUID NI?] Correptio eſt ab ſe manifeſta inquirentis. eſt enim QUID NI, cur non. Quia veteres *ni* pro *ne* ponebant, & *ne* pro *non.* ut *Plautus* [Menaechm. I. 2. 1. Adde Lexic. Plaut. Parei v. *Ni.* Veſterhov.] *Ni ſtulta ſis.* Et *Ne vult*, pro non vult. *Donatus.*

55. ILLUM LIQUET MIHI DEJERARE.] Liquidum eſt, conſtans & manifeſtum, & certum. Et ſic LIQUET, pro liquidum eſt: ut *claudit*, pro claudum eſt. Ut apud *Salluſtium* [In fragmentis. Vide ſupra ad I. 2. 84.], *Nihil ſocordia claudebat.* Et eſt LIQUET [forte, *Non liquet.*] verbum juris; quo utebantur judices, quum *amplius* pronunciabant. *Dejerare* valde jurare: ut *demiror*, & *deamo te Syre.* Si *de* producta legeris. Si correpta, Deos jurare intelligitur. *Donat.* Cic. Fam. XI. 27. *Alia ſunt, quae liquido negare ſoleam.* Idem Verr. III. 59. *Manifeſta res eſt, quum nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret*, &c. Ovid. Pont. III. 3. 49.

Scis tamen: ut liquido juratus dicere poſſis,
Non me legitimos ſollicitaſſe toros.

ICtis *liquido jurare* opponitur τῷ pejerare. Vid. *Ulp. Leg.* XVIII. *dig. de jure jur.* Veſterhov. ad And. IV. 3. 14.

56. Significanter dixit HIS, notans menſes proximos. Phaed. I. 1. 10.

Ante hos *ſex menſes.*

SEX SEPTEM.] Mſ. Mark. SEX VEL &c. Solet autem hic numerus pro indefinito ſed longo accipi tempore. Cic. Att. IX. 8. *Quippe qui ſto-*

Sex feptem prorfum non vidiffe [57] proximis,
Nifi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.
Eho! nonne hoc [58] monftri fimile 'ft? quid ais?
Pa. Maxime.
Ch. Continuo adcurrit ad me, [59] quam longe quidem,
[60] Incurvus, tremulus, [61] labiis demiffis, [62] gemens.
Heus!

florentiffimus ac novus fex feptem *diebus* &c. [Non video hic etiam *longum tempus.*] Sed & pro numero incerto. Horat. Epift. I. 1. 58.
Si quadringentis fex feptem *millia defunt* &c.
Flor. IV. 9. 3. *Modò trecentarum quinquaginta navium dominus, cum* fex feptem*ve fugiebat.* Vefterhov.

57. Proximis, praeteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut praeterita, aut futura funt: nam praefentia ea funt, in quibus nunc fumus. *Donatus.*

58. Cic. Orat. pro Legar. 4. Prodigii fimile *eft*, *quod dicam.* Idem Philipp. II. 27. *Incredibile, ac* fimile portenti *eft.* Phorm. V. 7. 61. Adde Gifan. Ind. Lucret. *Vefterhov.*

59. Quam longe quidem.] Bene Longe dixit: quia *a longe* non potuit dicere. An fubauditur *erat?* Donatus. E longinquo, τηλόθεν.

60. Incurvus.] Valde curvus. Sic *Virgilius* [Aen. XII. 1.]
Turnus ut infractos adverfo Marte Latinos
Defeciffe videt.
Infractos enim valde fractos fignificat. Nam *in* praepofitio nunc auget, nunc minuit dictionem. *Donatus.* Lucil. apud Non. v. *Ramices:*
Quod deformis fenex, ac paedidus, ac podagrofus,
Quod mancus, mifer, exilis, cum ramice magno.
Virg. Aen. V. 431.
tarda trementi
Genua labant.
Homer. Il. Δ. 313.
Ὦ γέρον εἴθ' ὡς θυμὸς ἐνὶ
στήθεσσι φίλοισιν,
ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη
δέ τοι ἔμπεδος εἴη.

O

Heus! heus! [63] tibi dico, Chaerea, inquit. [64] restiti.
Scin' quid ego te volebam? dic. cras est mihi
[65] Judicium. quid tum? ut diligenter nunties
Patri, [66] advocatus mane mihi esse ut meminerit.
Dum haec dicit, [67] abiit hora. [68] rogo num quid velit?

[69] Recte;

O senex, utinam, sicut animus est in pectoribus tuis,
Sic te genua sequerentur, roburque tibi firmum esset.
Vesterhov.

61. *Labra*, sunt superiora: *Labia*, inferiora. *Labra* asinorum proprie dicuntur. DEMISS. LABIIS.] Majora labra [sub. dicuntur *Labia*], unde *Labeones*. Donatus.

62. GEMENS, ob continuam tussim. Sic *Lucilius*:
Ante fores autem & triclini limina quidam
Perditus Tiresia tussi grandaevus gemebat. Donatus.

63. TIBI DICO, CHAEREA, non adderet, nisi videret Chaeream dissimulantem praeterire. *Donatus.* Plaut. Pseud. I. 3. 15.
Hodie nate heus, hodie nate, tibi ego dico, *heus hodie nate, redi &*
Respice ad nos.

64. Constiti, substiti, sistebam gradum. Supra v: 11.

65. Causa forensis, dicenda. *Farnabius.* Confer Phorm. II. 3. 57.

66. ADVOCATUS.] Duplicem significatum habet, notum vel *amicum*, qui cum reo ibat in judicium, tantum honoris & testimonii causa, neque causam agebat, vel ipsum *causidicum*. Ascon. in Divin. cap. 4. *Qui defendit alterum in judicio, aut* Patronus *dicitur, si orator est; aut* Advocatus, *si jus aut suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut* procurator, *si negotium suscipit; aut* cognitor, *si praesentis causam novit, & sic tuetur ut suam.* Cic. Fam. VII. 14. *Multi te* Advocato *causa cadent.* Prior significatus frequens in Comoediis. *Vesterhov.*

67.

[69] Recte; inquit. abeo. eum * huc respicio ad virginem,
Illa sese interea [70] commodum huc advorterat
In hanc nostram plateam. *Pa.* Mirum, ni hanc dicit, modo
Huic quae data est dono. *Ch.* Huc cum advenio, nulla erat.
Pa. [71] Comites secuti scilicet sunt virginem?
Ch. Verum: Parasitus cum ancilla. *Pa.* Ipsa est: ilicet!
Desine: [72] jam conclamatum est. *Ch.* [73] Alias res agis.

Pa.

67. Abiit hora.] Sic Heaut. II. 1. 11. Longissimum tempus notat. Imitatus Horatius. Sat. I. 5. 13.
dum aes exigitur: dum mula ligatur:
Tota abit hora. Vesterhov.

68. Rogo, numquid velit.] H. e. Significo me abire. Nam abituri, ne id durè facerent, *Numquid vis?* dicebant his, quibuscum constitissent. *Donatus.*

69. Recte; inquit.] Pro eo quod est *nihil*: & moraliter τῷ ἀττικισμῷ. Donatus. Ita solebant εὐφημοῦντες, quoties *nihil* dicere nollent. Vide ad Adelph. IV. 5. 19. Gr. ἔχει κάλλιστα. *Vesterhov.* * Huc, in eam partem, qua virgo perrexerat.

70. Interea commodum.] Tantum quod, vel ipso eodemque tempore. *Donatus.* Phorm. IV. 3. 9. Advorterat.] Phrasis nautica apta Chaereae publicè custodi in Piraeeo portu. Ovid. Heroid. XII. 23.
Jussus inexpertam Colchos advertere *puppim.* Vesterh.
Virg. Aen. XII. 555.
agmenque adverteret urbi.

71. Dicuntur igitur & *comites sequi* alterum. Cicero Cat. II. 5. *Hunc vero si sui* comites *fuerint* sequuti. *Vesterhov.*

72. Jam conclamatum est.] Transactum ac finitum. Ut conclamata corpora nihil

Pa. Iſtuc ago quidem. *Ch.* Noſtin' quae ſit? dic mihi:

Aut vidiſtin'? *Pa.* Vidi, novi: ſcio, quo abducta ſit.

Ch. 74 Eho, Parmeno mi, noſtin'? *Pa.* Novi. *Ch.* Et ſcis ubi ſiet?

Pa.

nihil reliquum jam habent ad vitae officia. — Manifeſtum ſignificat, ipſam eandem eſſe. — Aut CONCLAMATUM, ſatis deploratum, ſatisque vociferatum eſt: quia dixerat [Supra v. 7. 8.] *O infortunatum ſenem: ſi & hic amare coeperit.* Tanquam dicat, jam occiſum [Forte, *occaſum*] patrem tandem ſcimus, jamque deflemus. Ut in conclamatis funeribus nulla dilatio eſt doloris & luctus. *Donatus.* Vide Boecleri Chreſtomath. v. *conclamo.* Locutio tranſlata a re funebri, extremam fere deſperationem indicat. Scilicet homine morti proximo omnis familia *conclamabat*, ſeu ut vicini concurrerent, ſeu ut anima forte deliteſcens in angulo quodam corporis excitaretur. Vide Kirchmann. de Funerib. Roman. I. 13. Qui tamen vapulat a Deſiderio Heraldo Animadv. ad Arnobii Lib. V.] Hunc adi; &, quem citat, Servium ad Virg. Aen. VI. 218.] *Veſterhov.*

73. ALIAS RES AGIS.] Aut, *Non attendis ad id quod dico*; ſignificat, ut nulla ſit in eo attentio. Nam hinc natum eſt; *Agite, amabo.* Aut, *nugatorias* res agis, hoc eſt, jocaris: quaſi dicat, vanas res agis. *Donatus.* Qui animum & cogitationem non occupant in re praeſenti, *alias res agere* dicuntur. Hec. V. 3. 28. Plaut. Pſeud. I. 2. 19.

Hoc vide ſis; ut res alias agunt! hoc agite, hoc animum advortite.

Huc adhibere aures, quae ego loquar.

Supra I. 2. 50. Catull. LX. 13.

Nos aliò mentes, aliò diviſimus aures. Veſterhov.

74. EHO PARMENO MI, NOSTIN'? ET SCIS UBI SIET?] Amatorie ſatis repetuntur quae ſemel dicta ſuffecerant. *Donatus.*

Pa. Huc deducta est ad meretricem Thaidem: ei dono data est.
Ch. Quis est tam [75] potens cum tanto munere hoc? *Pa.* Miles Thraso,
Phaedriae rivalis. *Ch.* [76] Duras fratris partes praedicas.
Pa. Immo enim si scias, quod donum huic dono [77] contrà comparet:
Tum magis id dicas. *Ch.* Quodnam quaeso hercle? *Pa.* Eunuchum. *Ch.* Illum ne obsecro
[78] Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, [79] senem, mulierem?

Pa.

75. Ad divitias referuntur *potens* & *potentia*. Plaut. Epid. I. 2. 50.
Est Euboicus miles locuples, multo auro potens.
Phaed. I. 24. 1.
Inops potentem *dum vult imitari, perit.* Vesterhov.

76. DURAS &c.] Scilicet contra aemulum & divitem & largissimum. *Donatus.* Difficilem causam quam sustineat, non potens superare tam potentem rivalem. Phorm. I. 2. 22. & 23.

77. COMPARET pro emat, aut comparandum putet. *Donatus.* CONTRA COMPARET. Opponat, ad vincendum militis donum. Locutio a gladiatoribus deducta, quorum paria invicem *comparabantur.* Suet. Calig. 35. *Hunc — in harenam aeductum, Thraci, & mox Hoplomacho* comparavit. Unde Justinus VI. 2. *Par ducum tam bene comparatum* dixit. *Vesterhov.*

78. INHONESTUM.] Foedum: ut contra, *facie honesta.* Ut apud *Virgilium* [Aen. I. 591.]
Et laetos oculis afflarat honores. *Donatus.*
Virg. Aen. VI. 497.
truncas inhonesto *vulnere nares. Vesterhov.*

HOMINEM.] Opportunè HOMINEM dixit, tanquam incerti sexus. *Donatus.*

79. SENEM, MULIEREM.] Duplex vituperatio: una ab aetate, quod ait SENEM: altera

Pa. Iſtunc ipſum. *Ch.* Homo [80] quatietur certe [81]
[81] cum dono foras.
Sed iſtam Thaidem non ſcivi nobis vicinam. *Pa.* [82] Haud diu eſt.
Ch. Perii! nunquamne etiam me illam vidiſſe? ehodum dic mihi;
Eſtne, ut fertur, forma? *Pa.* Sane. *Ch.* At [83] nihil ad noſtram hanc. *Pa.* [84] Alia res eſt.

Ch.

tera a membrorum mollitie, quod ait MULIEREM. *Donat.* MULIEREM.] Convitium in hominem ignavum, qualis idem Eunuchus dicitur infra IV. 3. 20. Plaut. Bacchid. IV. 8. 4.

Non me arbitratur militem, ſed mulierem.

Mil. II. 6. 6.

Non hercle hiſce homines me marem, ſed feminam
Vicini rentur eſſe ſervi militis.

[Tale & illud apud Virgil. Aen. IX. 617. O *verè* Phrygiae, *neque enim Phryges.*] Poſſit & de molli & glabro, utpote evirato intelligi, *Veſterhov.*

80. Non *rejicietur*, ſed QUATIETUR. Vide quam contumelioſius dictum ſit, QUATIETUR FORAS: vel verberibus pelletur foras, [forte excidit, *vel*] non expulſione, ſed detruſione. — Pervulgatae conſuetudinis dictum eſt, *Feri canem foras*, hoc eſt, feriendo canem foras ejice. *Donatus.*

81. Mirè CUM DONO: tanquam illi repulſae cauſa donum futurum ſit. *Donat.*

82. HAUD DIU EST.] Vicina ſcilicet. Nota, apud Terentium vicinas poni ſaepius adoleſcentibus meretrices, ut haec ſit prima amoris illecebra. *Donatus.*

83. NIHIL AD NOSTRAM HANC.] Comparationi inſervit τὸ AD. Plaut. Capt. II. 2. 25. de Thalete Mileſio:

Nam ad *ſapientiam hujus nimius nugator fuit.* Veſt. Moraliter NOSTRAM dixit, pro *meam.* Donatus.

84. ALIA RES EST.] Formula contemtus. Turpilius

apud

Ch. Obsecro hercle, Parmeno, fac ut potiar. *Pa.* Faciam sedulo, ac
Dabo operam, adjuvabo. numquid me aliud [85] vis? *Ch.* Quo nunc is? *Pa.* Domum,
Ut mancipia haec, ita ut jussit frater, deducam ad Thaidem.
Ch. O fortunatum [86] istum Eunuchum, qui quidem in hanc [87] detur domum!
Pa. Quid ita? *Ch.* Rogitas? summa forma semper conservam domi
[88] Videbit: conloquetur: aderit unà in unis aedibus:
Cibum

apud Non. v. *Tangere.* Vesterhov. Utraque pulchra est; sed nostra pulchrior.

85. Sunt Libri scripti & editi, qui omittant τὸ Vis. Hoc Faërnus sequitur. Videturque ἔλλειψις apta festinanti. Plaut. Mostell. II. 1. 57. *Vesterhov.*

86. Istum, saepe annotavimus, aut ad contemptum, aut ad odium referri. Ut *Virgilius* [Aeneid. IX. 94.]
Aut quid petis istis?
Et [Aeneid. XII. 808.]
Ista *quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,*
Jupiter. Donatus.

87. Detur.] Quasi in servitutem. Plaut. Asin. III. 3. 119.
Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.
Suet. Aug. 16. *Viginti servorum millibus — ad remum datis.* Eadem tamen ratione ad terram, ad languorem, ad metalla, in sudorem, in ruborem, in pistrinum *dari* quis dicitur. *Vesterhov.*

88. Videbit: conloquetur.] Anthol. VII. 135.
Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκούει.
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν ἀθάνατος δ' ὁ συνών. Vesterhov.

Videbit: conloquetur: aderit una in unis aed.] Mire amator non simul effudit hoc bonum, sed particulatim digessit: ut major voluptas futura esse noscatur. Videbit: conloquetur

Cibum nonnunquam capiet cum ea : interdum [89] propter dormiet.

Pa. Quid si nunc [90] tute fortunatus fias? *Ch.* Quare, Parmeno?

Responde. *Pa.* [91] Capias tu illius vestem. *Ch.* Vestem? quid tum postea?

Pa. * Pro illo te ducam. *Ch.* [92] Audio. *Pa.* Te esse illum dicam. *Ch.* [93] Intelligo.

Pa.

TUR: ADERIT.] Istae enim amoris sunt lineae: etsi eas non omnes est persecutus. *Donatus.*

89. PROPTER DORMIET.] ἀμφιβολία est in vocula PROPTER, quae & notat non longe a re aliqua, & arctissimam conjunctionem designat. Phaed. II. 6. 7.

Venit per auras cornix, & propter *volans.*

Plaut. Amph. IV. 1. 8.

quem propter *corpus suum stupri compleverit.*

Tum *dormire* pro ipso concubitu usurpatur, addito plerumque *cum*, non *propter*. Ovid. Remed. Amor. 481.

Nam, si Rex ego sum, nec mecum dormiet *illa.*

Amor. I. 6. 45.

Forsitan & tecum tua nunc requiescit *amica.* Vest.

90. TUTE.] Tanaquill. Faber, *Elegantiores homines,* inquit, *quantum est, mihi favebunt legenti*, TUTE IS. Mirum autem, non legisse & scripsisse elegantiores homines, TU ISTE, quomodo in vetustissimo Codice manu scriptum reperi. *Vesterh.* Haec sane lectio ceteris praeferenda propter verbum illud Chaereae; O FORTUNATUM ISTUM EUNUCHUM.

91. Non semel [*simul*, corr. Vesterhov.] ostenditur, *quid* futurum sit: quia particulatim potest etiam quod turpe est, tamen mitti ad persuasionem. *Donatus.*

* PRO ILLO.] H. e. Quasi tu Eunuchus sis. Infra V. 5. 7. Adelph. III. 2. 48. Justin. XXIV. 7. *Desertisque signis ad occupanda omnia* pro victoribus *vagabantur.* Vesterhov.

92. AUDIO.] Id est, libenter hoc admitto, & consentio. Ut in Phormione, *Audio, & fateor.* Et contra; *Non audio.* Donatus.

93.

Pa. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò : 80
[94] Cibum una capias, adſis, [95] tangas, [96] ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque te [97] quiſquam novit, neque ſcit qui ſies.
Praeterea [98] forma, & aetas ipſa 'ſt, facilè ut [99] pro Eunucho probes.

Ch.

93. Audio & intelligo vim modò non uſitatam exprimunt, ſcilicet conſentientis immodicum affectum. *Donatus.*

94. Bene ſervus interturbavit ſupra dictas amandi lineas, & ordinem voluptatum: quippe qui amare non noverit. Cibum una capias, adsis &c.] Etſi ſatis erat ſuperior verſus, tamen incentiva ſunt amoris, etiam ſigillatim haec enumerata, quae una ſententia ſuperior verſus oſtenderat. *Donatus.*

95. Tangas.] Verbum impudicum. Infra IV. 2. 10. Heaut. IV. 6. 15. Adelph. IV. 5. 52. Sic & *Attingo.* Hec. I. 2. 61. Et pro ipſa συνȣσία, Catull. LX. 56.
Sic virgo, dum intacta *manet, dum inculta ſeneſcit.*
Plaut. Aul. IV. 10. 25.
Ergo quia ſum tangere *auſus, haud cauſificor, quin eam Ego habeam potiſſimum.*
Confer Geneſ. XX. 6. & 1 Corinth. VII. 1. *Veſterhov.*

96. Ludas.] In obſcaenis eſt, pro laſcivire & libidinari. Ita infra III. 5. 38. de Jove & Danaë. Plaut. Moſtell. V. 2. 36.
Scis ſolere illanc aetatem tali ludo ludere.
Catull. LIX. 211.
Ludite, *ut lubet, & brevi Liberos date.*
Eſt vero ἐυσχημάνως de Iſaaco dictum, Gen. XXVI. 8. *Veſterhov.*

97. Quisquam.] Quia *quaequam* dicere abſurdum eſt. Illarum quisquam.] Quisquam, multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protuliſſe: ita ut in numeris & generibus haec pronomina infinita ſint. *Donatus.* Graecorum imitationem eſſe, quibus τὶς itidem utroque genere dicatur, oſtendunt Minellius & Veſterhovius.

98.

Ch. Dixti pulchre: nunquam [100] vidi melius consilium dari.

Age; eamus intro: nunc jam orna me; [101] abduc, duc, [102] quantum potes.

Pa. [103] Quid agis? jocabar equidem. *Ch.* Garris. *Pa.* Perii. quid ego egi miser?

[104] Quo trudis? [105] perculeris jam tu me. tibi equidem dico, mane.

Lll 2 *Ch.*

98. Forma, aetas, ipsa 'st.] Deest, *in te.* Donatus. Cujus Asyndeton & distinctionem nota. Ipsa est, sub. *quae requiritur*, ɔ: apprime ad hanc rem apta. * Guyetus versum hunc insititium vocat & abesse jubet Elegantior autem est, quam qui locum non tueatur. Quum enim in deliciis erant Eunuchi & glabri, tum in eo est Parmeno, ut quae commendare deductionem Chaereae possint, enarret, in quibus vel praecipuum locum obtinebant *forma & aetas* ipsius. *Vesterhov.*

99. Ut pro Eunucho probes.] Probes, fingas, atque persuadeas: ut in consuetudine dicimus, *Homo sacrilegus pro innocente se probavit.* Et *Cicero* [Locus incertus] *Hoc tu his probabis?* Itaque deest *te.* Et simul honestè, non dixit quod erat rectum, ut *Eunuchum probes*, sed Pro Eunucho: ne esset contumeliosum in Chaeream. *Donatus.* Probabiliter possis ostendere ac persuadere Thaidi, te esse Eunuchum. *Minell.*

100. Vidi.] Audivi. Scilicet verba sensuum permutantur. Adelph. V. 7. 24. *Vesterhov.*

101. Abduc.] Abducimur unde volumus: Ducimur quo volumus. *Donatus.* Sed vide supra II. 2. 35. Abduc.] E judiciis petita vox. Abducebantur Addicti a Praetore. Plaut. Merc. III. 4. 31. Poen. III. 4. 10. *Vesterhov.*

102. Quantum potes.] Alii, Quantum potest. Quod & Quam potes dixerunt. Ovid. Arte Am. I. 490. *Vesterhov.*

103. Quid agis?] Callide servus non vult se auctorem videri tanti facinoris. *Donatus.*

104.

Ch. Eamus. *Pa.* Pergin'? *Ch.* Certum eſt. *Pa.* Vide ne nimium [106] calidum hoc ſit modo.
Ch. Non eſt profecto: ſine. *Pa.* [107] At enim iſtaec in me cudetur faba. *Ch.* Ah!

Pa.

104. Quo trudis?] Nunc manu agere Chaeream (*Parmenonem*, add. Veſt.) Parmenone ipſo dicente cognoſcimus. *Donatus.*

105. Perculeris tu me.] Perverteris. Unde proverbium, *Bene* [forte *poenè*] *plauſtrum perculit.* Donatus. Tundendo ad terram dederis, everteris. *Percellimus* enim quae cum impetu in terram evertimus. Virgil. Aeneid. V. 374. Cicero μεταφορικῶς Orat. pro Domo 11. *Deſinant homines iisdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt.* Sueton. Tib. 55. *Horum omnium vix duos aut tres incolumes praeſtitit, caeteros, alium alia de cauſa* perculit. *Veſterhov.* Prope eſt, ut me proſternas. *Paraphraſtes Delph.*

106. Calidum.] Periculoſum. Sed melius *callidum* legitur. *Donatus.* Eadem ratione Graeci θερμὸν πρᾶγμα dicunt praeceps, expromtum, & quaſi ex tempore natum. Cic. Off. I. 24. *Reperias multos, quibus periculoſa & calida conſilia, quietis & cogitatis & ſplendidiora, & majora videantur.* Plaut. Mil. II. 2. 71. *Reperi, comminiſcere, cedo calidum conſilium cito.*
Eadem ratione opus *calere*, & fervere dicitur, quod incitata vi peragitur. Mſ. Mark. edit. 1469. & al. quid. impreſſi, item Mſ. Lipſ. ex correctione, habent Callidum. *Veſterhov.*

107. At enim istaec in me cudetur faba.] Id eſt, in me hoc malum recidet, in me haec vindicabitur culpa: ut laborat ſolum, in quo cuditur, id eſt batuitur faba, quum ſiliquis exuitur fuſtibus: ut in areis more ruſticorum fit. Vel quod quidam malè coctam fabam, & quae non maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coqui, velut ipſi fabae irati, ſaxo comminuunt. Tum univerſum malum, & omnis dolor ad co-

quum

Pa. [108] Flagitium facimus. *Ch.* An id flagitium est, si in domum meretriciam

quum pervenit. Simile & alibi a pulmento proverbium est [Phorm. II. 2. 4.]: *Tute hoc intristi; tibi hoc est exedendum: accingere.* Donatus.

In Mſ. Lipſ. additum margini: *Antiqui fabam peccantibus in manum cudebant. Unde usus inolevit, fabam pro culpa aut poena dici.* Posſit & videri translata locutio a ſcutica habente nodos in modum fabae, qua ſervi percutiebantur. Auctor hujus opinionis ScholiastesPerſii: *Scutica*, inquit, *erat quaedam corrigia habens in ſummitate nodos quosdam in modum* fabae, *ſimiles vero caeſtuum. de qua Terentius:* Haec Faba cudetur in me. *Et erat poena ſervorum.* Vide porro Eraſm. in Adag. — Porro de *Fabae* inviſo nomine ita Festus: Fabam *nec tangere nec nominare Diali Flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus jacitur larvis, & parentalibus adhibetur ſacrificiis, & in flore ejus luctus literae apparere videntur.* Vesterhov. Cujus ceteras conjecturas, utpote parum plauſibiles, non exſcribo.

108. Flagitium more militari dicitur, res flagitatione, hoc est, increpatione digna. Nam *flagitatio* a strepitu dicitur: unde *flamma*, & *flagella*, & *flagitare*, id est, perſonare intelligimus dici. Nam haec omnia ſine ſonitu crepituque non ſunt. *Donatus.* Flagitium, teste Donato, peccatum est in re militari, oriturque ab ignavia; quum ſcelus conjunctam habeat vim. Justin. XXII. 8. *Exemplum* flagitii *ſingulare, rex exercitus ſui deſertor, filiorumque pater proditor.* Nepos Hamilc. I. num. 5. Sed & in amoribus illicitis ſedem fixit. Non. Marcell. Flagitium *veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.* Appoſitiſſimus locus apud Ciceronem, Tuſc. IV. 32. *Et ut turpes ſunt, qui efferunt ſe laetitia tum, quum fruuntur Venereis voluptatibus; ſic* flagitioſi, *qui eas inflammato animo concupiſcunt.* Unde Iſidorus Orig. X. Lit. F. Flagitioſus, *eo quod*

Deducar; & illis [109] crucibus, quae nos, nostramque adolescentiam
Habent despicatam, & quae nos semper omnibus cruciant modis,
Nunc [110] referam gratiam; atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?
[111]An potius haec pati? * aequum est fieri, ut a me ludatur dolis.

[112] Quod

quod frequentius flagitet atque oppetat libidinem: &Orig. V. 26. Flagitium *a flagitando corruptelam libidinis*. Adde Phaed. III. 10. 14. Ita *Flagitare* apud ICtos est de stupro vehementius appellare. Ulp. Leg. 2. §. 5. D. de privat. del. Ubi Fornerius II. Select. 2. exponit *stuprare*. Stuprum enim ICtis vocatur *Flagitium*. Ita Paul. Leg. I. §. 2. D. de Extr. Crim. Confer Tacit. Annal. II. 85. Cic. Tusc. IV. 33: ex Ennio. Mss. Graev. Lips. Edit. Tarvis. & Mediol. FLAGITIUM, FACINUS: quod tuetur Georg. Fabritius. at nostra lectio praestat. *Vesterhov*.

109. CRUCIBUS.] Vera meretricum appellatio. Plaut. Aul. III. 5. 48.

Aut aliqua mala crux *semper est, quae aliquid petat.* Vesterhov.

110. NUNC REFERAM GRATIAM.] Non eas, inquit, lacessam: sed quod justum est, vicem reddam: quasi ipse in aliis laesus sit. *Donatus*. Ulciscar. Infra IV. 4. 51. & V. 3. 2. Phaed. III. 2. 1. *Vesterhov*.

111. AN POTIUS HAEC PATI?] Sensus est: An [anne] potius flagitium est, haec pati, h. e. adolescentiam nostram haberi despicatam, & nos semper ab illis crucibus omnibus cruciari modis? Haec lectio neque probis Mss. neque impressis vetustissimis Libris caret, firmaturque Donati auctoritate. Faernus ex Lib. Bemb. tuetur, quod Eugraphius legerat, & plusculae edit. sequuntur, AN POTIUS HAEC PATRI AEQUUM EST FIERI, UT A ME LUDATUR DOLIS? Sed obstat grandior ellipsis post injectam patris mentionem,

[112] Quod qui reſcierint, culpent: illud merito factum omnes putent.

Pa. [113] Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias: [114] verum, ne poſt conferas.

Culpam in me. *Ch.* Non faciam. *Pa.* Jubesne. *Ch.* Jubeo, [115] cogo, atque impero.

Lll 4 [116] Nun-

onem, quam ita explet ipſe Faërnus: *Pecuniam ſcilicet ab eo per fallacias auferendo: quam in amores & voluptates meas inſumam? cum liceat, fallendo has meretrices, cupiditatem meam ſine ullo ſumtu aut diſpendio explere.* Veſterhov.

* AEQUUM EST FIERI &c.] Hic, utrâque re perpenſâ, pronuntiat ſententiam. Hyſterologia eſt ſi Veſterhovium ſequamur, nam in ſerie orationis verſus ſequens ante haec verba, AEQUUM &c. totus erit concipiendus. verum, ſi Faërnum audiamus, illa Hyſterologia evaneſcit, quae res non mediocriter commendat ejus lectionem.

112. Mſ. Mark. cum edit. quibusd. antiquis: QUOD QUI RESCIERINT, CULPENT NULLI, SED ILLUD FACTUM MERITO OMNES PUTENT. Quae lectio planiſſimum reddit ſenſum, omnemque de patre lectionem excludit. *Veſterhov.* In altera autem lectione ad RESCIERINT ſubaudiendum eſt, *nos pati.*

113. QUID ISTUC?] Adverbium eſt aegre concedentis. *Donatus.*

114. VERUM, NE POST CONFERAS.] Si NE prohibentis eſt, nihil deeſt: ſi percontantis, ut ſit *ne forte*, deeſt, *timeo.* — In hoc negotio non auctor vult intereſſe, ſed ſervus. VERUM.] Deeſt, *vide.* Donatus.

115. COGO, ATQUE IMPERO.] Evidenter oſtendit plus eſſe *imperare* quam *jubere.* Donatus.

116. Mſ. Lipſ. PA. NUMQUAM —. SEQUERE. CH. DI &c. Mſſ. alii: PA. NUMQUAM &c. CH. SEQUERE. Rectius autem utrumque Chaereae tribuitur; eſt enim *non defugere* auctoritatem, non negare, ſe auctorem & impulſorem fuiſſe. Plaut. Poen. I. 1. 17.

Ae.

216 Nunquam defugiam auctoritatem: sequere. *Pa.*
Di vortant bene.

Ag. *Si tibi lubido est, aut voluptati, sino.*
Suspende, vinci, verbera, auctor sum, sino.
Mi. *Si* auctoritatem *postea* defugeris,
Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.
Cic. pro Sulla, II. *Itaque attende jam, Torquate, quam ego* defugiam auctoritatem *consulatus mei.* Vulgo, *non defugiam.* Sensus est: quam ego recusem, me auctore dici gesta, quae in meo consulatu & oppressione conjurationis gesta sunt. Confer omnino Donatum ad V. 5. 20. In XII Tabb. *Qui defugerit testimonium, tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.* Vesterhov.

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

THRASO. GNATHO. PARMENO.

Th. [1] MAGNAS vero agere gratias Thais mihi?
Gn. [2] Ingenteis. *Th.* Ain' tu? laeta 'st? *Gn.* Non tam ipso quidem
Dono, [3] quam abs te datum esse: id vero serio

[4] Tri-

1. Magnas vero &c.] Citat Cicero de Amicitia 26. quem vide. Lucret. VI. 677.
Maxima *quae vidit quisque, haec* ingentia *fingit.* Vesterhov.

Agere.] Plus sonat infinitus modus, finito. *Donatus.*

2. Ingenteis.] Vide quantum adjiciat parasitus. Ille, Magnas, dixit, hic respondit, Ingenteis: ille, Laeta 'st: hic, Triumphat. *Donatus.*

3. Quam abs te datum esse.] Majoris est gratiae, tan-

[4] Triumphat. *Pa.* Huc proviso, ut ubi tempus fiet,
Deducam. sed eccum [5] Militem. *Th.* [6] Est istuc datum
Profecto, ut grata mihi sint, quae facio, omnia.
Gn. [7] Advorti hercle animum. *Th.* [8] Vel rex semper [9] maxumas

tantum potuisse amorem militis, ut meretrix minus laetaretur ob lucrum. *Donatus.*

4. TRIUMPHAT.] Cic. Att. IX. 16. *Meum factum probari abs te*, triumpho gaudio. Est vero accommodatum militi *triumphandi* verbum. Sic mox versu 27. JUGULARAS. *Vesterhov.*

5. Injuriose MILITEM. Honorificè proprio nomine dicitur. *Donatus.*

6. EST ISTUC DATUM.] Fato decretoque concessum. *Donatus.* Ms. Mark. EST ISTUC DATUM PROFECTO AB FATO MIHI. Eleganter autem *datum* simpliciter dicitur, quod à natura concessum est. Horat. Serm. II. 2. 31.
Unde datum *sentis lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet?*
Pers. V. 124.
Liber ego, unde datum *hoc sumis, tot subdite rebus?*
Martial. I. 42. 88.
Non cuicunque datum *est, habere nasum.*
Lucret. II. 302.
Quantum cuique datum *est per foedera naturai.*
Cic. Catil. IV. 1. *Mihi quidem si haec conditio consulatus* data est. DATUM — UT GRATA MIHI SINT, QUAE FACIO &c.] Vult Thraso, opinor, sibi hoc datum a Diis immortalibus, ut omnia, quae faciat, gratiam sibi concilient. Sic Plaut. Amph. Prol. 48. Heaut. II. 3. 21. Ms. Bodl. UT GRATA SINT, QUAE MIHI FACIO OMNIA. *Vesterhov.*

7. Animadverti & observavi id tibi datum esse. *Minell.* Sallust. Jug. XCIII. 2. Animum advortit *inter saxa repentis* cochleas.

8. VEL REX &c.] Quam intempestivè miles ad Regem transitum fecit, cum de meretrice agatur. *Donatus.* REX.] Intelligit Darium, ter-

Mihi agebat, quidquid feceram: aliis non item.
Gn. [10] Labore alieno magnam partam gloriam
[11] Verbis saepe in se transmovet, qui habet [12] salem,
[13] Quod in te est. *Th.* [14] Habes. *Gn.* [15] Rex te ergo in oculis. *Th.* [16] Scilicet.

Gn.

tertium Persarum Regem, Menandri aetate regnantem. Sic Heaut. I. 1. 65. Nisi malis cum Daciera accipere de Seleuco Rege Asiae; scilicet, quod Pyrrhi sit mentio, infra IV. 7. 13. *Vest.*

9. Maxumas.] Subauditur *gratias*: ab eo quod supra dixit, *Magnas vero agere gratias Thais mihi*. Donatus.

10. Haec Gnathonem ad spectatores conversum dicere existimat Vesterhovius, praeter ultima illa Qui habet salem &c. Ait enim vix adeo insulsum fingi posse Thrasonem, ut non intellexerit ista, Labore alieno &c. transmovet, ad suam contumeliam dicta esse. Mihi nihil videtur opus esse hâc conjectura. Adi Minellium, & sequentem notam Donati.

11. Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem.] Mire adulator attribuit militi, quod minime habet, vel *verba* vel *salem*. Donatus. Et callide laudat hominem ab iis rebus, in quibus maxime gloriabatur, ut saepe in sequentibus videbimus.

12. *Sal* neutraliter condimentum est: masculini [*masculinè*, corrig. Vest.] sapientia. *Donatus.* Vide Servium ad Virg. Aen. I. 39. qui *Salem* h. l. urbanitatem exponit. * Salem.] Afranius in Compitalibus: *Quidquid loquitur*, sal merum *est*. Ad Terentianam phrasin accedit praeceptum Servatoris Evang. Marc. IX. 50. Ἔχετε ἑαυτοῖς ἅλας: ad Afranianam Pauli Apost. ad Coloss. IV. 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος. *Vesterh.*

13. Quod in te est.] Ita edidi motus auctoritate Donati, Servii, Festi, Acronis, Prisciani, Nonii Marcelli, sed & plusculorum Mss. & Edd. veterum post

Gn. [17] Gestire. *Th.* [18] Vero: credere omnem exercitum,
[19] Consilia. *Gn.* [20] Mirum. *Th.* Tum [21] sicubi eum satias

Ho-

post an. 1469. Sic Heaut. II. 3. 123. Alii, Qui &c. Quos refellit Georg. Fabritius. *Vesterhov.* Quod, quae res. *Servius* loco citato. vel subauditur *Sol;* ut ostendat Autor vocabulum, etiam hac notione, in utroque genere rectè usurpari. Vide Afranii locum supra.

14. Habes.] Pro intelligis. Sic dicitur *accipe*, & *da*. Habes etiam, id est, dicis. Ut *Sallustius* [in Fragmentis]: *Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine * Gadirum habent.* Donatus. * Legitur & *Gaddir*. Et citat Priscianus Instit. Lib. V. *Vesterhov.*

15. Rex te ergo in oculis.] Summi amoris & benevolentiae expressio, *gestare quem in oculis.* Cic. Fam. XVI. 27. *Te, ut dixi,* fero oculis. Att. VI. 2. *Publicanis* in oculis *sumus*. Latinus Pacatus Paneg. Theodosio dicta: *Hos ille Phalaris in amicis habebat, hi in* oculis *ejus, atque etiam in* oculis *erant.* Reges porro Persarum Satrapas *Oculos* suos vocabant. Aristoph. Ἀχαρν. 92. & Scholia. Ita fere Numer. X. 31. *Vesterhov.*

16. Scilicet.] Vide inconditam properationem laudari se cupientis, adeo, ut non sinat verba implere, quin praefestinet, Scilicet & verum dicere. *Donatus.*

17. Gestire.] Ita Mss. plurimi cum Edd. praestantiss. Subaudiendum autem, habere vel ferre. Vulgo cum Ms. Lips. Gestare, quando ellipsis nulla. *Vesterhov.*

18. Vero.] Certe, utique. Adelph. III. 5. 23. Cic. Off. III. 13. *Num id injuste, aut improbe fecerit. ille* vero, *inquit Antipater.* Alii [cum Donato], Verum. *Vesterhov*

19. Consilia.] Αὔξησις. Plus enim est consilia, quam totus exercitus. *Donatus.*

20. Melius per εἰρωνείαν pronunciamus Mirum. Quasi

Hominum, aut negoti [22] ſi quando odium ceperat:
[23] Requieſcere ubi volebat; [24] quaſi. noſtin'? *Gn.* Scio:
Quaſi [25] ubi illam exſpueret miſeriam ex animo. *Th.* Tenes.

[26] Tum

ſi dicat, Quis non crederet tali viro? ſed poteſt etiam ſimpliciter pro admirantis geſtu accipi. *Donatus*.

21. UBI SATIETAS HOMINUM, AUT NEGOTI — ODIUM CEPERAT.] Reipublicae princeps duas res patitur, homines & negotia, id eſt, perſonas & res hominum. — Proprie reddidit & decenter, *hominum ſatietas*, *negotii odium*. Non enim par erat Reip. principem hominum odio laborare. *Donatus*. SATIAS HOMINUM.] Ita eſt in Mſſ. & edit. probatiſſimis. Mſ. Graev. Edd. Tarvis. & Mediol. SATIETAS. Eſt autem SATIAS & SATIETAS faſtidium. Lucret. II. 1037.

feſſus ſatiate *videndi*

Sic *bonorum ſatietatem* dixit Suetonius Tib. 10. Pomp. Mela III. 5. *Ubi eos vivendi* ſatietas *magis*, *quam taedium* cepit, *hilares redimiti ſemet ipſi in pelagus ex certa rupe praecipites dant*. Lucil. Lib. XXIX.

Quid mihi proderit, *quem* ſatias *jam omnium rerum tenet?*

Infra V. 6. 3. Hec. IV. 2. 18. *Veſterhov*.

22. Edit. Anni 1469. SI QUOD OTIUM CEPERAT. Veſterhov.

23. Bono verbo uſus eſt. Nam *ceſſat* deſidioſus: *requieſcit* defeſſus. *Donatus*. Salluſt. Catil. 4. *Igitur, ubi animus ex multis miſeriis, & periculis requievit*. Virg. Ecl. VII. 10.

requieſce *ſub umbra*. Veſterhov.

24. QUASI. NOSTIN'?] Gratè expreſſit ſtulti infantiam militis, qui ante vult intelligi quod ſentit, quam ipſe dicat. Et proprie hoc morale eſt ſtolidi, ſive ruditer loquentis. *Donatus*. QUASI.] Vide Heaut. II. 3. 77. *Veſterhov*.

25. UBI pro *quando*, & in his, & ſupra. *Exſpuere* eſt cum faſtidio aliquid rejicere & expellere. Nam *ex*-

ſpu-

[26] Tum me convivam solum * abducebat sibi. *Gn.* Hui!
Regem [27] elegantem narras. *Th* Immo sic homo est, [28] Perpaucorum hominum. *Gn.* [29] Immo nullorum arbitror,

Si

spuere, est extra pus mittere, id est, foras. Nam *pus* est omnis humor corpori onerosus. *Donatus.* EXSPUERE MISERIAM EX ANIMO.] Lucret. II. 1040.
Exspuere *ex animo rationem.* Plin. *A sidere coelestis ignis exspuitur.* Cic. Att. XII. 45. *Nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum.* Vesterh. MISERIAM.] Curam & sollicitudinem. *Eugraph.*

26. TUM ME CONVIVAM SOLUM &c.] Hoc supererat, ut, qui esset minister magnarum rerum, id est, consiliarius: voluptatum quoque Regis particeps esset. Et vide quo significatu [i. e. *quam significanter*] dicatur, ME, & CONVIVAM, & SOLUM, & ABDUCEBAT; nam non vocabat. Et SIBI, quasi non propter me, sed ut sibi bene esset. *Donatus.*

* ABDUCEBAT.] Sic Heaut. I. 2. 9. Sed Mſ. Graev. cum Edd. Tarvis: & Mediol. ADHIBEBAT. *Vesterhov.*

27. ELEGANTEM.] Eligere scientem. Infra III. 5. 18. *Vesterh.*

28. PERPAUCORUM HOMINUM.] Aut qui paucis utitur: aut qui de paucis est, aut qui paucis placet: hoc est, bonis & sapientibus, qui fere pauci sunt. *Donat.* Πάνυ παύρων ἀνθρώπων. Eadem phrasi usus Horatius de Maecenate Serm. I. 9. 44. Sensus autem est, paucos admittit in familiaritatem suam, sed & paucis sui conveniendi potestatem facit. Cic. Att. IX. 15. *Vide, quam sim antiquorum hominum.* i. e. antiquorum morum. Eadem constructione *omnium horarum amicos* dixit Suetonius Tib. 42. quod Quinctilianus Instit. VI. 4. *omnium horarum homo* dixit. *Vesterhov.*

29. IMMO NULLORUM ARBITROR, SI &c.] Hoc aversus, ne miles audiat. *Donatus.* Qui tamen & aliter

Si [30] tecum vivit. *Th.* [31] Invidere omnes mihi: [32] Mordere clanculum: ego [33] non flocci pendere. [34] Illi invidere misere. verum unus tamen

[35] Im-

ter intelligi posse ait. Minellius, ut mihi videtur, bene expressit sensum Gnathonis, hoc modo: *Immo si te assiduum habet, nullis praeterea hominibus utetur familiariter: fieri enim non potest, quin prae homine tam elegante & sapiente reliquos omnes contemnat. Latenter* [autem] *significat eum non esse hominem.* Vesterhovio haec verba Gnathonis videntur acerbiora, quam quae Thrasone audiente credantur esse dicta: sed si dicta fuerunt, ita (ex mente Vesterhovii) acciperentur a Milite, quasi afferat Parasitus, Regem sale & festivitate sua (Militis) captum reliquos sine discrimine mortales fastidire, *quum is* (inquit) *verus verborum Parasiti esset sensus, fieri non posse, ut Rex viri vel mediocris ingenii familiaritate utatur, quem adeo insulsus homo delectare queat.* Planiora autem omnia putat fore, si Parmenoni haec tribuantur: quod facit Edit. 1469. & Eugraphius.

30. Tecum vivit.] Te familiariter utitur. Illud [Tecum vivit] licet inferatur ad τὸ Convivam [vers. 17.] ἐν αἰσχροῖς tamen est. Plaut. Amph. Prol. 135. *quae cum moecho est.* Vest.

31. Invidere &c.] Plus potest ad significandum infinitum tempus [forte, *verbum.* Supra ad vers. I.] quam finitum. *Donatus.*

32. Mordere clanculum.] Quales Graeci λαθροδῆκτες, κρυφοδῆκτες vocent. Sic infra versu 55. & Adelph. V. 3. 21. Eadem metaphora & *allatrare* & *conlatrare* quem dixerunt Columella, Livius, Seneca. *Rodere* Cicero, *Theonino dente circumrodere, atro dente petere* quem, Horatius usurpavit. *Vesterhov.*

33. Non flocci pendere.] Sc. Eorum morsus clandestinos, vel invidiam. Vide supra Donatum ad II. 3. 11. Mss. Mark. Graev. cum Edd. an. 1469. Tarvis. & Mediol. item Eugraphius, Ego flocci pendere. notante Vesterhovio.

34.

[35] Impense, [36] elephantis quem Indicis praefecerat.
Is ubi molestus magis est; quaeso, inquam, [37] Strato,
Eone es ferox, quia habes [38] imperium in belluas?
Gn.

34. ILLI INVIDERE MISERE.] *Miser* enim est, cui animi miseria inest. Et mirè est facta nullius ponderis repetitio, ad inertiam loquentis exprimendam. Quin & *impense* & *misère* idem significant: & mox tamen sine ullo auctu addidit, VERUM UNUS TAMEN IMPENSE. *Donatus*. Ms. Lips. omittit ILLI. *Vesterhov*.

35. IMPENSE.] Vehementer. Plaut. Epid. IV. 1. 39.
Ut alias res est impense *improbus*.
Sic *impenso pretio* dixit Livius II. 9. Eodem sensu infra III. 5. 39. ait,
impendio *magis animus gaudebat mihi*. Vesterh.

36. ELEPHANTIS QUEM INDICIS PRAEFECERAT.] Hi ἐλεφαντισταὶ, ἐλεφανταγωγοὶ dicti Graecis. Plaut. Mil. I. 1, 25.
Eccum aedepol vel elephanto in India
Quo pacto pugno perfregisti brachium!
Ovid. Trist. IV. 6. 7.
Quaeque sui monitis obtemperat Inda *magistri*
Bellua, *servitium tempore victa subit*.
Quum autem PRAEFECERAT dicit, nota, & *praefectos* & *magistros* pecorum dici, Gr. ἐπιστάτας, vide Cerdam ad Virg. Aen. XII. 717. & *procuratores* ad elephantos. Ceterum elephanti Indici laudantur prae Africanis, a magnitudine & usu bellico. Lucian. in Φιλοψευδ. Unde dentes Indi, & ebur Indicum passim celebrantur scriptoribus. Videntur autem h. l. omnino intelligi elephanti ad bellum. Sallust. Jug. 52. Elephantis *& parti copiarum pedestrium* praefectus. *Vesterhov*.

37. STRATO, nomen accommodatum militiae. *Donatus*.

38. IMPERIUM IN BELLUAS.] Ms. Lips. POTESTATEM IN BELLUAS. Proprie de Elephantis. Flor. I. 18. *Superjumentarium* vocat Suetonus Claud. 2. *Vesterhov*.

Gn. Pulchre mehercle dictum, & sapienter. papae!
[39] Jugularas hominem. quid ille? *Th.* Mutus ilico.
Gn. Quidni esset? *Pa.* Dii vostram fidem! [40] hominem perditum
Miserumque, & illum sacrilegum. *Th.* Quid illud, Gnatho,
Quo pacto [41] Rhodium tetigerim in convivio,
[42] Nunquid tibi dixi? *Gn.* Nunquam: sed narra, obsecro.
Plus millies audivi. *Th.* Una in convivio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
Forte habui [43] scortum: coepit ad id [44] alludere,
Et

39. JUGULARAS.] Apta locutio apud militem; i. e. rubore suffusum ad silentium redegeras & ἐχεμυθίαν. *Vesterhov.*

40. HOMINEM PERDITUM.] Deest *ô*: ut sit, *ô hominem perditum!* sed sic melius sonat: majoris enim stuporis est, hoc modo pronuntiatum. *Donatus.* PERDITUM MISERUMQUE Thrasonem, SACRILEGUM Gnathonem vocat. *Vesterhov.* PERDITUM, vel perditi pudoris, vel, improbum, vel simpliciter PERDITUM ideo, quod in hujus Colacis manus incidit: supra II. 2. 23. SACRILEGUM, perjurum: respicit *Mehercle* Gnathonis, supra versu 25.

41. RHODIUM.] Id tanto gloriosius sibi ducit fatuus miles, quod Rhodii, uti rei nauticae & eloquentiae laude erant clari, ita & elatos animos gerebant. TETIGERIM.] Μείωσις est. Dictis enim aculeatis pungere & laedere, *tangere* dixerunt. Inde & *de coelo tacta* dicuntur fulmine percussa. Et *taxare* pro reprehendere Suet. Aug. 4. *Vesterhov.* TETIGERIM.] Luserim, fatigaverim. *Donat.* Per jocum male tractaverim atque pulsaverim. *Eugraph.*

42. An NUMQUAM, quod est in quibusd. Mss. sed & editis. *Vesterhov.*

43. Abdomen in corpore foeminarum, patiens injuriae coitus, *scortum* dicitur: ideo quia *scorta* sunt du-

Et me irridere. Quid agis, inquam, homo impudens?

[45] Lepus tute es, & pulpamentum quaeris. *Gn.* Ha, ha, he!

Th.

dura coria. A parte ergo sui meretrices *scorta* dicuntur: vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Graecè palpitare intelligitur: quod illae faciunt saltando assiduè: vel potius crissando, ut *Lucretius* ait, * Lib. 4. ob eam causam, ut concinniorem Venerem exhibeant viris: aut sibi abigant conceptum, quod in vulvam feminae in ipso coitu non se moventis, incidit. *Donatus.* * *Lib.* 4.] Haec non sunt in Libris antiquis, videnturque ex Lindenbruchii observationibus irrepsisse in textum. Observat Franciscus Douza, pro *Lucretius*, legendum esse *Lucilius*, cujus verba Lib. XI. sunt:

Crissabit, ut si frumentum clunibu' vannat. Vest.

Lucretius non habet quidem verbum *Crissare*, nisi ex Tanaquilli Fabri conjectura: tractat autem rem, de qua Donatus loquitur, a versu 1262. ad 1270. libri citati. Ante τὸ *incidit* in ultima Donati nota videtur excidisse, *semen*. Apud Islandos Hûd, *corium*, est convitium muliebre, quod mirècum Latino vocabulo *scorti* convenit.

44. Alludere.] Annuere, arridere, sed & lasciva manu pertentare. Plaut. Stich. II. 2. 58.

Quando adhibero, alludiabo.

Justin. I. 4. *Quem* (puerum) *ubi in manum mulier accepit, velut ad notam* allusit. Mss. Lips. Graev. cum Edd. Tarvis. Mediol. & an. 1469. [atque Eugraphio] Ad id ludere. *Vesterhov.*

45. Lepus tute es, et pulpamentum quaeris?] Lepus pro infamia multa [Ms. Hulst. *ob multa.* malim, *infami ob multa.* Vest.] ponitur: vel quod magis a posteriore parte, hoc est, armis, pulpamentum de se praebeat, cum in convivio carpitur appositus. Ut *Horatius* ait [Serm. II. 4. 44. ubi Baxterus, ex antiquissima Cruquii Membrana, edidit *Foecundae.*]

Th. [46] Quid eſt? *Gn.* [47] Facete, lepide, laute: nihil ſupra.

[48] Tuum

Foecundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

Vel quod venantur illum, & perſectantur canes: quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus: ut ipſe] Terentius ait [Phorm. Prol. 7.],

Cervam videre fugere, ſectari canes.

Vel quod illum ſic fugiant omnes, conſtituat ut hunc libido effeminata [Lectio corrupta, cui nihil praeſidii ex Codd. veteribus. Mollitiem reſpici manifeſtum eſt, de qua multa Phyſicorum filii, & Pierius Valerianus Hieroglyph. XIII 4. Conjiciebam autem ſcripſiſſe Interpretem: *Vel quod, ſi illum liguriunt homines, concipiatur tunc libido effeminata.* Veſt.] Vel quod a Phyſicis dicatur incerti ſexus, ac eſſe modo mas, modo foemina. [Ariſtot. Animal. Lib. VII. Cap. 33. Aelian. de Animal. Lib. XIII. Cap. 12. Philoſtratus Icon. de Amoribus: τὸ δὲ ἄῤῥεν (ſc. τοῦ λαγὼ), σπείρει τε ὡς φύσις ἀῤῥένων, καὶ ἀποκυΐσκει, παρ᾽ ὃ πέφυκεν. Lindenbrog.] LEPUS — QUAERIS?] Quod in te habes, hoc quaeris in altero. Et eſt τρόπος ἀλληγορία. Donatus. Hic eſt ſenſus: *Cum tute ipſe praeda ſis, praedam quaeris.* Quidam intelligunt, *Lepus tute es*, quod natura leporis talis eſt, ut inceſto ſexu vivat. *Eugraph.* LEPUS &c.?] Additum in Mſ. Lipſ. margine: *Dicunt, Leporem Sodomiticae conſuetudinis eſſe, adeo ut ſaepe maſculis foetus in utero inveniantur.* Ipſum dictum ex Livio Andronico deſumtum, teſte Donato, [ubi? non enim hoc loco] & Vopiſco in Numeriano, verbis tectum, re impudentiſſimum eſt. Forte jam inde e veteri Comoedia depromſit Menander, atque ex hoc Noſter. Vid. Eraſm. Adag. & Gronov. ad Juſtin. III. 3. 7. Affine eſt huic dictum illud ſervi in puerum, apud Plaut. Perſ. II. 4. 13.

Video ego te! jam incubitatus es.

h. e. Embaſicoetas incubuit tibi. Item Catull. Carm. XCI. ipſa

[48] Tuum ne, obsecro, hoc dictum erat? vetus credidi.

Th. Audieras? *Gn.* Saepe; [49] & ferter in primis. *Th.* Meum est.

Gn. [50] Dolet, dictum imprudenti adolescenti & libero. 40

ipsa olera olla legit. Sed & Ciceronis illud ad Q. Fr. III. 1. *Ipsi fontes jam sitiunt* PULPAMENTUM vocabant obsonium lautem e pulpa; seu posteriore parte leporis, quae carnosior est. Addo, quod ex glossa Mſ. Iſ. Vossii ad h. l. observavi, Scilicet sunt in Pacto L. Salicae, Tit. XXXIII. §. IV. haec verba: *Si quis alterum* leporem *clamaverit*, CCXL. *den. qui faciunt solid.* VI. *culpabilis judicetur.* Origo convicii petenda a timiditate & fugacitate illius animalis. qua apud veteres Germanos & Gallos nihil censebatur turpius. Vid. Cl. Bignonius ad h. l. *Vesterhov.* LEPUS TUTE &c.] Tu ipse satis effaeminatus es & mollis, & quaeris mulierem. *Minell.*

46. QUID EST?] Haec interrogatio gestum vultumque continet cujusdam alacris, & certi, quod laudandus sit. *Donat.*

47. *Facetus* est, qui facit verbis quod vult. *Lepidus*, qui politus est, ut λεπὶς, id est, lamina. *Lautus*, qui mundus & splendidus est. *Donatus.*

48. TUUM OBSECRONE HOC DICTUM ERAT?] Et dicta, & proverbia, & adagiones, quod rem agant, [forte *ad rem agant.* nam videtur Grammaticus obiter ostendere velle ἔτυμον adagionis] facetis hominibus ascribuntur: & hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. VETUS CREDIDI.] Quia omnia vetera, magna sunt. *Donatus.*

49. ET FERTUR.] V. C. *Effertur.* Lindenbrog. FERTUR.] Celebratur. Quinctil. Institut. Orat. X. 1. *Nobis pueris insignes orationes ferebantur.* ubi vid. Burm. *Vesterhov.*

50. DOLET DICTUM IMPRUDENTI &c.] Deest *mihi*, ut

Pa. At te Dî perdant. *Gn.* Quid ille, quaeso?
Th. [51] Perditus.
[52] Risu omnes, qui aderant, emoriri. denique
Metuebant omnes jam me. *Gn.* Non injuria.

Th.

ut sit, *Dolet mihi.* Et DICTUM, participium est, id est, quod dixisti. Addidit enim Parasitus, quo gravius sit dictum, commiserationem ejus in quem dictum est, utpote imprudentem adolescentem & liberum. Scit enim homines stultos, malos videri velle. IMPRUDENTI.] Scilicet qui minime crederet, tali se percuti posse convicio: aut cum tali viro sibi rem futuram. *Donatus.* Quare hunc versum volente Guyeto expungamus, causa nulla est. Recte tribuitur Gnathoni a Donato, qui commodum ei tribuit sensum. Κόμματος signum feci post DOLET, ut sensus sit, DOLET MIHI. Sic infra IV. 7. 32.

Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Dixit autem LIBERO, pro eo qui est liberae linguae. Ovid. Metam. I. 757.

ille ego liber,
Ille ferox tacui.

Quanquam & *liberum*, non servum fuisse apparet, quod in illis *fratribus*, quos vocat Petronius, nullus injuriae locus esset. In MSS. Lips. & Graev. hic versus Thrasoni tribuitur. ADOLESCENTULO, legit MS. Graev. & Edd. Tarvis-Mediol. IMPUDENTI autem est in Mediol. *Vesterb.*

51. PERDITUS.] I. e. periit, & totus stupefactus est; aut, in pudorem datus erat, nec, quid responderet, habebat. simili ὑπερβολῇ: *Jugularas hominem.* Minell. Attonitus fuit. *Paraphr. D.*

52. RISU OMNES — EMORIRI.] Disciplina est Comicis, ut stultas sententias, ita etiam vitiosa verba, adscribere ridiculis imperitisque personis. Ut *Plautus, Latronibus ego denumerem stipendium*, inquit ex persona militis. [Mil. I. 1. 74. ubi nunc legitur;

Latrones, ibus dinumerem stipendium. Vesterh.]

Itaque hic EMORIRI dixit. At vero Atticus adolescens in Heautont. [V. 2. 18.] *Emori cupio.* Vide igitur Poëtam, pro loco & tempore

Th. Sed heus tu, [53] purgon' ego me de istac Thaidi?
Quod [54] eam me amare suspicata 'st? *Gn.* Nihil minus.
Immo auge magis suspicionem. *Th.* Cur? *Gn.* Rogas?
[55] Scin'? si quando illa mentionem Phaedriae
Facit, aut si laudat, te ut male [56] urat. *Th.* Sentio.
Gn. Id ut ne fiat, haec res sola est remedio.
Ubi [57] nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo: si quando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus [58] commissatum: tu, Pamphilam

pore scire quid dicat. *Donatus.* Mihi aliud succurrit, quod itidem ad artificium Comicum pertinet. Scilicet Thraso risum illum omnium in convivio ipse ridens narrare videtur. Unde apta quaedam erat mora in pronunciando cum risu, EMORI-RI. Est igitur EMORIRI verbum rei peraccommodatum. Fallitur autem Eugraphius, scribens comice tantum EMORIRI dici. Ovid. Metam. XIV. 215.

mortemque timens, cupidusque moriri.

Apulej. Metam. III. *Conspicio prorsum totum populum* risu cachinnabili diffluentem, *non secus illum bonum hospitem, parentemque meum Milonem* risu *maxime* dissolutum. *Vesterhov.*

53. Cic. Fam. VII. 27. *Quod si humaniter mecum questus esses, libenter* tibi me *&* *facile* purgassem. Eodem autem sensu *purgare se de crimine*, & excusare crimen dicitur. Ms. Mark. PURGEMNE. *Vesterhov.* At multo venustius est PURGO; stat autem modò, pro purgabo, purgare debeo.

54. Quia apparet militi quoque κατὰ τὸ σεσιωπωμένον ostendisse, quod dixit Phaedriae. *Donatus.*

55. Monentis est dicere SCIN', vel *Scito.* Donatus.

56. URAT.] Vide supra ad II. 2. 43.

57. Ms. Mark. NOMINAVERIT. Sex integros hosce versus citat Cicero Fam. I. 9. *Vesterhov.*

58.

Cantatum [59] provocemus. si laudabit haec
Illius formam: tu hujus contra. denique
[60] Par pari referto, quod eam [61] mordeat.
Th. [62] Siquidem me amaret, tum istuc prodesset,
Gnatho.

Gn.

58. Commissatum.] Origo & scribendi ratio varia, quam disquirit Vossius in Etymolog. De re constat, *Commissationem* fuisse compotationem & amatoriam lasciviam & saltationem, quae post coenam fieret in multam noctem. Κῶμος saltus est, & Deus nocturnorum tripudiorum praeses. Unde Anacreon Ode VI. de Cupidine:

Κωμον μέτεισι χαίρων. *Commissationem peragit laetus.* Vesterhov.

59. Cantatum Provocemus.] E Gynaeceo scilicet. Tangit autem morem de quo Livius XXXIX. 6. Gell. XIX. 9. *Ubi eduliis finis & poculis mox, sermonibusque tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce, & qui psallerent. At posteaquam introducti pueri, puellaeque sunt, jucundum in modum* Ἀνακρεόντεια *pleraque, & Sapphica, & Poëtarum quoque recentium* ἐλεγεῖα *quaedam erotica, dulcia & venusta accinerunt* Vesterhov.

60. Par Pari referto.] ἶσον ἴσω ἐπίφερε, μοῖτον ἀντὶ μοίτου. Loquitur autem ex disciplina Gentilium. Sic Phorm. Prol. 21. Sanctius in Minerva IV. 6. pag. 684. ait, peritiores legere: Par pro pari referto. Et sane ita est in Ms. Lips. & duobus Mss. Leidens. & Eugraphio, sed & edit. anni 1469. Laudatque ex antiquis Libris Faërnus. *Vest.*

61. Cic. Att. XIII. 12. *Valde me* momorderunt *epistolae tuae de Attica nostra.* Alii, Remordeat. Atque ita est in uno Mss. Leidensium; laudatque e Ms. & Servio Rivius. *Vesterhov.*

62. Siquidem &c.] Hoc miles ut sapiens locutus est. Ergo meminisse convenit ridiculas personas non omnino

Gn. Quando illud, quod tu das, [63] exſpectat, atque amat:
* Jam dudum te amat: jam dudum [64] illi facile fit,
Quod doleat: [65] metuit ſemper, [66] quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus [67] alio conferas.

no ſtultas & excordes induci a Poëtis Comicis. Nam nulla delectatio eſt, ubi omnino, qui deluditur, nihil ſapit. *Stultitia* autem eſt in his quatuor modis: aut non venire in mentem, quod oportet: aut ſi venerit, non tenere: aut bonum conſilium amittere: aut malum admittere; Vide ergo, ut hoc quod commodè miles viderat, non tenuerit, totumque amiſerit. Hoc autem idcirco interpoſuit Poëta, ut oſtenderet, quid veneni haberet aſſentatio: per quam non modo errantes decipiuntur, ac praecipites eunt: verum etiam ſapientes interdum, ſanique evertuntur. *Donatus.*

63. Deſiderat. *Paraphraſtes Delph.* Vide ſupra ad I. 2. 114.

* JAMDUDUM TE AMAT.] Vel nimium & valde, vel jampridem. *Donatus.* Citat Servius ad Aeneid. IV. 1. & JAMDUDUM quoque exponit, nimium & vehementer.

64. ILLI FACILE FIT; QUOD DOLEAT.] Facile dolorem percipit, admodum ſenſibilis eſt, & ad zelotypiam irritabilis, propter tenerrimum amoris affectum, quo te, ſive potius dona tua, complectitur. Et FIT. modò, pro *facere eſt*, v. *factu eſt*, dixit.

65. Mſſ. & editi quidam vetuſtiſſimi, METUAT, i. e. age metuat, fac metuat. Tum autem diſtinctionem majorem ante τὸ METUAT poſuerim. Mſſ. duo Leid. Lipſ. & Traject. METUET. Ita & Fabrini edidit, aliique. *Veſterhov.*

66. QUEM IPSA NUNC CAPIT FRUCTUM.] Sic ſupra I. 1. 35. Edit. anni 1479. NON CAPIT FRUCTUM. Veſterhov.

67. ALIO CONFERAS.] Et hic locum pro perſona poſuit: ut ne diceret, *ad alium.*

Th. Bene dixti: [68] at mihi istuc non in mentem venerat.

Gn. [69] Ridiculum: [70] non enim cogitaras. [71] caeterum

Idem hoc tute melius quanto inveniſſes, Thraſo!

aliam. Donatus. Cic. Off. I. 14. *Quas enim copias his & ſuppeditari aequius eſt, & relinqui, eas* transferunt ad alios. *Veſterhov.*

68. AT MIHI ISTUC &c.] Sic pronunciandum eſt, quaſi militi monſtri ſimile videatur, ſapiens dictum alii prius veniſſe in mentem, quam ſibi. *Donatus.*

69. RIDICULUM.] Vocem hanc Thraſoni tribuit Dacieria. Praeter neceſſitatem, opinor. *Veſterhov.* RIDICULUM.] ſc. *quod iſtuc tibi non veniebat in mentem.*

70. NON ENIM COGITARAS.] Et in his verbis videtur eſſe σκῶμμα, ſi verum eſt, quod ait Cicero: *Non eſt ſapientis, dicere,* NON COGITABAM. *Veſterh.*

71. CAETERUM &c.] Scilicet ſi cogitaſſes. *Donatus.*

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATHO. PYTHIAS.

Th. [1] AUDIRE vocem viſa ſum modo militis. Atque eccum. ſalve, mi Thraſo. *Thr.* O Thais mea,

[2] Meum

1. AUDIRE VOCEM VISA SUM &c.] Citat Apulejus Libro de Deo Socratis. *Veſterhov.* Omnes ſenſus *viſa* dicuntur, ab eo, quod eſt certiſſimum [qui eſt certiſſimus. *Abr. Wieling.*] ocu-lo-

[2] Meum ſuavium, quid agitur? eequid nos amas.
[3] De fidicina iſtac? *Pa.* [4] Quam venuſte! quod dedit
Principium adveniens! *Th.* [5] Plurimum merito tuo.
Gn. [6] Eamus ergo ad coenam: quid ſtas? *Pa.* [7] Hem alterum:

lorum: Ergo Visa sum, ſenſi. Ut *Virgilius* [Aen. VI. 257.]

- - - viſaeque canes ululare per umbram
Adventante Dea. Donatus.

2. Meum suavium.] Tria ſunt oſculandi genera, *oſculum*, ſcilicet, *baſium*, & *ſuavium*. *Oſcula* officiorum ſunt: *Baſia*, pudicorum affectuum: Suavia, libidinum vel amorum. Meum suavium.] Cum oſcularetur, dixit. Quid agitur?] Et hoc blandimenti genus eſt poſt oſculum. Sed duri eſt & agreſtis: infert enim [*Inferre* Donato valet ſubjungere. Sic And. V. 6. 14. *Veſt.*], *Ecquid nos amas?* Et *Ecquid*, aliquantulumne ſignificat: & ideo illa *plurimum*, recitat. *Cicero* in Catilinam, [Orat. I. cap. 8.] *Quid eſt, Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum ſilentium?* Donatus.

3. De fidicina istac?] De, *propter*: ut ſit, propter fidicinam. *Donatus*. Pro fidicina. *Veſterhov*.

4. Quam venuste! quod &c.] Bene reprehendit Parmeno. Nam in beneficiis debet oblivisci qui dedit, & meminiſſe qui accepit. Et eſt gravis εἰρωνεία, *Quam venuſte!* Donatus.

5. Plurimum merito tuo.] Facete meretrix amorem ſuum non ad avaritiam retulit, ſed ad officium. Alii ſic reſpondere intelligunt, ut ipſa de fidicina gratias agat. Sed melius eſt ut praeter munus *Meritum* dixerit. quamquam multi *munus meritum* intelligant. Ut eſt illud *Virgilii* [Aen. VI. 664.] *Quique ſui memores alios fecere merendo.* id eſt, gratos ſibi reddidere munerando. *Donatus*.

Ex homine hunc natum dicas. *Th.* Ubi vis, non moror.
Pa. Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.
Ituran', Thais, quopiam es? *Th.* Ehem! Parmeno,
[8] Bene feciſti: [9] hodie itura. *Pa.* Quo? *Th.* Quid? [10] hunc non vides?

Pa.

6. Decuit paraſitum de coena etiam importune admonere, cum quadam ἐμφάσει, velut magnae rei. *Donatus.* Sic Adelph. III. 4. 57. & IV. 2. 49. *Veſt.*

7. HEM ALTERUM:] Sic ſupra II. 3. 6. * EX HOMINE HUNC NATUM DICAS.] Si τὸ HOMINE capias de Thraſone, ſenſus erit, *Dicas hunc alterum natum, ex iſtoc homine*; ita ſcilicet pares ſunt invicem. Sic Heaut. V. 3. 18. ſeqq. Cic. Philipp. XI. 3. *Imaginem M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis: ex hoc illa efficta eſt.* Quae explicatio ſi minus placet, ecce alteram, EX HOMINE HUNC NATUM DICAS? q. d. credas, hunc hominem eſſe, & non potius belluam? Sic infra verſu 36. *Veſterhov.* Prior ſenſus praeſtat; nam poſterior graviorem continet contumeliam, quàm nunc utique meruerant Paraſitus aut Miles. Forte reſpexit ſervus ad dicta Gnathonis, EAMUS ERGO & QUID STAS; ut ſit ſenſus, *Dicas militem eſſe filium paraſiti, adeo hic illi imperat.*

8. Thais exitura, & jam in procinctu ſtans, ubi videt Parmenonem, BENE FECISTI, inquit, adveniendo ſcilicet, ſi vis me conventam; nam HODIE, i. e. jam jam ITURA eram. Venis igitur in ipſo articulo; nam paullum ſi ceſſaſſes, domi me non offendiſſes. *Veſt.*

9. Dulciter additum HODIE, quaſi cum exceptione: quo ſe ſignificat non perpetuo obſecuturam militi. *Donatus.*

10. HUNC NON VIDES?] Si dixerit *militem*, laedit praeſentem; ſi *amicum*, laedit Parmenonem. Mirè igitur pronomen invenit. *Donatus.* QUID? HUNC —? PA VIDEO, ET ME TAEDET.] Haec ſubmiſſè, Thraſone ad conſpectum rivalis ſervi paullum averſo. *Veſterhov.*

Pa. Video, & me taedet. ubi vis, dona adſunt tibi
A Phaedria. *Thr.* [11] Quid ſtamus? cur non imus
hinc?
Pa. Quaeſo hercle ut liceat, [12] pace quod fiat tua,
[13] Dare huic quae volumus, [14] convenire & con-
loqui.
Thr. [15] Perpulchra credo dona, haud noſtris ſi-
milia.

Pa.

11. QUID STAMUS? ad moram refertur. CUR NON IMUS HINC?] Ubi ſervus rivalis eſt. *Donatus.*

12. PACE, aut gratia, aut voluntate: & deeſt *cum.* Donatus. PACE QUOD FIAT TUA.] Eleganter ad militem nil niſi caedem ſpirantem. Habetque formulae ſpeciem. Plaut. Amph. I. 232.
Obſecro, ut per pacem *liceat te alloqui.*
Cic. Fam. VII. 17. Pace tua *dixerim.* Veſterhov.

13. PACE — TUA, DARE HUIC —, CONVENIRE & CONLOQUI.] Proprie: quia *pax, datio, deditio, conventus, colloquium*; militiae verba ſunt. Et ſic pronunciandum, ut ſubaudiatur *vel*: ut ſit, vel dare, vel convenire, & colloqui: ut inter hoſtes ſolet. * *Salluſtius*: *Quae pacta in conventione non praeſtitiſſent.* Et alibi, *Cujus ad verba voluntate, colloquio militibus promiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Syllae datus eſt.* Donatus. * Uterque locus in Fragmentis eſt. Sed alter ita legendus: *Cujus adverſa voluntate; colloquio militibus permiſſo,* &c. ubi *adverſa* valet, animadverſa. Vide Douzam ad h. l. *Veſterhov.*

14. CONVENIRE ET CONLOQUI.] Sic pronunciandum eſt, ut quaſi dicat, liceat per te, miles, quod etiam inter hoſtes, & in bello licet. *Donatus.*

15. PERPULCHRA &c.] Εἰρωνεία de fiducia pulchrae virginis. NOSTRIS SIMILIA.]. Et *his ſimilia*, & *horum ſimilia* dicimus. *Donat.* HAUD NOSTRIS SIMILIA.] Ita & Priſcianus citat, Inſtit Grammat. Lib. XIV. & XVII. Faërnus tuetur, AUT. quod & Cl. Perizonio placebat.

In

Pa. Res indicabit. heus [16] jubete iſtos foras
Exire, quos juſſi, ocius. * procede tu huc.
[17] Ex Aethiopia eſt uſque haec. *Thr.* [18] Hic ſunt tres minae.
Gn. Vix. *Pa.* Ubi tu es, Dore? [19] accede huc. hem Eunuchum tibi!
[20] Quam liberali facie, quam aetate integra!

Th.

In Libr. antiqu. Mſſ. & editis utrumque invenias. *Veſterhov.*

16. JUBETE ISTOS — EXIRE, QUOS JUSSI, OCIUS.] Cum fiducia & alto vultu pronunciat: & feſtinat, ne occupet miles prius abire, quam videat. Et eſt ordo, OCIUS EXIRE. *Donat.*

* Bene PROCEDE dixit, non *accede* aut *veni*: ut appareat dignitas in inceſſu. Et callide ab inferiore incipit munere, hoc eſt, a puella ad Chaeream venturus, ſimul ut a vero mancipio incipiens, ad falſum ſine ſuſpicione tranſiret. *Donatus.*

17. EX AETHIOPIA EST USQUE HAEC.] USQUE modo adverbium de loco eſt: ut [Virg. Aen. VII. 289. ubi vulgo editur, *Pachyno.*Veſt.] *Siculo proſpexit abusque Pachinno.*
USQUE addit, ut ex longinquitate dignitas muneris ponderetur. — Et turpi praecedente lenocinium comparat ſecuturo pulchro. *Donatus.* USQUE.] Emphaſin habet in magno temporis vel loci ſpatio. Suet. Vitell. 13. *Muraenarum lactes a Carpathio* uſque, *fretoque Hiſpaniae.* An, *A Parthia uſque?* Nepos Hannib. 2. *Ut* uſque *a rubro mari arma conatus ſit inferre Italiae.* Veſterhov.

18. HIC SUNT TRES MINAE.] Callide munus ad pretium revocavit, ut ad avaritiam converteret meretricem: ne officio donantis & gratia leniretur. Et ideo non dixit *tribus minis valet*, ſed, HIC SUNT TRES MINAE: quaſi jam vendenda ſit. *Donat.*

19. ACCEDE HUC.] Vultu eo dicitur, quo debuit dicere, & dicto aemulorum laeſus, & confidentia deſtitutus, velut in eo dumtaxat conſpectu Chaereae confidens. *Donatus.*

20. QUAM LIBERALI FACIE.] Non narrative laudat, ſed

Th. [21] Ita me Dî ament, honeſtus eſt. *Pa.* Quid tu ais, Gnatho?

Numquid [22] habes, quod contemnas? quid tu autem, Thraſo?

[23] Tacent: ſatis laudant. [24] Fac periculum in literis, Fac

ſed per interrogationem, quae major fiducia eſt. QUAM AETATE INTEGRA!] Id eſt, quâ florent puberes, ut *Virgilius* [Aeneid. IX. 255.]

atque integer aevi *Aſcanius.* Donatus.

21. Juravit ideo, ut non amore Phaedriae, ſed veritate cogi ad laudandum videretur coram milite. HONESTUS.] Pulcher. *Virgilius,* [Aeneid. I. 591.]

Et laetos oculis afflarat honores. Donatus.

Virgil. Georg. II. 392. de Baccho:

Et quocunque Deus circum caput egit honeſtum.

Sed & *honeſti ſpadices* nominantur Virgilio, Georg. III. 81. *Veſterhov.* Sueton. Tib. 68. *Facie* honeſtâ.

22. HABES, pro inveniſti. QUOD CONTEMNAS?] Plus eſt CONTEMNAS, quam *vituperes:* & deeſt, *in hoc.* Donatus.

23. TACENT: SATIS LAUDANT.] Taciturnitas, confeſſionis genus eſt, praeſertim contra adverſarii interrogationem. *Donatus.* Mſ. Lipſ. TACENT. LAUDANT. Ita Cic. Catil. I. 8. *Dum tacent, clamant.* Stobaeus Tit. LXXVII. refert e Menandro:

Θυγάτηρ ἐπίγαμος κἂν μηδὲν λαλῇ

Διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέγει. Veſt.

24. FAC PERICULUM IN LITERIS.] Nihil obſtat, quo minus de Literis Humanitatis, ſtudiisque liberalibus capiamus. Sunt tamen, qui *Literas* de arte Arithmetica intelligant, quod in ea Literis utebantur veteres. Graecis vero aliud ſunt γράμματα, aliud ἀριθμητική. Exercitia juventutis recenſet Plautus, Bacchid. III. 3. 20. ſeqq. Moſtell. I. 2. 45. & 73. 74. & Lucianus in Amoribus. *Veſterhov.* FAC PERICULUM.] Sc. Eunuchi, aut artium ejus (non enim an-

Fac in palaestra, [25] in musicis: quae [26] liberum
Scire aequum est adolescentem, [27] solertem dabo.
Thr. [28] Ego illum Eunuchum, si opus sit, vel sobrius.
Pa. Atque [29] haec qui misit, non sibi soli postulat
Te

ancillae, ut inepte cepit Minellius), i. e. Institue examen, quid sciat, artes ipsius periclitare.

25. Musicis.] Intelligit *canendi artem*. Poetica enim ars literis continetur. *V.*

26. Liberum.] Omnis pronunciandi vis in hac voce est; pertinebatque id ad commendationem solertiae in Chaerea, qui quum crederetur esse servus & Eunuchus, non minus tamen sciens sit harum artium quam liberum adolescentem deceat. Scilicet & Servi Literas docebantur, quo vel carius venirent, vel meliora officia praestarent dominis. Horat. Epist. II. 2. 6. seqq. *Vest.* Quae Liberum &c.] Est figura ἔλλειψις: deest enim, *His.* Donatus.

27. *Solers*, quasi totus ex arte consistens, ut ὅλος ἀρετῆ, quod Latinis verbis, quasi *solus in arte sit*. Huic *iners* contrarium. ὅλον *solum*. ut ἕξ *sex*, & ὗς *sus* dicimus. *Donatus.* Solertem dabo.] Λείπει, *Ad ea*, vel simile. Et passim ante relativum omittitur pronomen demonstrativum. Vid. Sallust. Catil. 13. n. 2. & ibi Gotl. Cort. *Vesterhov.* Solertem.] Doctum, peritum. Dabo.] Praestabo. Videtur autem *Solers* ex *soleo* compositum, q. d. in arte versatus.

28. Ego illum Eunuchum &c.] Turpissimae rei ἀποσιώπησις, praesente muliere. Nisi forte soli Gnathoni suo haec dixit, Thaide in sermonem Parmenonis intenta. *Vesterhov.* Vel sobrius, ideo, quia *sine Cerere & Libero friget Venus.* Observante Eugraphio.

29. Haec &c.] id est, tanta munera. Hoc enim Haec significat. *Donatus.* Postquam munera collaudasset Parmeno, memor praecepti herilis, supra II. 1. 8. & 9. nunc accingitur, ut

Te vivere, & sua causa excludi caeteros.
[30] Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat: neque tibi obstat, quod [31] quidam facit.
Verum [32] ubi molestum non erit, ubi tu voles,

Ubi

ut invidiosis verbis animum Thaidis paullatim elabi faciat Thrasoni. Quae erudita Eugraphii observatio est. *Vesterhov.*

30. Neque pugnas narrat.] Descriptio militis, tantum excepto nomine. Neque Cicatrices.] Insigne foeditatis. Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etsi semper gloriosae sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post pretium forma placet. Ut *Sallustius* quoque fatetur: [Locus incertus] *Haec sunt virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori, maxime laetabatur.* Donatus. Pugnas narrat.] Exemplo est Pyrgopolinices apud Plautum. Mil. I. 1. *Vesterhov.*

31. Quidam recte. Nam & figuratum & aptum sententiaè est, & contemptum indicat hoc verbum. *Donat.* Tò Quidam in contemtu dicitur. Sic Plaut. Amph. I. 1. 165.

Olet homo quidam, malo suo. Vesterhov.

Dicitur etiam ad certum hominem obliquè indicandum. Plaut. Menaechm. IV. 2. 45. Quidam *pallam* quidam (sc. *surripuit.* ubi posteriorî locô mallem, *cuidam*) & versu 87.

Me. *Quis hic homo est?* Mu. *Menaechmus* quidam. Me. *Aedepol factum nequiter. Quis is Menaechmus est?*

32. Ubi molestum non est, &c., Si tum recipitur.] Come verborum officium, simul exprimens indolem & morem meretricum, cupidas amantes eludendo & differendo magis etiam incendentium. Pluribus haec exsequutus est Plautus Mil. II. 2. 95. seqq.

trecentae possunt causae colligi:
Non domi est; abiit ambulatum; dormit; ornatur; lavat;
Prandet; potat; occupata 'st; operae non est; non potest.
Quantum vis prolationum. Vesterhov.

Ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur.
Thr. [33] Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis
Miſerique. *Gn.* Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,
Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.
Pa. Tace tu, quem ego eſſe [34] infra infimos omneis puto
Homines: nam [35] qui huic animum aſſentari induxeris,
[36] E flamma cibum petere te poſſe arbitror.

Thr.

33. Satis malignè Thraſo paupertati adſcribit modeſtiam & commoditatem Phaedriae, ut hunc Thaidi contemtibilem reddat. Aliorſum tamen Gnatho cepit haec verba Thraſonis.

34. Multum dixit, INFRA INFIMOS OMNEIS HOMINES. Nam haec ſententia vult illum hominem ſervis etiam eſſe pejorem: quia & ſervus, homo. Ut in Phormione [II. 1. 62.]
Servum hominem cauſam orare leges non ſinunt. Don.
Ovid. Triſt. V. 8. 1.
Non adeo cecidi, quamvis abjectus, ut infra
Te *quoque* ſim, inferius quo nihil eſſe poteſt.
C. Grachus apud Gell. XV. 11. Omnium natorum poſtremiſſimus *& nequiſſimus.* Cic. Fam. XIV. 3. *Ego autem hoc* miſerior *ſum, quam tu, quae es* miſerrima. Ita Paulus Apoſtolus de ſemet, Eph. III. 8. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων- q. d. *Mibi minimis omnium ſanctorum minori.* Veſterhov.

35. QUI HUIC ANIMUM ASSENTARI INDUXERIS.] Propriè: nam *animus inducitur* adverſum objectas difficultates. *Donatus.*

36. E FLAMMA PETERE TE CIBUM &c.] Unde ſine damno aut malo nihil poteſt auferri. E FLAMMA.] Hoc intelligit non ex foco, ſed ex medio igni, vel incendio flammae. Nam antiquum verbum eſt, *Petere cibum e flamma.* mordetque utrumque ſimul: ut neſcias quem pejus vituperaverit, hujusne famem, an illius immanitatem, vel voraginem. Et ſimul vide convicium redi-

Thr. [37] Jamne imus? *Th.* Hos prius introducam, & quae volo,
Simul imperabo: [38] post continuo exeo.
Thr. Ego hinc abeo, tu istam opperire. *Pa.* Haud convenit
[39] Una ire cum amica imperatorem in via.
Thr. [40] Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.
Gn. Ha, ha, he. *Thr.* [41] Quid rides. *Gn.* Istuc quod dixti modo:
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed

ditum, unde conjectum est: id est, de paupertate & egestate. *Donatus.* Lucil. Lib. XXVII.

Mordicus petere *aurum* ex flamma *expediat, & e coeno cibum.*

Dictum proverbium ab iis, qui prae nimia paupertate cibos petebant a coenis mortuorum. Catull. Carm. LVII.

Uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
Vidistis ipso rapere de rogo coenam; &c.

Adi Kirchmann. de Funerib. Rom. Lib. IV. cap. 5. *Vesterhov.*

37. Jam increpatio morae est. *Donatus.*

38. Legitur & Postea, ut sit Post pro *postea.* * ΑΠΟΚΟΠΗ τȣ Εα, *Donatus.* * Ita haec restituit Vesterhovius, sensu postulante.

39. Una ire cum amica imperatorem &c.] Imperatorem, congruè in militem: quasi ipse sit, sub quo est. Et bene mutat nomina, hinc ad honorem, hinc ad invidiam. Hanc, non *meretricem*, sed *amicam* dixit: hunc, non *militem*, sed *imperatorem.* Donatus.

40. Quid tibi ego multa dicam?] Non habuit aliud miles stultus: & redit ad illa quae supra dixit, Domini pauperis &c. Domini similis es.] Ineptus jocus, in quo servus injuriae vice domino comparatur. *Donatus.* Domini similis es.] Ita fere Jes. XXIV. 2. & Ezech. XVI. 44. Petron. Cap. 58. *Qualis dominus, talis & servus.* Vesterhov.

41. Quid rides?] Et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi

Sed Thais exit. *Thr.* [42] Abi prae, curre, [43] ut sint domi
Parata [44]. *Gn.* Fiat. *Th.* Diligenter, Pythias,
Fac cures, si Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primum ut maneat: si id non commodum est,
Ut redeat: si id non poterit, ad me adducito.
Py. Ita faciam. *Th.* [45] Quid? quid aliud volui dicere?
[46] Ehem, [47] curate istam diligenter virginem:

[48] Domi

sibi conscius sit miles facete dicti convicii. Nam non quod nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit: sed ideo ut denuo laudetur. *Donatus.*

42. In aliis est: ABI, PRAECURRE. *Vesterhov.*

43. DOMI UT SINT PARATA OMNIA.] Ἔλλειψις ἠθικὴ, in qua plus vultu significatur, quam verbis. *Donatus.*

44. Mss. plusculi, cum editis, addunt OMNIA. *Vesterhov.*

45. QUID? QUID ALIUD VOLUI DICERE?] Pro, *quid aliud?* [simplici nempe. aut τὸ VOLUI DICERE abundat, ex mente Interpretis.] hinc est illud *Ciceronis* [Verr. IV. 3.] *Quem, quemnam? recte admones: Polycletum esse dicebant.* Donatus. Sic Cic. ad Q. Fr. III. 1. *Quid praeterea? quid? etiam.* Idem Att. I. 17. *Quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt: sed in alium tempus.* Infra V. 3. 1. *Vesterhov.*

46. EHEM.] Modò est invenientis, quod quaerebat. Minellius legit HEM, & ait aliquid indignationis esse in vocula, quasi Thais indignetur fere illud esse oblivioni traditum, nec imperatum.

47. CURATE ISTAM DILIGENTER VIRGINEM.] Haec res est, quae faciet virginem claudi, in lectulo collocari, & obdormire. CURATE ISTAM — VIRGINEM.] Ridiculum, quum contra eventurum sit. *Donatus.*

[48] Domi adſitis, facite. *Thr.* Eamus. *Th.* [49] Vos me ſequimini.

48. Mſ. Lipſ. DOMI UT SITIS. *Veſterhov.*

49. Vos &c.] Κωφὰ πρόσωπα ſunt puellae, quae ſequuntur. *Donatus.*

ACTUS TERTII.

SCENA TERTIA.

CHREMES. PYTHIAS.

Ch. PROFECTO quanto magis magisque cogito, [1] Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum:

Nnn 2 Ita

1. Ex ſententia Donati hoc NIMIRUM rationem reddit inconſequentem; qui variè tentat eam reſtituere (quanquam fatetur concedi ſecum loquentibus multa tranſcendere, quae taciti intelligunt): Primum ſubaudit ad NIMIRUM, *intelligo* vel *invenio*, *quod* DABIT &c. Deinde ait NIMIRUM pro confirmatione accipi poſſe, ut ſit, *ſine dubio*, *pro certo*. Denique jubet ſolvi NIMIRUM, & fieri, *non eſt mirum*: ita ſtatim conſequentem fore per ἀσύνδετον totam ſententiam, ſic enim ſubdiſtingui debere: *Non eſt mirum*: DABIT HAEC Thais &c. *Ni* autem ne, & *Ne* non, ſignificare affirmat: illud (conſentiente Servio) ex Virgilio probat Aeneid. III. 685.

Lethi diſcrimine parvo
Ni teneant.

Hoc ex Plauto, qui *Ne vult*, pro non vult, dixit in Epidico IV. 2. 16. & ſine dubio ſaepe aliàs. Haec ultima Donati ſententia mihi omnium minime ſe approbat: dubites enim quid porro ad τὸ *Non eſt mirum*, ſubaudiens

Ita me video ab ea astute [2] labefactarier.
Jam tum cum primum jussit me ad se arcessier;
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem;
Ubi veni, causam, ut [3] ibi manerem, repperit.
Ait, [4] rem divinam fecisse, & * rem seriam
Velle

diendum sit. Minellius commodè exposuit; procul dubio, certe; vel, mirum ni det &c.

2. Quod dicit Guyetus τὸ LABEFACTARIER hic nullum locum habere, gratis quidem dicit. Sane *labefactatur* quis, quum sensim convellitur & a proposito abducitur. Quod h. l. vel maxime in Chremetem convenit, tenacissimum propositi de non amanda Thaide, non agnoscenda ea sorore sua, neque de amittendo rure. Ita plane est apud Plautum, Merc. II. 5. 69.
Labefacto *paullatim*. Vest.
Guyetus substituerat TRACTARIER, scilicet quia in Mſ. Palat. legeretur TACTARIER. Duo autem loca, pro hac sua correctione, attulit ex Nostro; unum infra V. 4. 2. alterum Heaut. II. 3. 125. Sed prior locus manifestò hinc est alienus: posteriorem itidem refellit Vesterhovius; nam ibi *Tractabat* intelligit, lactabat, falsa spe producebat. quanquam hic locus aliter intelligi potest, & videtur pro Guyeto facere: sed utcunque sit; tamen fastidioso huic Critico, qui vel integras Scenas ex Terentio expunxerit, plus auctoritatis, quam omnibus Libris MSſ. tribuere non oportet.

3. IBI MANEREM.] H. e. Secum coenarem. Infra IV. 1. 8. *Vesterhov.*

4. AIT, REM DIVINAM FECISSE.] Intelligit sacrificium Veneri oblatum. Sic Hec. I. 2. 109. Idem simpliciter *Facere* dixerunt. Plaut. Aul. IV. 2. 14.

ô Fides,
Mulsi congialem plenam faciam *tibi fideliam.*
Id adeo tibi faciam: *verum ego mihi bibam, ubi id* fecero.

Stich. I. 3. 96.
Jamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat?

Sed & plurali numero efferunt. Virgil. Aeneid. VIII. 306. *Exin*

Velle agere mecum. Jam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo haec fieri omnia: * ipſa accumbere

Exin ſe cuncti diviniis rebus *ad urbem*
Perfectis referunt. Veſterh.

* REM SERIAM.] Solebant res ſerias & magnas a ſacrificiis fere auſpicari. *Veſterh.*

5. DOLO MALO.] Quod addidit MALO: aut ἀρχαϊσμὸς eſt, quia ſic in duodecim Tabulis a veteribus ſcriptum eſt: aut ἐπίθετον *doli* eſt perpetuum: aut diaſtole eſt, quia eſt & *bonus*, quo a medentibus falli aegros, non tamen decipi, *Lucretius* Poëta teſtatur. (Libri IV. verſ. 11. ad 16.] *Donatus.* Cic. Off. III. 14. *Nondum — Aquillius, collega & familiaris meus* protulerat de Dolo malo *formulas: in quibus ipſis cum ex eo quaereretur*, Quid eſſet Dolus malus? *reſpondebat*, cum eſſet aliud ſimulatum aliud actum. *Hoc quidem ſane luculenter, ut ab homine perito definiendi.* Quid porro *Dolus malus*, & quemadmodum differat a *Dolo bono*, explicat & exemplis illuſtrat Ulpianus in l. 1. §. 2. & 3. ff. de Dol. mal. Utriuſque *Doli* differentiam exſequutus eſt Cl. Anteceſſor, Gerardus Noodt, *de Form. emend. Dol. mal.* cap. 1. Conſule porro Summi Viri, Everardi Ottonis Diſſertationem ſingularem *de Dolo Bono*. Veſterh.

* IPSA ACCUMBERE MECUM.] MECUM, penes me ſignificat. *Donatus.* ACCUMBERE MECUM.] Scilicet ad convivium ex victima paratum. Id vero probroſum erat non tantum Graecis, ſed & Romanis moribus. Apud illos ſegregabantur a menſa virorum mulieres. apud hos adſidebant ad pedes. Quo ritu dixit Apulejus Metam. I. *Eumque accubantem exiguo admodum grabatulo, & commodùm coenare incipientem invenio. Adſidebat pedes uxor.* Iſidorus Orig. Lib. XX. cap 11. Sedes *dictae, quod apud veteres Romanos non erat uſus accumbendi. Unde &* conſedere *dicebantur. Poſtea, ut Varro ait, in Vita populi Romani, viri diſcumbere coeperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere accubitus.* Quanquam id non perpetuo bo-

Mecum, [6] mihi ſeſe dare, [7] ſermonem quaerere.
[8] Ubi friget, [9] huc evaſit: quam pridem pater

Mihi

obſervatum. Vide Gulielmi Philandri Caſtilionei Annotationes ad Vitruv. Lib. VI. cap. 5. Mſ. Lipſ. ACCUMBEBAT. *Veſterhov.*

6. MIHI SESE DARE.] Non poteſt magis ſignificari profuſa petulantia. *Donatus.* Componenda haec phraſis cum illa de Pamphilo, And. I. 1. 36.

iis ſeſe dedere.

H. e. voluntati eorum ſe accommodare. Heaut. IV. 3. 10. Adelph. V. 3. 52. Cic. Att. IX. 5. *Video, ut ſe huic dent, ut daturi ſint.* Veſterhov. Cic. Fam. II. 8. 5. *Quare da te homini: complectetur, mihi crede.*

7. *Sermonem quaerimus*, quando non ſolum quod dicamus quaerimus, verum etiam quomodo alter nobis reſpondeat & obloquatur: puta cum deficientibus ſermocinandi cauſis, *quota ſit hora?* &, *ſatis recte quis valuerit?* percontamur. *Donatus.* SERMONEM QUAERERE.] Optime explicuit Donatus. Ovid. Arte Am. I. 143.

Hic tibi quaeratur ſocii ſermonis origo.

Id *longe arceſſere fabulas* dixit Petronius, cap. 37. Aliud eſt, *Dare alicui ſermonem.* Cic. Fam. IX. *Dabimus ſermonem iis.* h. e. in ſermones incidemus, materiem obtrectandi dabimus. *Veſterhov.*

8. UBI FRIGET.] Farnabio Thais intelligitur. Guyeto autem *friget* oratio; quum deficit, *calet*, quum abundat. Et ſane videtur de ſermone accipiendum; hunc enim quaerebat Thais. Ubi vero quod amplius quaereret, vel loqueretur, non eſſet, ipſe ſermo *frigere* poterat dici, ſeu *frigidus. Frigida* enim dicuntur, in quibus parum eſt gratiae. Vide J. Fr. Gronovium ad Plaut. Poen. III. 5. 15. *Veſterhov.*

9. Exiit, pervenit tandem in hanc materiem; ſive mulier, ſive ſermo mulieris intelligatur, nihil intereſt, nam utrumque rectè dicitur. And. I. 1. 100.

Mihi & mater mortui eſſent. dico, [10] jam diu.
Rus Sunii ecquod haberem, & quam longe a mari?
Credo ei placere hoc: [11] ſperat ſe a me avellere.
Poſtremo, ecqua inde parva periſſet ſoror?
Ecquis cum ea una? [12] quid habuiſſet, cum perit?
Ecquis eam poſſet noſcere? Haec cur quaeritet?
Niſi ſi illa forte, quae olim periit parvula
Soror, [13] hanc ſe intendit eſſe, [14] ut eſt audacia.
Verum ea ſi vivit, annos nata 'ſt ſedecim,
Non major. Thais, quam ego ſum, [15] majuſcula 'ſt.
Miſit porro orare, ut venirem, [16] ſerio.
Aut dicat quod volt; aut moleſta ne ſiet:
Non hercle veniam tertio. [17] Heus, heus. *Py.* Ecquis hic?

10. JAM DIU.] Jam olim. *Donatus.*

11. Bono uſus eſt verbo AVELLERE, tanquam a pertinaciter retinente. *Donatus.* Dixit SPERAT SE AVELLERE, uti Cic. Fam. II. 10. *Ut* ſperes, te aſſequi, *quod optaſſes.* Mſ. Mark. SE POSSE A ME AVELLERE. *Veſterhov* Vide Gottl. Cort. ad Salluſt. Jug. LXXXVII. 4.

12. QUID HABUISSET, CUM PERIT?] Reſpiciuntur annuli, aliave monumenta; unde poſſet cognoſci. *Veſterhov.*

13. HANC SE INTENDIT ESSE.] Proprie *intendere*, eſt crimen in adverſarium jacere. *Donatus.* INTENDIT, pro intendere vult, ſive in jure contendere. Minellius exponit, *vult*, *nititur*.

14. AUDACIA.] Caſus ſextus eſt, monente Langio ad Cic. Lael. 14. valetque, *qua eſt audacia.* Veſterhov.

15. MAJUSCULA 'ST.] Diminutive dixit, ut oſtenderet utramque eſſe primaevam. *Donatus.*

16. Quia REM SERIAM actura erat cum Chremete Thais, Serio rogandus erat, ut veniret, i. e. etiam atque etiam. *Veſterhov.*

17. HEUS, HEUS. PY. HIC QUIS EST?] Haec ſe-

Ch. Ego ſum Chremes. *Py.* O capitulum lepidiſſimum!

Ch. [18] Dico ego mihi inſidias fieri. *Py.* Thais maximo
Te orabat opere, ut cras redires. *Ch* Rus eo.
Py. Fac amabo. *Ch.* Non poſſum, inquam. *Py.* At tu apud nos hic mane,

Dum

paratim pronunciandafunt, nam apparet inter haec verba pulſatam januam perſonare. *Donatus.* HEUS, HEUS. PY. ECQUIS HIC? CH. EGO SUM CHREMES.] Sic cum Donato legendum & diſtinguendum monet Guyetus. At Donatum haec omnia uni Chremeti tribuere recte obſervat Faërnus. Quatuor Mſſ. Leid. PY. ECQUIS HIC EST? Unus, PY. ECQUIS HIC? Editio an. 1469. QUIS EST HIC? Ut dicam, quod ſentio, poterat adoleſcens commode dicere, EGO SUM CHREMES, licet non interrogatus, ECQUIS HIC? Sic Adelph. IV. 4. 24.

Heus, heus: Aeſchinus ego ſum. aperite aliquis actutum oſtium.

Sed & commode Chremes clamat de via: ECQUIS HIC? ſub. intus, vel, in aedibus eſt. Quae verba ſi Pythiae tribuas, vix audiri potuit in ipſis aedibus loquens [Potuitne egreſſa, aut inter egrediendum, haec loqui?] Sed nec aperturi oſtium loquebantur fere, niſi jam aperto oſtio. Sic Adelph. IV. 5. 3.

Sed quis oſtium hoc pultavit?

Demum, niſi parturientium, non audita in aedibus loquentis vox. *Veſterhov.*

18. DICO EGO MIHI INSIDIAS FIERI.] Blandimentum ruſticus inſidias putat. *Donatus.* Haec ad ſpectatores converſus loquitur Chremes, non audiente Pythia. Et ſane, Menandro cenſente,

Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιςα δεῖ,
Ὅταν περιπλάττωσι τοῖς χριςοῖς λόγοις.

[Lindenbrogius legit χρηςοῖς] Et Phaed. I. 19.

Habent inſidias hominis blanditiae mali. Veſterhov.

Credebam ego haec cum vultu ſevero in os dicta eſſe ancillae,

Dum redeat [19] ipſa. *Ch.* Nihil minus. *Py.* Cur, mi Chremes?

Ch. [20] Malam rem! abis hinc? *Py.* Si iſtuc ita certum eſt tibi,

 [21] Ama-

cillae, utpote ab homine ſimplicique & aperto, atque talia lenocinia verborum, in domo praeſertim meretriciâ, deteſtante.

19. IPSA, vel domina, vel ipſa, de qua agitur. NIHIL MINUS.] Deeſt *faciam.* Donatus.

20. MALAM REM! HINC IBIS?] Hoc adverbialiter dixit: quemadmodum dicimus, *Domum ibis.* Et apparet illum manu tactum eſſe, qui ſic iraſcitur, quia dixit Pythias CUR, MI CHREMES? quaſi dicat, Cur meus ſic indignatus eſt adoleſcens? nam ab eo quod eſt *meus*, vocativus *mi* facit. *Donat.* De cujus lectione [verborum ſc. Terentii] non convenit inter Guyetum & Faërnum. Ille ſcribere ſe ait cum Donato: MALAM REM HINC IBIS? Hic Donato tribuit: MALAM REM ABIS? Non una igitur Donati lectio. Editio Veneta 1490. & in contextu, & in Notis Donati exhibet: MALAM IN REM HINC ABI. In aliis editionibus eſt; MALAM REM ABIS HINC? Utrumque ἐμφατικώτερον, maxime ſi poſterius diſtinguas, MALAM REM! ABIS HINC? Quomodo non dubitavi edere [Prior ſic ediderat Minellius: & nunc ego exprimo; nam in ipſo Textu Veſterhovii eſt, HINC ABIS, operarum, ſine dubio, incuriâ.] Videtur autem ita increpare Chremes Pythiam palpum ſibi facientem. q. d. non manum abſtines, ſceleſta? *Veſterhov.* Veram Donati lectionem invenit Guyetus: quae ſane contemnenda non eſt. At Veſterhovii tamen melior, nam per eam ancilla ipſa *mala res* dicitur. Similiter ſenex Plautin. Caſ. II. 3. 12. de uxore ſua, quam faſtidiebat:

blande haec *mihi* mala res *eſt appellanda.*

Quod autem Veſterhovius ſcripſit vulgo edi, MALAM IN REM HINC ABIS? id quidem non video in Edd. Delph. & Farnabii, nam Illa oſtentat, MALAM REM; ABIS

21 Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est. *Ch.* Eo.
Py. Abi, Dorias, cito hunc deduce ad militem.

ABIS HINC? Haec vero, MALAM REM. ABIS HINC? Denique ex Mſ. Lipſ. & Leidenſib. quatuor obſervavit Veſterhovius, MALAM IN REM HINC IBIS.

21. AMABO, UT ILLUC TRANSEAS.] Ex connexione, in qua verbum, AMABO, hic ſtat, manifeſtum eſt illud, pro *orare volo*, vel oro ſimpliciter, poſitum eſſe. Plaut. Menaechm. II. 3. 71. *Sed ſcin' quid* te amabo ut facias. Ubi vide Lipſium. Donatus tamen pro interjectione amantis cepit. * ILLUC δεικτικῶς pronuntiat, domum vicinam oſtendens. *Veſterhov.* Ut brevem viam demonſtraret, non *eas*, ſed *tranſeas*, dixit. *Donatus.*

ACTUS TERTII

SCENA QUARTA.

ANTIPHO.

HERI [1] aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeo, [2] In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus. Chaeream [3] ei rei

Prae-

1. ALIQUOT ADOLESCENTULI COIMUS IN PIRAEEO.] Videntur illi ALIQUOT ADOLESCENTULI cuſtodes publice fuiſſe una cum Chaerea, atque coiſſe, i. e. conveniſſe & pacti eſſe, ut de ſymbolis ederent poſtridie. Cic. Att. I. 17. *Caeſar cum eo coire per Arrium cogitat.* Guyetus & Boeclerus contendunt legendum eſſe, PIRAEO. Sed & Malaſpina ad Cic. Att. VII. 3. ita legit. Itaque eſt in plerisque veteribus impreſſis, praeterquam anni 1481. Variant Mſſ. Ego vero ſtandum cenſeo τῷ πάνυ J. Fr. Gronovio,

Ob-

Praefecimus: 4 dati annuli: locus, tempus constitutum est.

5 Prae-

Obferv. I. 3. evincenti, omnes Graecos ita loquutos, ut πειραιέα vel πειραιᾶ vocarint oppidum ac portum Athenarum; nunquam πειραιὸν oppidum, nunquam πειραιέα hominem ex portu. Caeterum praestat legere, PIRAEEO, quam cum Cicerone [loc. cit.] PIRAEEUM. *Vesterhov.* IN PIRAEEO.] Pro in Piraeeum. *Donatus.* Nempe ex hujus Interpretis sententia consenserunt in Piraeeum, ut is esset locus coenae isti symbolicae, seu collectitiae. COIMUS PIRAEO, legit Lindenbrogius, & *ideo in Piraeeo*, inquit, *ut rectius, quae ad convivium necessaria, praestinarentur: quandoquidem rerum ibi venalium magnus proventus.*

2. Fortasse distinguendum: COIMUS IN PIRAEEO IN HUNC DIEM, UT IBI &c. Ut Comicè dictum sit, pro, *Ut hoc die de Symbolis essemus.* Est autem DE SYMBOLIS ESSEMUS, *coenam coenaremus, in quam quisque symbolam dedit.* quod est ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν. Vesterhov. Nihil interest, sive τὸ ESSEMUS modò accipiamus simpliciter, sive pro *ederemus*, cibum caperemus. Donatus utrumque agnoscit, & pro priori quidem affert ex Plauti Menaechmis III. 2. 20. *Minore nunquam fui dispendio.* Ubi vulgo legitur, *nusquam bene fui.* sed magis tamen approbat posterius. eum vide ad And. I. 1. 54. Virg. Georg. I. 150.

Ut mala culmos
Esset *robigo.*

Pro priori lectione adduxit Vesterhovius Plaut. Truc. IV. 2. 28.

De eo nunc bene sumus, *tua virtute.* Di. *Illine ut inimici mei*
Bona istinc edant?

Adde Heaut. I. 1. 110. SYMBOLAE autem, etiam *Collectae* dicebantur Latinis, quod ex Cicerone de Orat. II. 57. ostendit Vesterhovius ad And. I. 161. & 62.

3. EI REI.] I. e. Conae communi apparandae.*PRAEFECIMUS.] Id est, συμποσιαρ-

[5] Praeteriit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est.
Homo ipse nusquam [6] est: neque scio quid dicam, aut quid conjectem.
Nunc mihi hoc negoti caeteri dedere, ut illum quaeram:
[7] Idque adeo visam, si domi est. Quisnam hic a Thaide exit?
[8] Is est, an non est? ipsus est. [9] quid hoc hominis! qui hic ornatu' est?
[10] Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque conjicere.

[11] Nisi

σίαρχον fecimus. *Donatus.* De conviviorum praefectis seu regibus, qui Gr. etiam βασιλεῖς & στρατηγοὶ dicti, vide Lips. & Taubm. ad Plaut. Pers. V. 1. 18. *Vesterhov.*

4. Dati annuli.] Hi pro symbola dabantur conviviorum regibus. Kirchman. de Annulis. cap. 18. *Vesterhov.*

5. Praeteriit tempus.] Id de apparatu convivii intelligendum, non de ipso convivio. Vide infra III. 5. 59. *Vesterhov.* Tempus, hora, ad quam paratum esse debebat convivium.

6. Est, apparet. *Minell.* Ita supra II. 3. 2.

7. Ms. Graev. Edd. Tarv. Mediol. Ibo ad eum. Visam, si &c. *Vesterhov.*

8. Is est, An non est? ipsus est.] Vide an potuerit meretricem ignotam [Quae ipsum ignorabat. *Vest.*] hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone vix agnoscitur. *Donatus.*

9. Quid hoc hominis!] Quod a Thaide ephebus exit. *Donatus.* Plaut. Poen. Prol. 92. [de lenone]
Quid id sit hominis, *cui Lyco nomen siet!*
Noster Hec. IV. 4. 21.
quid mulieris
Uxorem habes? Vesterhov.

10. Quid illud mali est?] Quod timidus egreditur,

[11] Nisi quidquid est, procul hinc lubet prius, quid sit [12] sciscitarier.

ditur. *Donatus.* Immo vero quia gestit & laetus est. Vid. Scen. seq. [Inspice tamen ipsum Vesterhovium ad h. Sc. vers. 1.] Ubi igitur haec dicit, in admirationem raptus exputare nequit, neque conjicere, quid Chaerea hoc tempore, ornatu, gestu egrediatur e Thaidis aedibus. *Vesterhov.*

11. NISI,] Valet passim *sed* apud Comicos. Eodem sensu εἰ μὴ & ἐὰν μὴ usurpant Graeci. Epist. ad Gal. II. 16. *Vesterhov.* ad And. IV. 1. 40.

12. SCISCITARI, est occulta magis & secretiora rimari, ac velle cognoscere, ut, [Virgil. Aen. II. 114.]

Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phoebi

Mittimus. Donatus.

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

CHAEREA. ANTIPHO.

Ch. [1] NUMQUIS hic est? nemo est. [2] numquis hinc me sequitur? [3] nemo homo 'st.

[4] Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? prô Juppiter!

[5] Nunc

1. NUMQUIS HIC EST? — NUMQUIS HINC ME SEQUITUR?] Duo metuit; ne quis obvius comprehensor occurrat: & ne quis sui persecutor existat. *Donatus.*

2. NUM QUIS HINC &c.?] Paullo [ab ostio aedium Thaidis] progressi & respicientis cum trepidatione verba sunt. *Vesterhov.*

3. NEMO HOMO.] Sic Adelph. II. 3. 6. Hec. III. 1. 1. Cic. Fam. XIII. 24. [num. 4.] Hominem *esse* neminem. *Vesterhov.*

4.

[5] Nunc eſt profecto, interfici cum perpeti me poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet [6] vita aegritudine aliqua.
[7] Sed neminemne curioſum intervenire nunc mihi,
[8] Qui

4. Jamne erumpere hoc &c.] Haec uno quaſi ſaltu in mediam Scenam ſe inferens exclamat: Dicit autem Erumpere gaudium [activè], uti Cic. Att. XVI. 3. *Ne in me* ſtomachum erumpant. Virg. Georg. I. 445.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpent *radii.*
Lucret. IV. 1051.
Tandem ubi ſe erupit *nervis conjecta cupido,*
Parva fit ardoris violenti pauſa parumper. Veſterhov.
Donatus dubitat an Erumpere gaudium, active poſuerit, pro emittere; aut pro exclamare, quomodo dicatur *erumpere vocem*, qui exclamat: an potius neutraliter, Erumpere quaſi exire; & Mihi, pro, a me. Quin primum verum ſit, dubium non habeo: & τὸ *Erumpere vocem*, quod ipſe Donatus attulit, id ipſum firmat.

5. Nunc est profecto &c.] Ordo & ſenſus, *Nunc eſt profecto tempus, cum perpeti me poſſum interfici.* Donatus. Nunc est.] Plaut. Capt. III. 3. 1.
Nunc illud eſt, *quum me fuiſſe, quam eſſe, nimio mavelim.*
De ellipſi hujus locutionis vide Sanct. Minerv. IV. 4. Solebant autem voti compotes facti mortem fere optare. Plaut. Poen. I. 2. 95.
Ag. *Eho tu! vin' tu facinus facere lepidum & feſtivum?* Mi. *Volo.*
Ag. *Poteſne mihi auſcultare?* Mi. *Poſſum.* Ag. *Abi domum, ac ſuſpende te.*
Mi. *Quamobrem?* Ag. *Quia jam nunquam audibis verba tot tam ſuavia*
Quid tibi opu 'ſt vixiſſe? auſculta mihi modo, ac ſuſpende te. Veſterhov.

6. Mſ. Mark. & edd. quidd. veteres, Vitam. *Veſterhov.* Quando foret Hypallage.

7. Sed neminemne — Nunc mihi.] Ita eſſe in Libro

8 Qui me sequatur: quoquo eam, rogitando 9 obtundat, enecet:
Quid 10 gestiam, aut quid laetus sim: quo pergam, unde 11 emergam: ubi siem

Ve-

Libro Bembino testatur Faërnus quod plusculae editiones sequuntur. In aliis est, SED NEMINEM CURIOSUM — MIHI VIDEO. Quatuor Mss. Leid. cum Traject. & Lips. NEMINEM HIC &c. Si NEMINEMNE retineas, videtur τὸ SED abesse debere; eritque sententia magis abrupta, qualis h. l. convenit in alacrem & gestientem Chaeream. Sin retineas SED, multum decedet admirationi. *Vesterh.* INTERVENIRE MIHI.] Sic Heaut. II. 3. 40. Pro, me deprehendere, huic meae laetitiae supervenire.

8. QUI ME SEQUATUR: QUOQUO EAM, &c.] Ita est in probatissimis editionibus: Guyetus veram lectionem esse ait, QUI ME SEQUATUR, QUIQUE JAM ROGITANDO &c. quam etiam praefert Ms. Lips. atque ita nunc vulgo editur. Quum autem continuo praecesserit NUNC, τὸ JAM vix locum tuebitur. *Vesterhov.*

9. OBTUNDAT.] Odiose instet ac repetat, molestus & odiosus sit. ENECET.] Εὐφωνότερον quam ENICET. *Donatus.*

10. *Gestire*, est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem, a pecudibus ad homines esse translatum. *Virgilius*, [Georg. I. 387. de avibus.]
Et studio incassum videas gestire lavandi. Donatus.
Gestire est gestibus ac motu corporis magnum desiderium declarare. Vid. Fest. Plaut. Mil. IV. 5. 15.
Pa. *Reddam impetratum.* Py. *At* gestio. Pa. *At modice decet.*
Moderare animo: ne sis cupidus.
Ovid. Metam. IV. 130.
Quantaque vitarit, narrare pericula gestit. *Vest.*

11. Proprie dixit EMERGAM, ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricia domo. *Cicero* [in Pisonem. 12.] *At ne tum quidem emersisti, lutulente Caesoni ex miserrimis naturae tuae sordibus.* Donat. Respicit

Vestitum hunc nactus, quid mihi quaeram: sanus sim, anne insaniam?

An. Adibo, atque [12] ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.

Chaerea, quid est, quod sic gestis? [13] quid sibi hic vestitus quaerit?

[14] Quid est, quod laetus sis? quid tibi vis? satin' sanus? [15] quid me aspectas?

Quid taces? *Ch.* [16] O festus dies hominis! amice! salve.

Nemo

spicit lupanaria subterranea. Unde proprie se *emergebant* amatores. And. III. 3. 30. *Vesterhov.*

12. *Gratiam inire* est dare beneficium, ac per hoc alicujus inire gratiam, id est, amicitiam. Sed haec est elocutio, *Gratiam ab eo inibo*, pro, ejus gratiam merebor. Nam *ab eo*, amat *Terentius* pro *ejus* ponere: ut in Andria [I. 1. 129.] *Haec primum animadvertenda ab eo injuria est*. Donat. Nep. Alcib. 9. *Id si ei aperuisset, magnam se* ab eo initurum gratiam *videbat*. Vesterhov. Simili sensu *Beneficium initum* dixit Terentius, And. V. 1. 5.

13. QUID SIBI HIC VESTITUS QUAERIT?] Facete & figurate dictum est. Sic & alibi, [Supra Prol. 45.] *Ut pernoscatis quid sibi Eunuchus velit*. Donatus. Ita modò ante; *quid mihi quaeram*.

14. QUID EST, QUOD LAETUS SIS?] Vide aliud esse *gestire*, aliud *laetum esse*. Donatus.

15. QUID ME ASPECTAS? QUID TACES?] His duabus interrogationibus descripsit vultum dicturi. *Donat.*

16. O FESTUS DIES.] Utrum quia causa est festi ac laeti diei? an quia ipse tantus sit quantus est festus dies? O FESTUS DIES HOMINIS.] Sic dicitur etiam *scelus homo* [corr. *hominis.*] Ennius, *O pietas animi*. Donatus. Guyetus Eugraphium secutus expungit τὸ HOMINIS. Neque sane ferenda videtur constructio ver-

Nemo est [17] hominum, quem ego nunc magis cuperem videre, quam te.

An.

verborum, FESTUS DIES HOMINIS [ut rectè intelligamus Vesterhovium, ea constructio ferenda non est, si verba haec de Antiphone dicta sint.] Nisi forte per hypallagen dixit, FESTUS DIES HOMINIS, pro, HOMO FESTI DIEI. Quales Graecis vocantur καλήμεροι. Lucilius apud Porphyrionem ad Horat. Sat. I. 5.

servorum est festu' dies *hic*,
Quem plane Hexametro versu
non dicere possis.

An igitur Chaerea diem laudavit, quasi qui *festus hominis* sit, non servi, atque in quem tot conclusa sint sibi commoda? Idem autem Porphyrion festum illum diem servorum*Equoturium* dictum ait. Turnebus Advers. III. 11. FESTUS DIES HOMINIS dictum putat mira quadam & nova dicendi ratione, pro *fausto homine*, *auspicato & optato*; translatione ducta a diebus festis. *Vesterhov*. Salvis aliorum sententiis, credo *festum diem* hic dici pro adjuncto suo aut effectu, festivitate, voluptate, gaudio: jam vero *festivitas hominis*, pro homine festivo, & lepido, recte dicitur, quemadmodum *Monstrum hominis*, *flagitium hominis*, Plaut. Cas. II. 1. 8. & *Deliciae pueri*, Plaut. Pers. II. 2. 22. pro homine monstroso, flagitioso, & puero delectabili, seu festivo & lepido. Fuerit ergo, O FESTUS DIES HOMINIS! homo festivissime, lepidissime, suavissime, qui mihi summam voluptatem tuo interventu affers! Ipse Vesterhovius agnoscit, *hominem festivum* & exoptatum veteres dixisse FESTUM DIEM; laudans Plautum Cas. I. 1. 49.

Sine amabo ted amari, *meus* festus dies.

Ibidem versu 47. extat, *Mea festivitas*; eodem sensu. Potuitne etiam *festivitas* pro festo die dici apud veteres Latinos, sicuti *solennitas* pro *solenni*, sc. festo? quod si admittamus, nihil obstat, quo minus *Festus dies*, pro Festivitate reciprocè dicatur. Si haec non placeant, acquiescendum arbitror in Donati Hypallage, aptâ satis homini prae laetitia perturbato.

An. Narra iſtuc quaeſo quid fiet. *Ch.* Immo ego te obſecro hercle ut audias.
Noſtin' hanc, quam amat frater? *An.* [18] Novi, nempe, opinor Thaidem.
Ch. Iſtam ipſam. *An.* Sic commemineram. *Ch.* Quaedam hodie eſt ei dono data
Virgo. quid ego ejus tibi nunc [19] faciem praedicem, aut laudem, Antipho:
Cum ipſum me noris, quam [20] elegans formarum ſpectator ſiem?

[21] In

17. HOMINUM.] Ita ex Mſſ. quibusd. edidit Faërnus. Mſ. Lipſ. aliique, OMNIUM. *Veſterhov.*

18. Tres hae voces cum mora quadam proferuntur ab eo, qui nomen amicae quaerit. Donatus, poſt OPINOR, commate etiam diſtinguendum cenſet.

19. *Praedicamus*, ut res ſunt: *Laudamus* extollendo. Vel *praedicamus* voce: *Laudamus* argumentis. *Donatus.*

20. *Elegans ſpectator* eſt, qui ſit cunctantis & faſtidioſi judicii: cui non quid placet facilè. SPECTATOR.] Probator: ut, * *pecuniae ſpectatores* dicuntur. *Donat.* * *Pecuniae Spectatores*, ſunt nummularii, ad quos nummi probandi deferebantur. l. 39. ff. de ſolut. *Lindenbrog.* ELEGANS FORMARUM SPECTATOR.] Agnoſce artificium Poëtae, tribus exquiſitiſſimis & maxime propriis vocabulis mentem & indolem Chaereae exprimentis. *Formae* ſunt, quas Galli *Beautés* vocant [Schoonheden. ita ſupra II. 3. 6.] *Spectare* eſt attentius conſiderare. *Elegantes* dicuntur, qui maxime norunt eligere. Supra III. 1. 18. Cic. Fam. VII. 23. *Plane enim intelligo, te — hominem (ut ego ſemper judicavi) in omni judicio* elegantiſſimum, *quae me digna putaris, coemiſſe.* [Idem Fam. III. 8. 4. *Quid a me fieri potuit, aut* elegantius, *aut juſtius, quam ut ſumtus egentiſſimarum civitatum minuerem ſine ulla imminutione dignitatis tuae?*] unde ſtilus *elegans* dicitur, qui adhibet verba cuique rei propria & maxime emphatica.

[21] In hac commotus sum. *An.* Ain' tu? *Ch.* [22] Primam dices, scio, si videris.
Quid multa verba? [23] amare coepi. forte fortuna domi
Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus [24] etiamdum ad eam. [25] submonuit me Parmeno
Ibi servus, quod ego [26] arripui. *An.* Quid id est? *Ch.* [27] Tacitus citius audies.

tica. Sic *elegans & temperatum genus eloquendi.* Suet. Aug. 86. *Vesterhov.*

21. IN HAC COMMOTUS SUM.] Ita fere Proverb. V. 19. & 20. Solent autem verba amorem significantia ablativo fere jungi cum praepositione. Ovid. Heroid. IV. 99.

Arsit & Oenides in Menalia Atalanta. Vesterhov.

IN HAC COMMOTUS SUM.] Vulgò exponitur, hujus amore captus sum. Sed mihi videtur melius; hujus admiratione tactus, seu percussus, sum. Ne idem bis ponatur: nam dicet versu seq. AMARE COEPI. Est autem hoc magnum argumentum pro virginis pulchritudine, quod ea subito in admirationem sui rapuerit tam *fastidiosum formarum spectatorem.* Pro vulgata tamen interpretatione quodammodo facit And. I. 1. 68.

22. PRIMAM DICES, SCIO.] O fiduciam elegantiae, & de alienis oculis judicare. *Donatus.* PRIMAM.] Praecipuam, pulcherrimam. Supra I. 1. 5. Infra V. 9. 51. Phaed. I. 13. 8.

Si vocem haberes, nulla prior ales foret. Vesterhov.

23. Ordine egit. Nam prius est, commoveri: inde amare. *Donatus.*

24. Mss. Mark. ETIAM TUM. *Vesterhov.*

25. SUBMONUIT.] Leviter monuit, & recte, quia ARRIPUI dicturus est. *Donatus.*

26 ARRIPUI.] Occasionem *arripere* est non amittere, sed avide amplecti. Cic. Fam. V. 12. 6. *Statim causam illam totam*, & tempus arripere. Virg. Aeneid. XI.

Ut veſtem cum eo mutem, & pro illo [28] jubeam me illuc deducier.

An. Pro Eunuchon'? *Ch.* Sic eſt. *An.* Quid ex ea re tandem ut caperes commodi?

Ch. Rogas? viderem, audirem, eſſem una, qua cum cupiebam, Antipho.

[29] Num parva cauſa, aut parva ratio 'ſt? traditus ſum mulieri.

Illa ilico ubi me accepit, [30] laeta vero ad ſe abducit domum:

Com-

XI. 459. Arrepto *tempore.* Quod Phaedrus V. 8. vocat *occupare* occaſionem; ſcilicet quam ſemel elapſam non poſſis reprehendere. Petron. cap. 80. *Nihil timui, immo* conditionem *praecipuam feſtinatione* rapui. Sed & *arripere* dicuntur diſcipuli praecepta magiſtrorum. Cic. Senect. 8. *Graecas literas — ſic avide* arripui, *quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* Nepos Att. I. 3. *Ut — celeriter* arriperet, *quae tradebantur.* Veſterh.

27. Tacitus citius audies.] In oratione ſolemus corripere extra ordinem percontantes. Et bene celeritatem promiſit, quà facile tenetur auditor. Et mirè, tanquam ſola interrogatio morae ſit. *Donatus.* Quidam Mſſ. & impr. Tace tu, &c. Alii, Tacitus sis, &c. Rurſus alii, Tace sis, &c. *Veſterhov.*

28. Jubeam amico dixit, tanquam inter honeſta ſit, quod utile ſit. Et turpe factum plerumque perſeverante impudentia relevatur. *Donatus.*

29. Num parva causa, aut &c.?] Sic illata interrogatio eſt, quaſi ad hanc annuere, & vultu conſentire Antipho ſit coactus. *Donatus.*

30. Laeta vero.] Habent haec verba tacitam commendationem ſui ipſius. Verus tamen eſt Chaerea; Thais enim liberali ejus vultu capta, *Ita me Di ament, honeſtus eſt*, dixerat ſupra III. 2. 21. *Veſterhov.* Ad se abducit domum.] Quomodo hoc, ſi domi eum accepit, quod vidimus ſupra? aut

Commendat virginem. *An.* [31] Cui? tibine? *Ch.* Mihi. *An.* [32] Satis tuto tamen.

Ch. [33] Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi, ne abſcedam, imperat:

[34] In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola. [35] annuo,

Ooo 3 Ter-

aut ergo ſciens mentitur: aut ABDUCIT, utpote de via, & loco propatulo, AD SE DOMUM ſuas in aedes, intelligamus.

31. Mſ. Mark. non agnoſcit, CUI. *Veſterhov.* TIBI NE?] Non interrogat, ſed miratur. *Donatus.*

32. SATIS TUTO TAMEN.] Haec per ironiam dicta eſſe volunt. & ſane aliter vix poſſunt ullo commodo ſenſu intelligi. Vide tamen anne TUTO dixerit pro *ſecurè*, h. ſenſu; *Satis ſecure & negligenter hoc egit tamen, quamquam ſit callida, utpote meretrix.* Qui in tuto omnia putant, negligentius agunt, & magis improvide. Lubenter autem aſſentior Veſterhovio, qui haec, ſi per Codd. liceret, Chaereae tribueret; nam ſic optime cohaerent cum ſequentibus, modò ſublato puncto ſcribatur, TAMEN EDICIT.

33. EDICIT.] Pro imperio ſcilicet in ancillas. *Veſterhov.*

34. Nepos Praefat. In interiore parte *aedium, quae* γυναικωνῖτις *appellatur: quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus.* Gynaeceum vocat Phorm. V. 6. 23. *Veſterhov.*

35. ANNUO, TERRAM INTUENS MODESTE.] Ut pro Eunucho ſe probet, & mancipium ſimulet, nec Thaidem alloquitur, nec virginem intuetur, prae pudore, ſcilicet. Cic. Catil. III. 5. *Sic enim obſtupuerant, ſic* terram intuebantur, *ſic furtim nonnunquam inter ſe adſpiciebant.* Salluſt. Catil. 31. Demiſſo vultu, *voce ſupplici poſtulare.* Val. Max. V. 1. 7. Senec. Epiſt. XI. *Artifices ſcenici, qui imitantur adfectus, — hoc indicio imitantur verecundiam, dejiciunt vultum, verba ſubmittunt,* figunt in terram oculos, *& deprimunt.* Eſt & TERRAM INTUERI, ſignum terroris ac triſtitiae. Curt. VI.

Terram intuens modeste. *An.* * Miser! *Ch.* [36] Ego, inquit, ad coenam hinc eo.

Abducit secum ancillas: paucae, quae [37] circum illam essent, manent,

[38] Novitiae puellae. continuo [39] haec adornant, [40] ut lavet.

Ad-

VI. 9. Caes. B. G. I. 32. Tacit. Hist. IV. 74. Est & venerationis. Ovid. Fast. I. 147.

Sumsi animum, gratesque Deo non territus egi.
Verbaque sum spectans *pauca loquutus* humum.
Vesterhov.

* Miser!] Qui Chaereae hanc vocem tribuunt, multum gratiae ei adimunt. *Vesterhov.* In his videtur esse Donatus. quando Miser valeret, tanquam miser, miserum me adsimulans.

36. Ego, inquit, ad coenam hinc eo.] Μίμησις, ad imprudentiam mulieris exprimendam, quae hoc die erit secura de custode Eunucho. *Donatus.*

37. Relictae nonnullae, ut lavari possit ea virgo, quae sub vitii hujus occasione nuptura est. Hoc enim totum sic inducit Poëta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea praesertim quae uxor futura est. *Donatus.* Quae circum illam essent.] Quae praesto essent, ad curandam virginem. Quod jusserat Thais supra III. 2. 52. Sic Aulici dicuntur *circa* Regem. Phrasi Graeca, οἱ περὶ τὸν βασιλέα. Nepos Eumen. 10. Cic. Att. XIII. 52. Curt. III. 1. n. 17. Sulp. Severus Hist. Eccl. II. 38. *Vesterh.*

38. Novitiae.] Sic Petron. cap. 139. *Unus ex* novitiis servulis *subito adcucurrit.* Vesterhov. Quae recens venerant in famulatum Thaidis, rudesque erant ejus domesticae disciplinae, atque adeo ad fallendum opportunae.

39. Haec pluraliter, pro Hae. Ut in Phormione, [V. 8. 23.] *Haec illae erant itiones.* Donatus. Consentit Donato Junius Philargyrius ad Virg. Georg. III. 305. Possumus & subaudire, *mancipia.* Vesterhovius malit,

Adhortor, properent. [41] dum apparatur, virgo in [42] conclavi ſedet.
[43] Suſpectans tabulam quandam pictam, [44] ubi inerat pictura haec: Jovem
[45] Quo pacto [46] Danaae miſiſſe [47] ajunt quondam in gremium [48] imbrem aureum.

O o o 4 Ego-

lit, Haec ſingulariter accipere, de virgine. * Adornant.] Abſolute. Frequentius tamen cum accuſativo. Infra IV. 4. 6. Plaut. Aul. II. 1. 35.

nuptias adorna. *Veſterhov.*

40. Ut lavet.] De balneis intelligendum fere, quoties abſolute ſumitur. Liv. XLIV. 6. Lavanti *Regi dicitur nuntiatum, hoſtes adeſſe.* Suet. Calig. 24. *Juſtitium indixit, in quo riſiſſe*, laviſſe, — *capital fuit.* Ner. 35. *Tuſcum nutricis filium relegavit, quod in procuratione Aegypti*, balneis *in adventum ſuum exſtructis*, laviſſet. Eſt vero tota haec narratio quaſi de virgine eunte ad nuptias. Haec enim lavari ſolebat, antequam domum duceretur. *Veſterbov.*

41. Dum apparatur, Imperſonaliter dixit. *Donatus.*

42. *Conclave*, eſt ſeparatus locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhaerentia triclinio. *Donatus.* Feſto conclavia *dicuntur loca, quae una clave clauduntur.* Heaut. V. 1. 29. Videntur autem fuiſſe loca, in quae per multas partes intrabatur. *Veſterh.*

43. Suspectans.] Erat igitur altius ſuſpenſa tabula picta. Virg. Aen. I. 438.

faſtigia ſuſpicit *urbis.*

Huic contrarium eſt *deſpicere.* Prius inde magni facere, poſterius contemnere etiam notat. *Veſterhov.*

44. Ubi.] Adverbium loci pro Relativo. Phaed. II. 5. 5. Plaut. Mil. II. 1. 40.

Capiunt praedones navem illam, ubi *vectus fui.* Veſt.

45. Quo pacto — imbrem aureum.] Quae aptior pictura domini meretricis ad amatorum illecebras, quam haec, quae exemplum continet amoris, & amoris puellae, & amoris ad Jovem per-

Egomet quoque id spectare coepi. & quia consimilem 49 luserat

Jam

pertinentis: & amoris non gratuiti, nec parvi propositi, [Lego ex Libris vetustis, *parvo propositi*, i. e. amoris non propositi parvo pretio. Ita & Lindenbr. *Vesterhov.*] sed auro in gremium fluente venalis? Tum quod in gremium Danaae etiam ipse Jupiter ut splendidus imber illabitur: nonne videtur meretrix dicere adolescentulis, illam corporis partem auctore Jove velut inauratam fuisse? IMBREM AUREUM.] Non rorem vel pluviam, sed IMBREM. O avaritiam meretricis! *Donatus.*

46. De Danaës, Acrisii Argivorum regis filiae, fabula vid. Apollod. Biblioth. Lib. II. Horat. Carm. III. 16. Senec. Octavia vers. 204. MISISSE.] Proprie. Plaut. Rud. I. 1. 1. & 2. Horat. Carm. I. 2. 1. & 2. Phaed. I. 2. 14. Quo minus necesse cum Georg. Fabritio NINXISSE tueri, vel cum Palmerio, NISISSE, aut NINSISSE. *Vesterhov.*

47. Bene AJUNT: & quia fabula est, & quia tam turpis Jovi quam apta meretrici. *Donatus.*

48. IMBREM AUREUM.] Pindarus Pyth. 7.

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Taurus, Olor, Satyrus, fit & aurum Jupiter ardens Europen, Leden, Antiopen, Danaën.

Ovid. Amor. III. 8. 29. ad 34. Metam. IV. 610. & versu 697. Lactant. Inst. Div. I. 11. *Danaën violaturus Jupiter aureos nummos largiter in sinum ejus infudit.* Vesterhov. Haec Fabula de imbre aureo Danaës in hoc composita est, ut monstraretur nihil esse, quod auro & pecunia expugnari non possit. *Paraphrastes Delph.*

49. Nequiore significatu hic τὸ *Ludere* sumitur, ut & in illo, *Ede, bibe, lude* &c. Sic Graeci παίζειν. Lindenbrog. LUSERAT.] Honesta vox in re turpi. Idem Gr. παίζειν est. Sic LXX. Interpretes verterunt locum Exod. XXXII. 6. quod de

Jam olim ille ludum, [50] impendio magis animus gaudebat mihi:
[51] Deum sese in hominem convertisse, [52] atque in alienas tegulas

Ooo 5 Ve-

de scertatione accipit Burmannus, ad Petron. cap. 11. *Vesterh.* LUSERAT LUDUM.] ut [Virgil. Aeneid. XII. 680.] *Hunc oro, sine, me* furere *ante* furorem.

Figura ἀρχαϊσμός. *Don.*

50. IMPENDIO MAGIS.] Cic. Att. X. 4. *At. ille* impendio *nunc* magis *odit Senatum.* Plaut. Aul. Prol. 28. *Atque ille vero* minus minusque impendio
Curare.
Gell. I. 2. *Loquacior*, impendio & *promtior.* Vest.

51. DEUM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE.] Utrum quia Jupiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non pro Jove aurum? [*An pro Jove* &c. legendum censet Vesterhovius, ex edd. vetust. contra sensum Interpretis, opinor.] An IN HOMINEM, id est, hominis audaciam atque flagitia? *Donatus.* DEUM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE.] Haec non erant picta in tabula, in qua non Deus forma humana, sed aureus imber conspiciebatur. Exponit ergo his verbis Chaerea, quid credat de hac pictura. Atque hoc pertinet vel maxime ad Literas de quibus eum commendaverat Parmeno supra. III. 2. 23. Dixit vero HOMINEM pro *humano facinore.* Solent scilicet nomina seu propria, seu appellativa pro attributis ipsis usurpari. Suet. Caes. 1. *Caesari multos* Marios *inesse.* Justin. IV. 3. *Ausi facinus* nulli tyranno *comparandum.* Vesterhov.

52. ATQUE IN ALIENAS TEGULAS.] Hic apparet Jovem separatim, separatim aurum fuisse pictum. *Donatus.* Mss. Lips. Graev. cum Edd. Tarvis. & Mediol. PER ALIENAS &c. Guyeto placebat, PER AHENAS &c. Omnis vero vis [sc. flagitii] est in τῷ ALIENAS. Sic Adelph. I. 2. 8. & 9. Cic. Philipp. II. 18. *Cum tamen tu, nocte socia, hortante libidine* — per tegulas *demitterere.* Evang. Luc. V. 19. Καὶ μὴ εὑρόν-

Veniſſe clanculum [53] per impluvium, [54] fucum factum
mulieri.
[55] At quem Deum? [56] qui templa coeli ſumma ſonitu concutit.

[57] Ego

ρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον, ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ. Veſterhov. Non diſſimulo mihi placere lectionem, PER TEGULAS, utpote ad ſenſum planiorem. In illa altera ſtatuenda eſt Synecdoche, ut ſit, *in tecta,* i. e. *domum.*

53. Guyetus, hoc loco, & Phorm. IV. 4. 27. legit IN IMPLUVIUM. Eſt vero IMPLUVIUM, teſte Aſconio ad Cic. Verr. I. 23. *Locus ſine tecto in aedibus, quî impluere imber in domum poſſit.* Feſtus IMPLUVIUM vocat, *quo aqua* impluit, *collecta e tecto.* Scilicet, fuit locus in medio aedium vacuus ſub aëre, in quem pluvia omnis conflueret. Suetonius Aug. 92. *Compluvium* vocat. *Veſterh.*

54. FUCUM FACTUM MULIERI.] Id eſt, *ut fucum faceret*, hoc eſt, inſidias & fraudem. FUCUM, aſtutam fraudem: & MULIERI, pro, *feminae.* Donatus. *Fucus* adulterinus color eſt & mala res muliebris, qua anni celantur. Plaut. Moſtell. I. 3. 118. Unde pro fraude & dolo. Cic. Att. I. 1. init. Eſt igitur *Fucum facere* alteri, in fraudem illicere. *Veſterhov.* Placidus Lactantius in Statium legit *Furtum factum:* quod pro vero nolim probare. licet nihil frequentius, quam *furtum* amoris gaudia illicita vocare. *Lindenbrog.*

55. AT QUEM DEUM!] Ita Phorm. II. 3. 20. *At quem virum!* Veſterhov.

56. QUI TEMPLA COELI SUMMA SONITU CONCUTIT.] Παρῳδία de Ennio. — Sententia Tragica: ſed de induſtria, non errore. *Donatus.* Artificium id eſt Poëticum, verba rei accommodare. Et faciebat id ad exprimendam Jovis majeſtatem, cui ipſe HOMUNCIO tanto magis op-

57 Ego homuncio hoc non facerem? ego 58 illud vero ita feci, ac lubens.

Dum

oppofitus videri debebat. Ennius Annal. Lib. II.
Contremuit templum *magnum Jovis altifonantis.*
Idem, ibidem:
Quanquam molta manus ad coilei coirula templa
Tendebam lacrumans, & blanda voce vocabam.
Idem Hecubâ:
O magna templa coelitum,
Commixta ftellis fplendidis!
Idem Andromachâ:
Acherufia templa alta Orci pallida.
Idem Achille:
Per ego Deum fublimas fubices, humidus
Unde oritur imber fonitu faevo & fpiritu.
Attius Atreo:
Sed quid tonitru turbida torvo
Concuffa repente aequora coeli
Senfimu' fonere?
Cicero Somn. 3. *Nifi Deus is, cujus hoc templum eft omne, quod confpicis*, &c. Varro apud Non. *Tunc repente coelitum altum tonitrubus templum tonefcit.* Lucretius plus femel *coeli templa* dixit. Sed & Martianus Capella in Choro Mufarum ingeminat illud,
Scande coeli templa *Virgo.* Eft vero *Templi* vocabulum ex difciplina augurali fumtum, notans proprie fpatium illud, quo Deos confulens fedebat augur, quafi *Tuemplum* a tuendo dictum; unde *contemplari* pro diligenter intueri. *Vefterhov.*

57. Ego homuncio hoc non facerem?] Oratorie. Ut Jovem extulit ita detraxit fibi: ut puta, ille eft Deus, & magnus: ego non homo, fed homuncio. *Donatus.* Format τὸ *Homo* ex fe, Homuncio, Homunculus, Homulus, Homullus. P. Victorius ad Cic. Fam. IV. 7. teftatur Angelum Politianum ex Cod. Bembino legiffe, *Homunicio.* Sed & ipfe legit ibi ex Codice Mediceo, *Homunculi.* Vefterhov.

58. Jovem in hac reimitatus fum. Vocula Ita Vefterhovio videtur otiofa, & negat eam apparere in Aldi & Heinfii Edd. Mff. autem circa eam variare fignificat.

Dum haec mecum reputo, [59] arcessitur lavatum interea virgo:
It, lavit, redit. [60] deinde eam in lectum illae conlocant.
[61] Sto exspectans, si quid mihi imperent. venit una, heus tu, inquit, Dore,
Cape hoc flabellum, & [62] ventulum huic sic facito, dum * lavamus:

Ubi

59. Proprio verbo, quasi de nuptura dixit, ARCESSITUR. *Donatus*.

60. DEINDE ILLAM IN LECTO ILLAE CONLOCANT.] Vide an aliquid deest legitimis nuptiis: nam & ipsum verbum CONLOCANT proprium est, & adscribitur pronubis. *Donatus*. Ita nuptam in lectum genialem collocabant pronubae. Catull. Carm. LIX. 186.
Vos bonae senibus viris
Cognitae bene feminae,
Collocate *puellulam*.
Apulej. Metam. II. *Vesperi quoque cum somno concederes, & in cubiculum te duxit comiter, & blande* lectulo collocavit, *& satis amanter cooperuit*. Ceterum requiescebant, ubi laverant. Sunt Libri, qui IN LECTO habent, sunt item, qui IN LECTULO. *Vesterhov*.

61. STO EXSPECTANS, SI &c.] Ἐνέργεια, Non enim dixit *stabam*. EXSPECTANS, desiderans. *Donatus*. Mſ. Mark. SPECTANS. *Vesterh*.

62. VENTULUM HUIC SIC FACITO.] Demonstrativum, & gestu explicandum. *Donatus*. Vis omnis est in τῷ SIC, nam ipsa ancilla, dum haec loquitur, flabellum movens, quomodo id commodè rectèque fiat ostendere vult Chaereae. * Plaut. Cas. III. 5. 14.
contine pectus, face ventulum, *amabo*,
Pallio.
Curc. II. 3. 36.
nolo equidem mihi
Fieri ventulum.
Sueton. Aug. 82. *Aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam* ventilante *aliquo cubabat*. Vesterhov.

* LAVAMUR Donatus legit, & laudat Faërnus Libros antiquos, qui sic legant,

Ubi nos laverimus, si voles, lavato. [63] accipio tristis.
An. Tum equidem istuc [64] os tuum impudens videre nimium vellem:
Qui esset [65] status, flabellum tenere te [66] asinum tantum.
Ch. Vix elocuta 'st hoc, foras simul omnes [67] proruunt se.
Abeunt lávatum: perstrepunt, ita ut fit, dómini ubi absunt.
Interea [68] somnus virginem opprimit: ego [69] limis specto,

[70] Sic

gaut, atque ita edidit Rob. Stephanus. Quod vero h. l. de ancillis absente Thaide balneo utentibus, idem de duobus servis absente hero refert Apulejus Metam. X. *Vesterhov.*

63. ACCIPIO TRISTIS.] Id est, tristi similis. ut [Virg. Aeneid. II. 67.] *Namque ut conspectu in medio* turbatus *inermis Constitit.* Donatus.

64. OS TUUM IMPUDENS.] Licet jocanti & amico officium [nonne *convicium?*] jocunde facere. *Donatus.*

65. *Statura* corpori adscribitur: STATUS ad habitum refertur. Ergo *Status* est σχῆμα: *Statura* longitudo corporis. *Donatus. Status* est certa corporis compositio arbitraria; e. g. erecta aut inclinata, recta aut obliqua, &c.

66. TE ASINUM TANTUM.] Quia hoc ministerium delicatorum servorum est. *Donatus. Asini* appellatio in conviciis erat. Sic Adelph. V. 8. 12. Cic. Att. IV. 5. *Scio, te voluisse; & me asinum germanum fuisse.* Quae tamen lectio varie sollicitatur ab hominibus Criticis. *Vesterhov.* TANTUM, tam magnum & insulsum: Dilogia.

67. PRORUUNT SE.] Verbo neutrali quasi activo usus est. Donatus.

68. SOMNUS VIRGINEM OPPRESSIT.] Utpote — oblectatam flabello, atque ab Eunucho nihil metuentem. *Donatus.*

69. LIMIS SPECTO.] LIMIS, si nominativus singularis

[70] Sic per flabellum clanculum: simul alia circumspecto,
Satin' [71] explorata sint, video esse: [72] pessulum ostio obdo.

An.

laris est, transversus significat: si septimus pluralis, deest *oculis*. Quum dissimulant homines se videre quod vident, & non recta facie, sed transversa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere*. Cum *Limi* dicantur obliqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur. *Donatus.* Oculus *limus* est transversus & obliquus; sed & lasciviae & amorum index. Quinctil. Instit. XI. 3. *Quadam voluptate suffusi, aut* limi, *&, ut sic dicam, Venerei.* Ovid. Amor. III. 1. 33.

Altera, si memini, limis *subrisit ocellis.*

Unde & ipsa Venus *straba* dicitur. Ovid. Arte Amor. II. 650. ex lectione Heinsii.

Si qua straba est, Veneri similis, si rava Minervae.

Vesterhov.

70. Sic δεικτικὸν est. *Donatus.* Videtur planam manum ob oculos sibi ponere, & inter leviter diductos digitos prospicere; aut etiam paululum amotâ manu oculos, per vices, furtim emittere.

71. Explorata.] Tuta, certa. Phorm. IV. 3. 23. A silva translatione factâ, in quam quoties seu in venatione, seu in itinere faciendo praemittebantur, qui ploratu & vociferatione feras excitarent e latibulis, silva ipsa *explorata* dicebatur. Hinc *exploratum* quid habere est diligenter inquisisse in rem, & pernoscere. *Vesterhov.*

72. Pessulum ostio obdo.] Scilicet ut amoveret, arceretque auxilium virginis. *Donat.* Muretes in his verbis obscaenum sensum esse existimavit. quem refutat Vesterhovius ex eo, quod Antipho verba proprie & simpliciter cepit, ut ex ejus interrogatione liquet. Plautus in re simili Cas. V. 2. 17.

forem obdo, *ne senex me opprimat.*

Citante Vesterhovio. Obdo, vel cum Eugraphio, obduco, vel objicio, oppono.

An. Quid tum? *Ch.* [73] Quid? quid tum? fatue. *An.* Fateor [74]. *Ch.* An ego [75] occasionem
Mihi ostentatam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam,
Amitterem? tum pol ego [76] is essem vere, qui simulabar.
An. Sane hercle ut dicis. sed interim de symbolis quid actum est?
Ch. Paratum est. *An.* [77] Frugi es: ubi? domin'? *Ch.* Immo apud libertum Discum.
An. [78] Perlonge 'st: [79] sed tanto ocius properemus. muta vestem.

Ch.

73. QUID? QUID TUM? FATUE.] Latenter indicat rem turpiculam.

74. *Me fatuum*, qui hoc quaesierim, subauditur. *Donatus*.

75. OCCASIONEM — AMITTEREM? Plaut. Mostell. II. 2. 8.
peccavisti largiter,
Qui occasionem *hanc* amisisti *tam bonam*. Vesterhov.
OSTENTATAM, oblatam, propositam, & quasi a Fortuna porrectam. AMITTEREM, elabi finerem?

76. IS ESSEM — QUI SIMULABAR.] Eunuchus scilicet. *Donat.* Mss. Lipf. & editio anni 1469. ADSIMULABAR. Sic Petron. cap. 80. *Facies* assimulata. *Vesterhov.*

77. FRUGI ES.] Utilis & necessarius: ut fruges humano generi. FRUGI est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est, utamur. *Donatus*. FRUGI ES.] Formula, qua servi proprie laudabantur. q. d. bonus es, res probe curas. Infra IV. 7. 46. Heaut. III. 3. 36. Unde eodem verbo omnes pariter complectebantur virtutes. *Vesterhov.*

78. PERLONGE 'ST.] Sc. hinc ad aedes Disci. Plaut. Caf. II. 6. 68.
Scin' tu ruri esse ad villam longe.

79. SED — PROPEREMUS.] Mss. quidam & editi vetustissimi haec tribuunt Chaereae. *Vesterhov.*

Ch. Ubi mutem? perii: nam [80] domo exulo nunc: metuo fratrem,
Ne intus sit: porro autem, [81] pater ne rure redierit jam.
An. Eamus [82] ad me: ibi proximum est, ubi mutes. *Ch.* [83] Recte dicis.
Eamus: & de istac simul, quo pacto porro possim
Potiri, [84] consilium volo capere una tecum. *An.* Fiat.

80. DOMO EXULO.] Deest *Prope*, aut *Veluti*: ut sit, Prope jam exulo. Exulo duobus modis dicitur: & de loco in quo exul est, & de loco ex quo ejectus est, *Donatus*.

81. PATER NE RURE REDIERIT.] Praeparatur jam interventus senis: & est ζευγμα ad superiora. Nam & hic *Metuo* est subaudiendum. *Donatus*. Ms. Graev. & editio Mediol. A RURE. *Vesterhov.*

82. AD ME.] Vide And. I. 3. 21. *Vesterhov.* IBI PROXIMUM EST, &c.] Ibi commodissimè vestem mutare potes.

83. RECTE DICIS. EAMUS.] Ipsa verba quodammodo festinatationem sonant. *Donat.*

84. CONSILIUM CAPERE.] Deliberare. Consequens pro antecedente.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

DORIAS.

[1] ITA me Dii bene ament, [2] quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera,

Ne

1. *Ea persona quaesita est, quae terribilem credat militem: ut eo magis in experiendo vanus & ridiculus esse possit.* Donatus.

2.

Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.
[3] Nam postquam iste advenit Chremes adolescens, frater virginis;
[4] Militem rogat, ut illum admitti jubeat: ille continuo irasci:
Neque negare audere. Thais porro instare, ut hominem invitet.
Id faciebat retinendi illius caussa: quia illa, quae cupiebat
De sorore ejus indicare, ad eam rem tempus non erat.
Invitat [5] tristis: [6] mansit. [7] ibi illa cum illo sermonem occipit.

Miles

2. Quantum ex vultu militis perspicere potui. *Paraphrast. Delph.* Pro eo ac ego illum vidi [mihi visus est.] Supra I. 2. 62. *Vesterhov.* ILLUM — NE QUAM ILLE HODIE INSANUS.] *Illum*, & *ille insanus*, sic effertur, ut omnibus insuavis [forte, *insanus*.] miles esse noscatur. *Donatus.*

3. Vide supra III. 3. 32.

4. Et hoc quasi de odioso *Militem* dixit, non *Thrasonem*. CONTINUO IRASCI.] Ut rivali. *Donatus.*

5. TRISTIS, invitus, non libenter. Ut e contrario *Virgilius* [Aeneid. V. 236.] *Vobis laetus ego hoc candentem in littore taurum* *Constituam ante aras, voti reus.* Donatus.

6. MANSIT IBI.] Adolescens scilicet. Et MANSIT pro remoratus est, id est, accubuit, nec recessit. *Donatus.*

7. IBI ILLA CUM ILLO &c.] Emphasis est in τοῖς CUM ILLO. Sub. Chremete, neglecto scilicet Thrasone. Ms. Mark. SERMONEM ILLICO OCCIPIT. Juntae, ILLICO, omisso OCCIPIT. Ms. Lips. cum septem aliis, & edit. 1469. INCIPIT. Ms. Graev. & Editio Mediol. SERMONEM ILICO INCIPIT. *Vesterhov.*

Miles vero ſibi putare [8] adductum ante oculos aemulum:
Voluit facere contra [9] huic aegre. heus! inquit, puer, [10] Pamphilam
Arceſſe, ut [11] delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium:
[12] In convivium illam? miles [13] tendere. inde adjurgium.

[14] In-

8. Adductum aemulum.] Plus dixit Adductum, quam *Admiſſum*: & ſimul quia videbat furioſum Chremem, totum crimen revocat ad Thaidem. *Donatus.*

9. Huic, Thaidi. *Donat.* Aegre, *quod morderet* eam, vel *doleret* ei: Ut ſupra dixerat Gnatho III. 1. 55. & 59.

10. Pamphilam arcesse.] Scilicet memor eſt praecepti Gnathonis, ſupra III. 1. 50. ſeqq. *Veſterhov.*

11. Delectet.] Saltando ſcilicet & cantando. *Veſterhov.*

12. In convivium illam?] Ἐμφατικῶς. ut, [Virg. Ecl. III. 25.] *Cantando tu illum?* Illam?] Deeſt, *arceſſas.* Donatus. In convivium illam?] Sub. Adducas. Alii, Tun' in convivium illam? Praeter morem ſcilicet Graecorum. Nepos Praefat. Cic. Verr. I. 26. *Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt; quaeſo, inquit, Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari jubes? Homo, qui & ſumma gravitate, & jam id aetatis, & parens eſſet, obſtupuit hominis improbi dicto. Inſtare Rubrius. Tum ille, ut aliquid reſponderet, negavit moris eſſe Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Adde Vitruv. VI. 10. & Juſtin. VII. 3. & quae ibi notavit Berneccerus. Noluit autem Thais Pamphilam adduci in convivium, ne quid de caſtitate ejus delibaretur audiendo verba nupta & parum verecunda, ſed ut eam ſuis integram & pudicam redderet ac reſtitueret. Romanorum autem conviviis tantum virgines arcebantur. Cujus rei rationem reddit Varro apud Non. v. *Acerbum.* Verba Var-

[14] Interea aurum sibi clam mulier demit: dat mihi ut auferam.

Varronis: *Virgo de convivio abdicatur ideo, quod majores nostri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* Vesterhov.

13. Proprie dixit TENDERE. quod significat pertinacem contentionem. *Virgilius* [Aeneid. XII. 553.]

Vasto certamine tendunt.

INDE AD JURGIUM.] Subauditur, *ventum est*. Donatus. TENDERE.] H. e. Contendere. Virg. Aen. I. 18. Horat. Epist. I. 19. 16.

Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi. Vest.

14. INTEREA AURUM SIBI — MULIER DEMIT.] Ne aurum pro virgine, quod [eam] retinebat, amitteret. [Abr. Wielingius legit, *quam retinebat* &c. Guido Juvenalis Donati imitator, *Ne amittat aurum, quod tenebat.* Fortasse scripsit Interpres: *ne aurum per jurgium, quod retinebat, amitteret.* Vest.] Vel AURUM DEMIT, ut esset ad fugam expeditior, vel ad rixam. Et opportunè *mulierem* dixit, non *Thaidem*: ut ostenderet malitiam sexus. *Donatus.* AURUM SIBI &c.] Intellige annulos, inaures, armillas, caetera. Lege vero cautum esse Athenis, ne meretrix vel aureâ coronâ, vel aurata veste, vel auro uteretur, Meursius Them. Att. I. 6. docet. Unde mirum Petito visum, Thaidem tamen aurum gestâsse. Scilicet legem hanc vulgo violatam tot meretricum exempla evincunt. Quid quod nec ancillas habere meretrici ex lege licuit. An ideo minus integros ancillarum greges in meretricum familiis reperias? Optime rem expedit Amplis. Vir, Corn. van Bynkershoek in humanissimis ad me literis. „Forte, *inquit*, non semper, „nec omni aetate Graeciae „meretricibus interdictus „fuit auri usus. Ut ita tempora distingui possent. Et „si vel semper; quid vetat „domi, dum amoribus vacabant, aurum gestasse, „dummodo ne auro ornatae „in publicum prodirent? „Et quid etiam vetat, meretrices inter medias Leges „peccâsse? Ipsae matronae „honestiores saepe Leges „Sum-

15 Hoc est signi, ubi primum poterit, se 16 illinc subducet, scio.

„ Sumtuarias spernebant vel „ eludebant apud Romanos. „ Utque Leges Sumtuariae „ simulac natae, sic fere mor„tuae, ita fere Lex Attica, „ quae meretriculis interdi„cebat auri usum.“ Sed & refert Athenaeus Lib. XII. ex Plutarcho: Ὅτι παρὰ Συρακουσίοις νόμος ἦν, τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ᾽ ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ᾽ ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφὰς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. *Apud Syracusanos lex erat, ne mulieres auro, purpura, floridis vestibus uterentur, neve iis, quae purpureos haberent clavos, nisi si qua se publicam meretricem esse concederet.* Vesterhov.

15. Hoc est signi, ubi primum poterit, —, scio.] Utrum, *hoc est signi, quamobrem metuam ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi?* An, *Hoc est signi, unde scio, quod ubi primum poterit, se illinc subducet?* Donatus. Edd. Tarvis. & Mediol. item unus Mss. Leid. a prima manu, Signum. *Vesterhov.*

16. Illinc.] Nonius v. *Subducere* legit Illi. Et forte eo respexit Thraso infra IV. 7. 25.

& cum eo clam te subduxti mihi.

In aliis est Ilico. *Vest.*

AC-

ACTUS QUARTI
SCENA SECUNDA.
PHAEDRIA.

DUM rus eo, coepi egomet mecum [1] inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiae,
Aliam rem ex alia [2] cogitare, & ea omnia in
Pejorem partem. quid opus est verbis? dum haec [3] puto,
Praeterii imprudens villam. longe jam abieram,
Cum sensi. redeo rursum, male vero me habens.
Ubi ad ipsum veni [4] diverticulum, [5] constiti.

 Occepi

1. INTER VIAS.] Id *nove dictum* ait Donatus. Sed dudum ante ita Plautus Aul. II. 8. 9.
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occepi.
Et Poen. V. 3. 43. Cicero Attic. IV. 3. *Inter viam.* Sic Virg. Ecl. X. 52. & Aen. III. 646.
inter deserta ferarum
Justin. II. 2. *Inter silvas.* Vesterh.

2. In quibusd. Codd. additum est, RE. *Vesterhov.*

3. I. e. Cogito. Virgilius, citante Donato, Aen. VI. 332.
Multa putans, *sortemque animo miseratus iniquam.*
Idem Aen. VIII. 522.
Multaque dura suo tristi cum corde putabant.
Omnes Mss. Boecleri, item Mss. Lips. & Graev. REPUTO. notante Vesterhovio. *Putamus instantia: Reputamus praeterita*; inquit Donatus. quod tamen non est perpetuum. Vid. Gottl. Cort. ad Sallust. Jugurth. XIII. 5.

4. DIVERTICULUM est, ubi iter de via flectitur. Et proprie *diverticula* dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere divertendum sit. *Donatus.* Isidorus Orig. XV. 16. Divortia *sunt flexus viarum, h. e. viae in diversa tendentes: eaedem* diverticu-
la

Occepi mecum cogitare: [6] Hem! biduum hic
Manendum est soli [7] sine illa? quid tum postea?
[8] Nihil est. quid? nihil? si non tangendi copia'st,
[9] Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. certe [10] extrema linea

Amare

la *sunt*, *h. e. diversae ac divisae viae: sive semitae transversae, quae sunt alterae viae.* Gr. Καταγωγεῖον, καμπὴ ὁδοῦ. In Codd. vetustis, DEVERTICULUM. quod tuetur Burmannus ad Petron. cap. 10. *Vesterhov.*

5. CONSTITI.] Plus est nunc scientem stetisse, quam praeteriisse nescientem. *Donatus.*

6. HEM! Interjectio laborantis animi. BIDUUM sic pronuncia, ut longum nimiumque tempus. Tum deinde HIC, tanquam in loco solo atque tristi. *Donat.*

7. Sunt qui idem putent *soli* esse, & *sine illa*: ut SINE ILLA ἐξήγησις ejus sit, quod dixerat, SOLI. *Donat.*

8. NIHIL EST. QUID? NIHIL?] Amantium disputationes intermiscent quaedam consilia sanae mentis, quae tamen statim resurgentis amoris saevitia devincuntur. *Donatus.*

9. EHO, NE VIDENDI QUIDEM ERIT?] Eho, ridicule additum: tanquam omnino non secum loquatur, sed cum altero. Donatus.

10. CERTE EXTREMA LINEA.] Et hoc recte: quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem. prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta osculari, quinta coitus. An sic dixit EXTREMA LINEA, quemadmodum dicitur *longis lineis quid fieri*? id est, de longinquo. AMARE modo frui amore dicit. *Donatus.* Editio anni 1469. EXTREMA LINEA AMORIS. quod & in duobus Boecleri MSS. erat. Alii [in hujus locutionis origine indaganda] cum Turnebo ad stadia recurrunt; alii cum Nannio ad spectaculorum cuneos; alii denique alio. Quorum varias sententias pluribus verbis recenset Joannes Theodoricus Bellovacus. Adde Erasmum in Adag. Ego a lineis Pictorum, vel,

Amare [11] haud nihil est. villam praetereo sciens.
Sed quid hoc, quod [12] timida subito egreditur Pythias?

vel, si mavis, Mathematicorum, Terentianam locutionem esse arcessendam, affirmare ausim. Quae vero Terentio EXTREMA LINEA, eadem Quinctiliano *Lineae primae* videntur dictae; cui *primas lineas ducere*, & *primis lineis designare*, Instit. II. 6. & IV. 2. valet leviter adumbrare, & primo colore tingere. *Porro* rebus omnibus lineas suas tribuebant veteres. Valer. Max. I. 7. 8. *Propioribus tamen, ut ita dicam*, lineis *Aterii Rufi — somnium certo eventu admonitum est.* Tertullianus Libro adversus Hermogenem cap 3. ad hominem retulit. *Adjiciam*, inquit, *& ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes* extrema linea *est.* Quod Pamelius recte videtur de imperitissimo interpretari. *Verum* dum varias eruditorum sententias magis magisque puto, illa maxime sese approbat, quae originem hujus locutionis a Circo arcessit. Sit igitur EXTREMA LINEA dictum, pro *Extrema parte lineae.* Ipsae autem *Lineae* sedilium ordines notent. Aut vehementer fallor, aut rem explicuit Magister Amorum, Lib. I. de Arte Am. Vers. 136. ad 142. Item Amorum Lib. III. Eleg. 2. 19. & 20. Phaedria igitur biduo proximo eum saltem amoris sui fructum percepturum se confidit, procul videndo Thaidem, quem *extrema linea*, seu, quod idem est, extremis lineae partibus sejuncti sedentes, seque e longinquo videntes percipiunt. *Vesterh.*

11. HAUD NIHIL EST.] Ita dixit, ut Ovid. Heroid. III. 131.

Est aliquid, *collum solitis tetigisse lacertis.* Vest.

12. TIMIDA, modo aegra, turbata, commota. *Donatus.* Conf. Hec. III. 1. 40. & 41.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

PYTHIAS. PHAEDRIA. DORIAS.

Py. [1] UBI ego illum [2] scelerosum, misera, atque impium inveniam? aut ubi quaeram? Hoccine tam audax [3] facinus facere esse ausum? *Ph.* [4] Perii! [5] hoc quid sit vereor.

Py. Quin etiam insuper scelus, postquam [6] ludificatus est virginem,

[7] Vestem omnem miserae discidit: tum [8] ipsam capillo conscidit.

Ph.

1. *In hac Scena operae pretium delectationis est spectatoribus ex querela ancillae Thaidis, & errore Phaedriae.* Donatus.

2. *Scelerosus*, est multorum: *Scelestus*, vel unius. *Scelerosus*, proprie auctor est sceleris: *Sceleratus* in quo scelus sit constitutum vel commissum. SCELEROSUM in Thaidem, IMPIUM in virginem. *Donatus.*

3. FACINUS FACERE.] Figura ἀρχαϊσμός. Donat.

4. PERII.] Hanc vocem, ex plusculis Mss. suis, & edd. nonnull. vetustissimis, Pythiae tribuendam censet Vesterhovius, animô scilicet praesagienti iracundiam Thaidis.

5. HOC QUID SIT? VEREOR.] Pro duobus unum dixit, scilicet VEREOR, pro, & nescio, & vereor. *Donatus.*

6. LUDIFICATU 'ST.] Vitiavit. Vide omnino Parei Lexic. Plaut. v. *Ludos facere.* Sic Hec. I. 2. 74. *Vesterhov.*. Mirè LUDIFICATUS potius, quam complexus est. Et mire, POSTQUAM LUDIFICATUS EST, DISCIDIT dixit: cum ille, videlicet, dum virgo reluctatur, hoc fecerit. *Donatus.*

7. VESTEM — DISCIDIT.] Dilaceravit, luctando scilicet.

Ph. Hem! *Py.* Qui nunc si [9] detur mihi,
Ut ego [10] unguibus facile illi in oculos involem [11]
venefico!

cet. Pacuvius, incerta Tragoedia:

Agite, ite, volvite, rapite,
comaque trahite,
Per aspera saxa & humum,
scindite vestem *ocius.*

Virg. Aen. XII. 602.

Purpureos moritura manu
discindit amictus,

Et versu 609.

It scissa veste *Latinus.* Vest.

8. Ipsam capillo conscidit.] Multo melius, quam si diceret, *Capillum illi conscidit* Donatus. Lectionem mendosam & non ferendam pronunciat Guyetus, substituens, Ipsom capillom conscidit. De phrasi consule Vallam, Linacrum, Budaeum, Turnebum, alios. Mihi videtur ὑπαλλαγή, pro eo quod est, Ipsi capillum conscidit. Virgil. Aen. IX.478.

Scissa comam

Capillo scisso, Plaut. Astraba, versu 11. Ovid. Amor. I. 7. 49.

At nunc sustinui, raptis a
fronte capillis,
Ferreus ingenuas ungue
notare genas.

Cicero *Conscindendi* verbo saepius utitur, loquens de epistolis. *Vesterhov.*

9. Obviam fiat, offeratur; aut, cujus si mihi potestas fiat. * Quem si tenerem. *Paraphrastes Delph.*

10. Unguibus.] Quibus armatur hic sexus. In oculos.] Quasi amatori. *Donatus.* Unguibus — in oculos involem.] Sic infra V. 2. 20. ubi vide Donatum. Nonius: *Involare est irruere, aut a* volatu, *aut a media* vola *dictum.* Vesterhov. Facile, alacriter, lubenter.

11. Venefico.] * Mutanti homines, & ex virginibus mulieres facienti. An Venefico, amatori? quia amor venenum occultum est. ut *Virgilius* [Aen. I. 688.]

Occultum inspires ignem, fallasque veneno.

Et [Aen. I. 749.]

longumque bibebat amorem.
Donatus.

* Recte Boeclerus acumen hoc Grammaticale ineptias vocat. Melius Eugraphius: Venefico, *scelerato, malo.* Vesterhov.

Ph. [12] Nefcio, quid profecto [13] abfente nobis turbatum 'ft domi.

Adibo. quid iftuc? [14] quid feftinas? aut quem quaeris, Pythias?

Py. Ehem Phaedria, egon'? quem quaeram? abi hinc, quo dignus, cum donis tuis,

[15] Tam lepidis. *Ph.* Quid iftuc eft rei?

Py. Rogas me? [16] Eunuchum quem dedifti nobis, [17] quas turbas dedit!

Vir-

12. Vulgo editur, PROFECTO NESCIO QUID. Malim diftinctionem poft NESCIO expungere.

13. ABSENTE NOBIS &c.] Aut fubdiftinguendum eft, & fubaudiendum, *me* [atque ita *Nobis* foret Dativus] aut ἀρχαϊσμὸς figura eft, pro, nobis abfentibus. *Pomponius*, *Sine ergo iftuc*, praefente amicis *inter coenam*. *Varro* in Marcellum, *Id* praefente Legatis omnibus, *exercitu*, *pronunciat*. Donatus. Τὸ NOBIS magis ad fenfum, quam ad verba referendum. Veteres enim & *abfente* & *praefente nobis* dixiffe, auctor eft Nonius in v. *abfente*. Plaut. Amph. II. 2. 194. Plura adducit Non. loc. cit. addens, *praefente* & *abfente* fuiffe olim formae monoptotae. *Vefterh.*

14. QUID FESTINAS?] Properas, turbaris ac trepidas? *Salluftius* [in Fragmentis] Feftinantibus *in fumma inopia patribus*. Don.

15. Mf. Lipf. Graev. Edd. Tarvis. & anni 1469. aliaeque, TAM ILLEPIDIS (INLEPIDIS.) *Vefterhov.*

16. EUNUCHUM QUEM DEDISTI NOBIS, &c.] Aut ἀντίπτωσις: ut [Virg. Aen. I. 573.] *Urbem quam ftatuo*, *veftra eft*. Aut QUEM cum interrogatione pronunciandum, ut fit, *qualem*. Donatus.

17. QUAS TURBAS DEDIT!] Imitatus Caecilium, Umbris: *Mirum adeo*, *nifi frater domi ebrius turbam aliquam* dedit. Sic Virgil. Aeneid. XII. 453.

dabit *ille* ruinas
Arboribus, *ftragemque fatis*:

Vide fupra II. 3. 9. Cic.

pro

Virginem, quam herae dono dederat miles, vitiavit.
Ph. Quid ais!

Py. Perii. *Ph.* [18] Temulenta es. *Py.* [19] Utinam sic sient, qui mihi male volunt!

Do. Au obsecro [20] mea Pythias, [21] quid istuc nam monstri fuit?

Ph. Insanis: qui [22] istuc facere Eunuchus potuit?
Py. [23] Ego illum nescio

Qui

pro Mil. 7. *Nunc ejusdem Appiae nomen quantas Tragoedias excitat!* Vesterhov. Ex mente Donati, ad τὸ DEDIT extrinsecus assumendum est, *is Eunuchus.*

18. Ebria. a *Temeto.* quo nomine antiqui grave vinum appellabant, eo quod tentaret mentem, id est, labefactaret. *Virgilius* [Georg. II. 93.]

Tenuisque Lageos
Tentatura pedes olim vincturaque linguam. Donatus.

19. Vetustissimus imprecandi mos, quô, quae a se remota volebant, hostibus evenire optabant. Heaut. V: 3. 13.

istuc inimicis siet!

Plaut. Asin. V. 2. 13.

Utinam, male qui mihi volunt, sic rideant!

Similis plane locutio est 2 Sam. XVIII. 32. *Vesterhov.* SIC SIENT.] Non, *sic ut ego sum*, sed, *sic ut tu dicis*, ɔ: temulenti sint. negat se esse temulentam, & id malum inimicis suis imprecatur. ex conjectura Donati, non negat se esse ebriam, sed non vino, verum malo ebriam vult intelligi. Quae tamen conjectura, cum dictis Donati infra ad IV. 4. 36. collata, an a Donato sit, jure dubitat Vesterhovius.

20. MEA PYTHIAS.] MEA, & *mea tu*, & *amabo*, & alia hujuscemodi, mulieribus apta sunt blandimenta. *Donatus.*

21. Ordo: *Quidnam istuc monstri* &c. *Monstrum* est omne contra naturam: ergo vitium ab Eunucho illatum recte *monstrum* est. observante Donato.

22. ISTUC FACERE, honestius apud puellam, quam si *Vitiare* dixisset. *Donatus.*

23.

Qui fuerit: hoc, quod fecit, [24] res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat, [25] neque cum rogites, quid sit, audet dicere.
Ille autem [26] bonus vir nusquam apparet: etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse. *Ph.* * Nequeo mirari satis,
Quo ille abire ignavus possit longius; nisi si domum
Forte ad nos rediit. *Py.* Vise amabo, num sit. *Ph.* Jam faxo scies.
Do. Perii! obsecro tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.
Py. At pol ego [27] amatores mulierum esse audieram eos maximos:

Sed

23. Ego illum nescio &c.] Σύλληψις. Donatus. Comice, pro, nescio quis ille fuerit. *Vesterhov.* Qui fuerit.] An vir, an Eunuchus. *Paraphrast. Delph.*

24. Res ipsa indicat.] De re clarissima, quae ita per se lucet, ut oratione non indigeat. Sic infra IV. 4. 37. Cic. pro Mil. 20. *Res ipsa loquitur.* Vesterhov. Res hic complectitur confectaria facti quae apparebant, utpote lacrimas, pudorem, & silentium, virginis: item fugam Eunuchi. Minellius ipsum stuprum perperam intellexit.

25. Neque cum rogites, quid sit, audet dicere.] Quid si verberata esset? sed non puderet queri. Haec autem injuria apud virginem non habet nomen. *Donatus.*

26. Bonus vir.] Εἰρωνικῶς. non enim jam Eunuchus. Bene igitur Vir: quia hoc illum esse contendit. *Donatus.*

* Nequeo mirari satis.] Mira locutio, pro eo quod est, *nescio.* Donatus. Ignavus, enervis, & debilis viribus. *Paraphrast. Delphini.* Longius.] Heaut. I. 2. 38. Adelph. V. 5. 1. *Vesterhov.*

27.

Sed nihil potesse: [28] verum miserae non in mentem venerat :
Nam illum aliquò [29] conclusissem, neque illi commisissem virginem.

27. AMATORES MULIERUM ESSE.] Bene hanc salacitatem Eunuchorum describit Arnob. advers. gent. Lib. V. *Quasi vero affecti corporalibus his damnis fiant languidioris audaciae, & non quotidie videamus eos, qui sibi demessuerint has partes, majoris petulantiae fieri, atque omnibus postpositis pudoris & verecundiae frenis, in obscenam prorumpere vilitatem flagitiorum confessione vulgata.* Lindenbrog. NIHIL POTESSE.] Turpicula oratio [s. potius de re turpicula pudens oratio.] Martial. XI. 97.

Unâ nocte quater possum; *sed quatuor annis*
Si possum, *peream*, *te*, *Thelesilla*, *semel.*

Juven. VI. 365.

Sunt quas Eunuchi imbelles, & mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbae,
Et quod abortivo non est opus.

Rem exemplo illustrat Virgilius, Georg. III. 98. seq. *Vesterhov.* Imbelles esse & impotentes. *Paraphrast. Delphini.*

28. VERUM MISERAE NON IN MENTEM VENERAT.] Aut, *amatores esse maximos* : aut hunc facturum fuisse quod fecit. Si prius, NON IN MENTEM VENERAT, significat, non recordabar : Si posterius, significat, non cogitabam, non suspicabar. Cicero (pro S. Rosc. Amer. cap. 21.) *In mentem tibi non venit, causam publicam sustinere.* Ita contrahebam longam annotationem Donati.

29. Mire CONCLUSISSEM dixit, ut saevam feram. Sic alibi: [Phorm. V. 1. 17] *Conclusam hic habeo uxorem saevam.* Donatus.

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.

PHAEDRIA. DORUS. PYTHIAS. DORIAS.

Ph. [1] EXI foras, scelefte! at [2] etiam restitas,
Fugitive? prodi, [3] male conciliate. *Do.*
Obsecro. *Ph.* Oh!
Illud vide; [4] os ut sibi distorsit carnufex!
[5] Quid huc reditio 'st? quid vestis mutatio?

Quid

1. Exi foras, &c.] Expressum e Plauto. Pseud. I. 2. 1.
Exite, agite, ite ignavi, male habiti, & male conciliati. Vesterhov.

2. Aptum objurgationibus τὸ Etiam. Plaut. Pers. II. 2. 4.
scelerate! etiam respicis? Et versu 7.
Etiamne *dicis, ubi sit, venefice?* Vesterhov.
Restitas, reluctaris, ire detrectas.

3. Male, magno significat, ut *Plautus* in Amphitruone [I. 1. 132.]
Haec nox scita 'st exercendo scorto conducto male.
Ergo Male conciliate, magno empte significat. Nam omnis conventio, *conciliatio* nominatur. *Donatus. Conciliandi* verbum contractibus proprium. Unde passim de emtione usurpatur. Plaut. loc. cit. & Epid. III. 4. 36, *Conciliavisti pulchre.*
Est vero *bene conciliare*, vili, *male conciliare*, magno pretio emere. Cicero facetissime apud Suet. Caes. 50. *Quo melius emtum sciatis, Tertia deducta est.* Vesterhov.

4. Os — sibi distorsit.] Ex his verbis intelligimus Eunuchum flere, nam flentes solent os distorquere. Islandi hoc vocant, Ad Skiæla sig.

5. Quid huc reditio 'st?] Eleganter ei reditio ob-

Quid narras? [6] paullum si cessassem, Pythias,
Domi non offendissem: ita jam [7] adornabat fugam.
Py. [8] Habesne hominem, amabo? *Ph.* Quidni habeam? *Py.* O factum bene!
Do. [9] Istuc pol vero bene. *Py.* Ubi est? *Ph.* Rogitas? non vides?

Py.

objicitur, qui revera loco se non moverat. Quid vestis mutatio?] Sic veteres. *Plautus* in Trinummo: [III. 2. 83. legendum autem, *concilium*. Vest.]

Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accessio est?

Caecilius ἀρπαζομένη, *Quid tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri?* Vestis mutatio.] Nam liberi vestem habebat, utpote Chaereae: servi vero atque Eunuchi deposuerat. *Donatus.* Quid huc reditio 'st?] Periphrasis per verbalia Comicis usitata. Plaut. Aul. III. 2. 9.

Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio est?

Amph. I. 3. 21.

Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio.

Poen. V. 5. 29. Truc. II. 6. 30. & II. 7. 61. seqq. *Vesterhov.* Paullo aliter quod ad constructionem & sensum dixit Cicero, Fam, VII. 21. *Negare Servium, tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui testamenti factionem non habuerit.* i. e. jus, vel potestatem testamentum faciendi. Item Noster Phorm. II. 1. 63.

6. Paullum si cessassem, Pythias.] Familiare est iratis, avertere se ad aliam personam ab ea, in quam commoveantur. *Donatus.* Exempla vide And. V. 3. 5. seqq. & Phorm. V. 8. 22. *Vesterhov*

7. Juntae, Aldus, Stephanus alique, Ornabat. Editi quidam, Ornarat. Editio an. 1469. Pararat. *Vesterhov.*

8. Habesne hominem, amabo?] Haec omnia Pythias, cernens Eunuchum loquitur. Id enim erit jocundum, ut quaerat illum quem videt. *Donatus.*

9. Quasi dicat Eunuchus: *Ego scilicet sentio quam bene hoc*

Py. Videam? obsecro, quem? *Ph.* Hunc scilicet. *Py.* Quis hic est homo?
Ph. Qui ad vos deductus hodie est. *Py.* Hunc oculis suis
[10] Nostrarum numquam quisquam vidit, Phaedria.
Ph. [11] Non vidit? *Py.* An tu hunc credidisti esse, obsecro,
Ad nos deductum? *Ph.* [12] Nam quem? alium habui neminem. *Py.* [13] Au!
Ne comparandus hic quidem [14] ad illum est: ille erat
Honesta facie & liberali. *Ph.* Ita visus est
Dudum, quia [15] varia veste exornatus fuit:
Nunc

hoc factum sit, quem herus insontem increpat & trahit. Ironia.

10. NOSTRARUM &c.] Αρχαϊσμὸς est figura, pro *nostrum.* vel NOSTRARUM; id est, quae familiae nostrae sint. QUISQUAM.] Antiqua locutio est. *Donatus.* Pro *quaequam*, quod supra ad II. 3. 82. censuit absurdum esse dicere.

11. Interrogatio stuporem admirantis ostendit; & jam veluti consentientis. *Donatus.*

12. Donatus, & Alii, NAMQUE ALIUM &c. Vesterhovius autem ex auctoritate Gifanii in Ind. Lucret. v. *Vutus.* NAM QUEM? edidit. Sub. *crederem deductum.*

13. AU, interjectio est conturbatae foeminae, nec constantis sibi. *Donatus.*

14. Τὸ AD eleganter comparationi inservit. Supra II. 3. 69. *Vesterhov.*

15. De varia Eunuchorum veste insignis est locus Ciceronis de Oratore, cap. 70. *Neque vestis, aut caelatum aurum, & argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximosque multi Eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt.* Eugraphius ad h. l. *Eunuchi veste utebantur versicolore, ut multis coloribus texta fulgerent.* Salmasio autem est alia *varia* vestis, alia *versicolor*; illa ποικίλη, variis coloribus distincta, auroque in-

Nunc eo tibi videtur foedus, [16] quia illam non habet.
Py. [17] Tace obſecro; quaſi vero paullum interſiet.
Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,
[18] Quem tu vero videre velles, Phaedria.
Hic eſt vetus, [19] vietus, [20]. veternoſus, [21] ſenex,
[22] Colore

intertexta; haec colorem ſubinde mutans, atque adeo aliter refulgens, cum aſpicitur, aliter cum ſuſpicitur. Gr. χρῶμα ἀλλάσσον. Varium autem καταστικτον, maculoſum. Plaut. Pſeud. I. 2. 12.

Ita ego voſtra latera loris faciam, ut valide varia *ſint:*
Ut ne periſtromata quidem aeque picta ſint Campanica,
Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

Eadem & *Diſcoloria veſtis* dicta Petronio, Satyr. cap. 97. *Veſterhov.*

16. Q. d. Veſtis virum facit. Gr. Εἷμα τ' ἀνήρ. Veſterhov.

17. TACE OBSECRO.] Apte dictum eſt TACE, foemineo ſtomacho, quaſi impudenter aſſiſtenti [i. e. *patrocinanti Phaedriae.*] formae improbae, & argumenta inaniter pertinaciterque invocanti [i. e. *arceſſenti, allegandi.*] Et bene additur, OBSECRO: ne TACE ipſum, videatur injuria. *Donatus.*

18. QUEM TU VERO VIDERE VELLES.] Viſu pulcherrimus, & gratiſſimus. *Paraphraſtes Delph.* Quem videre profecto erat voluptas.

19. VIETUS.] Mollis, flaccidusque, & flexibilis corpore. Unde & *vimina* & *vimenta*, & *vites*, & *victores* dicuntur. Et *viere*, religare dicitur: quia *vietis* virgis magis religare poſſumus quidlibet. *Lucretius* [III. 384. ſeqq.] *araneae* dixit *vietam veſtem*, id eſt, putri mollitia praeditam. *Donatus.* Donati ἔτυμον firmat Servius ad Virg. Aen. III. 31. Adde Feſtum. *Veſterhov.*

20. VETERNOSUS.] Morbo vetere confectus, id eſt, veterno: quales ſunt qui hydropem patiuntur. Et recte. Nam ſaepe Eunuchi in ſenecta veternoſi ſunt; & cito hoc laborant morbo. *Donatus.* De veterni ſeu lethargi morbo vid. Celſ. III. 20.

 inde

[22] Colore mustellino. *Ph.* Hem, quae haec est fabula?

Eo

inde *veternus* pro supina pigritia, *veternosus* pro inerti & somniculoso. Cic. Fam. II. 13. *Erat in eadem epistola* veternus *civitatis*. Virg. Georg I. 124.

Nec torpere gravi passus sua regna veterno.

Vid. Fest. v. *Veternosus*. ubi Catonem laudat, cui *veternosus* est hydropicus. Verba Catonis: Veternosus *quam plurimum bibit, tam maxime sitit*. Vesterhov.

21. SENEX.] Ex morbo aegritudineque rugosus. SENEX.] Utrum [vere] senex? an quia videtur ob deformitatem? *Donatus*.

22. COLORE MUSTELLINO.] Erravit *Terentius*, non intelligens *Menandricum* illud, ὗτος ἐςὶν γαλεώτης γέρων. [Rob. Stephanus edidit γαλεώτης ἐςὶ τὸ χρῶμα. haud scio, an rectius. *Vest.*] Ait autem Stellionem, animal quod lacertae non dissimile est, maculoso corio. Nempe ad id genus coloris facies exprimitur Eunuchorum corporis, quia plerique lentiginosi sunt. Hinc ergo erravit ideo quia γαλῆ *Mustella* dicitur, γαλεώτης *Stellio*. Ὥς παρ' Ἀριςοφάνει ἐν Νεφέλαις. ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους. Ego Adesionem sequor, qui recte intellexit, *Terentium* scientem, *mustellino colore* Eunuchum dixisse coloratum, veluti sublivido: quia vere Eunuchi, aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallis & hujusmodi occidentalibus: aut ex fuscis, sublividi, ut ex Armeniis, & aliis orientalibus. *Donatus*. Adeo ex mente Donati dicendum fuerat: COLORE STELLIONINO; h. e. maculoso, lentiginoso. Bifetus vero, ad locum Aristophanis Donato laudatur, e Suida *ostendit*, nullum discrimen *esse* inter γαλεώτην & γαλῆν. Vide & quae pro Terentio disputavit Turnebus Adverf. XII. 10. Adde Salmasium Exercit. Plin. pag. 532. edit. Ultraject. & Guyetum ad h. l. Turnebus porro ea, quae ex Aristophane

Eo redigis me, ut [23] quid egerim, egomet nefciam.
Eho tu! emin' ego te? *Do.* Emisti. *Py.* Jube, mihi denuo
Refpondeat. *Ph.* Roga. *Py.* Veniftin' hodie ad nos? negat.
At [24] ille alter venit, * annos natus fedecim,
Quem fecum adduxit Parmeno. *Ph.* [25] Age dum, hoc mihi expedi

Qqq 2 Primum:

phane citantur, de muftela vel fele, non de ftellione intelligenda effe contendit, laudatque Hefychium. Color autem muftelae in ventre nonnihil lividus eft, qualis in Eunuchis & hydropicis cernitur. Belg. *Bleckgeel.* Merito dubites, Terentiumne erroris infimulaverit Donatus, an cum Adefione fcientem COLORE MUSTELLINO vertiffe dixerit. Utrumque enim eft in Donatianis. Si vero Terentius apud Menandrum γαλεάδης γέρων legit, non γαλεώτης, ut exiftimat Donatus, ab omni errore immunis eft, ceu recte cenfet Fr. Hare. *Vefterhov.* COLORE MUSTELLINO.] Nigro fcilicet, qui color eft in muftelis, fupra domorum tecta currentibus. *Eugraph.*

23. QUID EGERIM.] Quod in antiquis quibusdam Libris eft, EMERIM, perveftum videtur, & jam a Ciceronis aevo; qui haud fcio, an huc refpexerit, fcribens Att. I. 19. *Ille alter ita nihil eft, ut plane, quid* emerit, *nefciat.* Sed & EMERIM legiffe videtur Donatus. Praetulerim tamen EGERIM. Sic Phorm. V. 7. 86. & 87. Mf. Lipf. & Edit. 1469. QUOD EGERIM. *Veft.*

24. ILLE ALTER fatis eleganter dicitur. Salluft. Jugurth. 13. *In duas partes difcedunt Numidae. Plures Adherbalem fequuntur, fed illum alterum bello meliores.* Vefterhov. Adde Ciceronem nota praeced. allegatum.

* ANNOS NATUS SEDECIM.] Haec ex conjectura dicit Pythias. Quanquam admodum adolefcentem fuiffe oportet, de quo ita pater, infra V. 6. 16.

an fcit jam ille, quid meretrix fiet? Veft.

25.

Primum: iſtam quam habes, unde habes veſtem? [26] taces?

Monſtrum hominis? non dicturus? *Do.* Venit Chaerea.

Ph. Fraterne? *Do.* Ita. *Ph.* Quando? *Do.* Hodie. *Ph.* Quam dudum? *Do.* Modo.

Ph. Quicum? *Do.* Cum Parmenone. *Ph.* Noraſne eum prius?

Do. Non. nec quis eſſet, unquam audieram dicier.

Ph. Unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? *Do.* Parmeno

Dicebat eum eſſe: is dedit mihi hanc veſtem. *Ph.* Occidi.

Do. Meam ipſe induit: poſt una ambo abierunt foras.

Py. [27] Jam ſatis credis ſobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi?

Jam ſatis certum eſt, virginem vitiatam eſſe? *Ph.* [28] Age nunc, [29] bellua,

[30] Credis

25. Age dum.] Dum, παρέλκον eſt, & adjuvat ex animo loquentem. *Donatus.*. Expedi.] planum fac, quod obſcurum & intricatum eſt. Phaed. III. 14. 6. expedi, *quid feceris.* Inde ſimpliciter pro narrare. Infra V. 6. 20. Pomp. Mela, in Prooem. Graev. ad Juſtin. XLIII. 1. *Veſterh.*

26. Taces?] Et recte tacet: quia metuit Chaeream. Monstrum hominis!] Bene Eunucho dictum eſt Monstrum hominis: hoc eſt, nec mas, nec foemina exiſtens. *Donatus.*

27. Jam satis credis sobriam &c.?] Quia ſupra dixit, Temulenta es: & quaſi gravem injuriam hoc dicto paſſa ſit, memoriter dictum retulit. Ut [Virg. Aen. VII. 452.] *En ego victa ſitu?* & [Aen. XI. 392.] *Pulſus ego?* Donatus.

28. Age nunc.] Vox reprehendentis cum quadam ad-

[30] Credis huic quod dicit? *Py.* [31] Quid isti credam? res ipsa indicat.

Ph. Concede istuc paululum: audin'? etiam nunc paululum. sat est.

Dic dum hoc rursum: Chaerea tuam vestem detraxit tibi?

Do. Factum. *Ph.* Et [32] ea est indutus? *Do.* Factum. *Ph.* Et pro te huc deductus est? *Do.* Ita.

Ph. Juppiter magne! [33] ô scelestum atque audacem hominem! *Py.* Vae mihi!

adhortatione. *Minell.* hortatur forsan ut exspectet parumper, dum rem accuratius ex Eunucho exquirat.

29. BELLUA.] Joculare convicium in mulierem. Aptius in Pythiam, si eam fingas crassam. Sed & Geta ita de semet, Phorm. IV. 2. 11. *Vesterhov.* Possunt tamen illa, AGE NUNC, BELLUA (maxima distinctione post posita) Eunucho dicta videri: nam BELLUA justo gravius convitium est in mulierem, quam irritare nunc non est ex re Phaedriae. Mecum facere videtur Eugraphius.

30. CREDIS HUIC QUOD DICIT?] A personae qualitate derogat fidem. Nam quid credendum est servo Eunucho fugitivo? *Donatus.* Forte non vult derogare fidem Eunucho, ex quo jam contrarium indicium elicere constituit; sed potius tentare vult mentem ancillae, num illius verbis ullam habeat fidem.

31. Rejicere simulat Eunuchi indicium, utpote supervacuum in re tam manifesta. *Paraphrastes Delph.* exponit; *Cur isti non credam?* minus recte, opinor.

32. Mss. plusculi & edd. EAM &c. Ms. Leidens. unus, EAM EST INDUCTUS? Sic infra V. 7. 14. Plaut. Epid. II. 2. 39.

Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam, an
Impluviatam? ut istae faciunt vestimentis nomina. Vesterhov.

33.

Etiam nunc non credis, indignis nos esse irrisas modis?

Ph. [34] Mirum ni tu credis quod iste dicit. [35] quid agam nescio.

Heus! negato [36] rursum. possumne ego [37] hodie ex te exsculpere

Verum? vidistin' fratrem Chaeream? *Do.* Non. *Ph.* Non potest sine

[38] Malo fateri, video: sequere hac: [39] modo ait, modo negat.

[40] Ora

33. O scelestum &c.!] Chaeream scilicet vel Parmenonem. Sed sic pronunciandum est, ut putet ancilla de Eunucho * dici, hoc ipso quod praesto est. *Donatus.* * Edd. Venet. *di ei hoc ipsum, qui praesto est.* Vesterhov.

34. Mirum ni tu credis &c.] Non fere Mirum ni dicitur, nisi sequente indicativo. Sic And. III. 4. 19. Supra II. 1. 24. Heaut. IV. 1. 50. Haec autem ideo dicit Phaedria, quia servo testimonii dictio non erat, utpote cui nulla dicenti haberetur fides, nisi torto. *Vesterhov.* Hoc forsan eget probatione: & quae est stultitia, majorem fidem habere ei qui coactus dicit, quam qui sponte!

35. Hoc seorsum dicit. * Nescio quid agere debeam, ut fratris honorem tuear. *Mincll.*

36. Rursum, retro, id est, e contrario: ac per hoc contrarium superioribus dicito. *Donatus.* Hoc submisse loquitur Eunucho.

37. Hodie addendo, moram Eunuchi ad veritatem fatendum, & contumaciam ostendere vult. * Exsculpere.] Tormenta intendit Doro. Plaut. Cistell. II. 2. 6.
In quaestione vix exsculpsi, *ut diceret.* Vesterhov.

38. Plaut. Truc. IV. 3. 3.
Rogitavi ego vos verberantes & pendentes simul:
Commemini, quo quidque pacto sitis confessae: scio.
Hic nunc volo scire eodem pacto, sine malo fateamini.
Vesterhov.
Malo, cruciatu, tormentis.

39.

[40] Ora me. *Do.* Obsecro te vero Phaedria. *Ph.* I intro nunc jam. *Do.* [41] Oi, ei.

Ph. Alio pacto honeste [42] quo modo hinc abeam nescio.

[43] Actum est, siquidem tu me hic etiam nebulo ludificabere.

Py. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere.

Dor. Sic est. *Py.* [44] Inveniam pol hodie, parem ubi referam gratiam.

39. Modo ait, modo negat.] Testis aut ab adversario convincitur falsitatis: aut a se ipso, si variaverit dicta. Ergo priora quia non potuere convinci, ab inconstantia testis, praesidium defensionis inquisitum est. *Donatus.*

40. Hoc lentius: ut sit causa non saeviendi. *Donatus.* Implora meam clementiam, cruciatus suppliciter deprecare.

41. Bene Oi, ei σχετλιασμὸν rusticum posuit, utpote & servi & novitii. *Donatus.* Plorat inter intrandum in aedes Phaedriae, quasi illic exspectet cruciatum.

42. Quomodo hinc abeam.] Qua ratione me hinc expediam. Idem & *discedere* dixit, Phorm. V. 2. 8. & V. 8. 58. *Vesterhov.*

43. Actum est siquidem.] Hoc rursus clare. Et sic dicit tanquam adhuc iratus Eunucho suo. *Donatus.* Actum est, siquidem tu me — ludificabere.] Varie haec distinguuntur. Nulla interrogatio esse in verbis videtur, neque τὸ Actum est, neque siquidem submisse pronunciandum, quod vulgo jubent Interpretes, sed omnia clare & cum vehementia quadam exprimenda; ut omnis emphasis sit in Tu & Nebulo. Sic Simo de Pamphilo, V. 3. 31. *Vesterhov.* Actum est, Sub. *de te.* Hic, in aedibus. etiam, uti foris. Ludificabere, deludere perges, sc. *verum non fatendo.*

Sed nunc, quid faciendum cenfes, Dorias? *Do.* De iftac rogas
Virgine? *Py.* Ita. [45] utrum taceamne, an praedicem? *Do.* Tu pol, [46] fi fapis,
Quod fcis, nefcis, neque de [47] Eunucho, neque de vitio virginis;
Hac re, & te omni turba evolves, & [48] illi gratum feceris.

Id

44. Eleganter *invenire* pro fcire, [five potius, meditari, excogitare.] reperire, ponitur. Sic Heaut. I. 1. 56. *Vefterhov.* UBI, quomodo.

45. Tertium παρέλκον: abundat enim aut UTRUM, aut NE: aut certe hoc fit, ut fit figura τμῆσις. Donatus. Sic Ovid. Pont. IV. 3. 1.

Conquerar? an taceam?

Virgil. Aeneid. III. 39.

Eloquar? an fileam? Vefterhov.

46. QUOD SCIS, NESCIS.] Non poffumus nefcire, quod fcimus. Sed ita, ut [Horat. Epift. I. 12. 19. & Ovid. Metam. I. 433.] *Concordia difcors*. Et Virgilius [Aen. XI. 695.]

Sequiturque fequentem. Donatus.

TU POL, SI SAPIS, QUOD SCIS, NESCIS.] Locus expreffus e Plauto Mil. II. 6. 88.

Nae tu hercle, fi te Dii amant, linguam comprimes

Pofthac: etiam illud, quod fcies, nefciveris.

Simile ὀξύμωρον eft Bacchid. IV. 6. 21.

nefcio etiam id, quod fcio.

Et II. 3. 90.

Profecto de auro nihil fcio, nifi nefcio.

Mil. II. 4. 16.

Qui plus vident, quam quod vident.

Poffit autem NESCIS dictum videri pro NESCIVERIS. Sic Cic. de Legib. II. 9. *Sacrum, facrove commendatum qui clepfit, rapfitve, parricida efto.* Vefterhov. Heaut. IV. 4. 26.

47. DE EUNUCHO.] Quod Chaerea fit, non Eunuchus. DE VITIO VIRGINIS.] Quod jam mulier facta fit. *Donat.*

48. ILLI GRATUM FECERIS.] Cui, nifi virgini? cujus

Id modo dic, abiisse Dorum. *Py.* Ita faciam. *Do.* Sed videon' Chremem?
Thais jam aderit. *Py.* Quid ita? *Do.* Quia cum inde [49] abeo, jam tum inceperat
Turba inter eos. *Py.* Aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid fiet.

cujus crimen, ut supra, silentio texeris, praesertim tacentis injuriam suam, & sic dolentis amissam virginitatem, ut nec confessionem suae calamitatis subire possit. *Donatus.* Quem vulgo sequuntur Interpretes. Vesterhovio autem Phaedria videtur intelligendus, cui sine dubio gratum faciebat Pythias tacendo vitium virgini per suppositum Eunuchum suum oblatum. & aequum erat, ut ancillae gratum facerent Phaedriae, quo neminem esse Thaidi cariorem noverant, cuique disciplina videtur suisse, remunerari ancillas primum, quoties ad dominam adfectaret viam. Hoc est praecipuum Viri Cl. argumentum: in caeteris parum est roboris, quae adeo non transscribo.

49. Pro, abibam. Sic Virgil. Aen. IX. 266.

Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

Duriusculâ Temporis Enallage.

ACTUS QUARTI
SCENA QUINTA.

CHREMES. PYTHIAS.

Ch. [1] AT at! data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

1. *Hic semigravis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in praesentibus, ut fere adpoti solent.* AT AT.]

Ac dum [2] accubabam, quam videbar mihi esse [3] pulchre sobrius!
Postquam surrexi, [4] neque pes, neque mens satis suum officium facit.
Py. Chremes! *Ch.* Quis est? ehem Pythias. [5] vah! quanto nunc formosior
Videre

AT.] Interjectio est paulatim percepti atque intellecti mali. DATA VERBA.] Fraus facta. *Donatus.* Dubitat ille, an a milite, an a meretrice, an a vino, *verba sibi data* Chremes dicat. maxime vero ad ultimum inclinat, propterea, quod in iis quae sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit adolescens.

2. Libb. quidd. scripti & edd. ACCUMBEBAM. *Vesterhov.*

3. PULCHRE.] Fortiter ac nimis. *Donatus.*

4. NEQUE PES.] Ad incessum. NEQUE MENS.] Ad facta ac dicta. *Donatus.* NEQUE PES, NEQUE MENS — OFFICIUM FACIT.] Sic plus potus apud Menandrum in Ἀῤῥηφόροις, citante Athenaeo:

Ἀνίσαμαι γοῦν τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων.

Surgo enim quatuor capita habens. Juvenal. VI. 300. seqq. Lucret. III. 475. ad 482. Plaut. Pseud. V. 1. 1. ad 3. Ovid. Arte Am. 589. imitatus Nostrum:

Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi:
Officium praestent, mensque pedesque suum.

Fastor. VI. 677.

Nec mora: convivae valido titubantia vino
Membra movent: dubii stantque labantque pedes.

Vetus Epigramma de uva:

Vindicat ipsa suos, quos pertulit uva labores.
Quae pede quod premitur, subtrahit ipsa pedem.

Et οἶνος φρένας ἔχειν dicitur Graecis. *Vesterhov.*

5. VAH! Interjectio admirantis. *Minell.* QUANTO NUNC FORMOSIOR VIDERE MIHI &c.!] Theocr. Idyll. VI. 19.

ἦ γὰρ Ἔρωτι
Πολλάκις, ὦ πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

certe

Videre mihi, quam dudum! *Py.* Certe tu quidem pol [6] & multo [7] hilarior.

Ch. [8] Verbum hercle hoc verum est, [9] *sine Cerere & Libero friget Venus.*

Sed Thais multo ante venit? *Py.* Anne abiit jam a milite?

Ch. [10] Jamdudum: aetatem. lites sunt inter eos maxumae.

Py.

certe enim Amori
Saepe, ô Polypheme, non pulcra pulcra videntur. Vest.

Dudum.] Paulo ante. *Minell.*

6. Forte ad Pol subaudiendum est *Formosior*, commate postposito: hoc videtur velle sequens particula Et; quae tamen per *etiam* exponi potest.

7. Muretus Donatum secutus Alacrior legit. quod & Libri quidam exhibent. *Vesterhov.* Honorificè, non dixit, temulentior, aut lascivior, sed *alacrior.* Donatus.

8. Verbum.] Proverbium, ut idem in Andria: *Verbum illud verum est, vulgo quod dici solet.* Donatus.

9. Sine cibo & potu seu vino amor languet. *Minell.* Cic. de Natur. Deor. Lib. II. 23. *Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo illud Terentii,* Sine Cerere et Libero &c. Theo in Arat. Καὶ ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μεθ' ἀλλήλων εἶναι. Lindenbrog. Apposita & plane παράλληλα habet Erasmus in Adag. Crates apud Diogen. Laërtium:

Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος

Fames amorem finit, aut dies

Plaut. Casin. IV. 3. 5.

Nihil facio tibi, Amor, pericli: mibi inanitate Jamdudum intestina murmurant.

Ovid. Arte Am. I. 244.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit. Vesterhov.

10. Jamdudum: Aetatem.] Quia Jamdudum infinitae morae est, addit aetatem, ut ostendat multum abiisse temporis, ut factum est.

Py. Nihil dixit tum, ut ſequerere ſe? *Ch.* Nihil,
nisi abiens [11] mihi innuit.
Py. Eho nonne id ſat erat? *Ch.* At neſciebam [12]
id dicere illam, niſi quia
[13] Correxit miles, quod intellexi minus: nam me [14]
extruſit foras.

Sed

eſt. JAM DUDUM: AETATEM, pro longinquo tempore. *Lucilius*,

Ut multos menſesque dies-
que,
Non tamen aetatem.

AETATEM.] Diu, longinquoque tempore & prolixo, ut eſt aetas. Nam ſic dicimus de die & *dieculam*, aliquantulam moram. *Donat.*

11. MIHI INNUIT.] Inter ſigna, quibus meretrices ſuis ſe amatoribus adprobare nituntur, oculorum hi nutus, quos νεύματα δόλια Cyrillus vocat, maxime obſervantur. Ennius apud Iſidor. Origin. Lib. I. cap. 25.

Alium tenet, alii adnictat,
alibi manus
Eſt occupata.

Id propter non neglexit Plautinus Diabolus, dum amicae leges praeſcribit, in Aſinaria IV. 1. 39.

Neque illa ulli homini nutet,
nictet, annuat.

Sic amatorium erat os alicui ad ſvaviandum formare. *Lindenbrog.* Erga me capite nutavit: non enim ulla cauſa eſt, cur hoc ad ſolum oculorum nutum cum Lindenbrogio reſtringere. Nutando autem ſignificavit Chremeti Thais, ut ſequeretur ſe; ſed Miles id in amoris ſignum accepit, & ideo tardam Chremetis intelligentiam exturbatione correxit.

12. DICERE pro velle vel ſignificare. Sic alibi,

Quaſi tu dicas id factum con-
ſilio meo. Donatus.

Dici etiam dicuntur, quae geſtu ſignificantur aut nutu. Sic ſupra II. 2. 44. *Veſterhov.*

13. Planum fecit, explicuit: aut, CORREXIT, QUOD INTELLEXI MINUS, ſuccurrit tarditati meae, ſupplevit intelligentiae meae defectum.

14. EXTRUSIT FORAS.] Ob δόλιον νεῦμα Thaidis, ut re-

Sed eccam ipsam : miror [15] ubi ego huic antevorterim.

rebatur miles. Phaedr. V. 7. 39.
Ab universis capite est protrusus foras. *Vester hov.*

15. Ubi, in qua parte viae. Huic antevorterim, hanc praecesserim. *Donatus.*

ACTUS QUARTI

SCENA SEXTA.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

Th. [1] CREDO equidem illum jam adfuturum esse, ut illam a me eripiat. sine veniat! Atqui [2] si illam digito attigerit uno, [3] oculi illico effodientur.

[4] Usque

1. Credo equidem illum jam adfuturum esse, ut illam &c.] Vides ut ex ipsis appareat verbis, quam concita [Edd. antiquiss. *concitata*. Vest.] & recens a litigio veniat Thais. Itaque nec nominat militem, nec virginem : sed pronomine utrumque significat, quasi in medio constituta negotio. Adfuturum esse.] Id est, adventurum : ut [Virg. Aen. X. 143.] *Affuit & Mnestheus.* Donatus.

2. Si illam digito attigerit uno.] Moris comminantium est, ad exiguum revocare commissa, quae se ulturos praedicent. *Donat.* Proverbialiter dictum, pro, levissime attigerit. Plaut. Pers. V. 2. 15.
Ne sis me uno digito attigeris, *ne te ad terram, scelus, affligam.*
Rud. III. 4. 15.
Agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo *modo.*
Eodem sensu dixit Servator Luc. XI. 46. Αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύ-

[4] Usque adeo ego illius [5] ferre possum ineptias, & [6] magnifica verba,
[7] Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.
Ch. Thais, ego jam dudum hic [8] adsum. *Th.* O mi Chreme, te ipsum [9] expectabam.
Scin'

ψαύετε τοῖς φορτίοις. Vesterhov.

3. Oculi illico effodientur.] Et foemineae minae sunt, & in libidinosos quam maxime: Nam hunc suspicatur amatorem esse virginis. In oculos autem maxime saevire foeminas, & Tragoediae fere omnes, & Comoediae protestantur. *Donatus.* Supra, IV. 3. 6. *Vesterhov.*

4. Usque adeo.] In tantum. *Minell.* Tamdiu.

5. Quam insuavis jam diu sit, ostendit, dicendo, Ferre possum. *Donatus.* Illius ferre possum ineptias.] Imitatus Cicero Att. XII. 36. *Hae mihi ineptiae, fateor enim, ferendae sunt.* Vesterh. Stultas vivendi rationes. *Minell.* Absurditatem, aut vanitatem.

6. Magnifica verba.] Proprie de glorioso & jactabundo milite. Plaut. Curc. IV. 4. 18. ad 24. Virgil. Aen. X. 547.

Dixerat *ille* aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat, coeloque animum fortasse ferebat.

Liv. XXV. 22. *Quibus Annibal* magnifice *respondit.* Tibull. II. 6. 2.

Magna loquor: sed magnifice *mibi* magna *locuto*
Excutiunt clausae fortia verba *fores.* Vesterh.

7. Verba dum sint.] Hoc est, quae vim non admisceant rerum. Si ad rem conferentur.] Si discesserit a verbis, & rem experiri coeperit. Et bona locutio: ut si dicas, Verba ad rem contulit, hoc est, agere, quod dicebat, aggressus est. *Donatus.* Si ad rem conferentur.] Si exsequatur, quae minatus est. Verba enim & Res opponuntur. Vid. Heaut. IV. 1. 23. Adelph. II. 1. 10. *Vesterbov.*

8.

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeo
ad te attinere hanc
Omnem rem? *Ch.* Ad me? [10] qui? quasi istuc!
Th. Quia dum tibi sororem studeo
[11] Reddere & restituere, [12] haec atque hujusmodi
sum multa passa.
Ch. Ubi ea est? *Th.* Domi apud me. *Ch.* [13] Hem!
Th. [14] Quid est?

Educta

8. Mss. Lips. Sum. *Vesterhov.*

9. Mss. Boecleri, cum Mark. & Lips. item Editiones omnium antiquissimae, & Antesignani, Exspecto. *Vesterhov.* Si legatur Exspecto, sensus forte erit, *exspecto quid tu in hoc negotio sis facturus*, aut, *exspecto praesidium tuum in hoc periculo*. Sin Exspectabam legatur, aut idem erit sensus, si *defensorem*, seu, *affore mihi* subaudiatur: aut Thais dicit, se in via frustra praestolatam esse Chremetem; aut ait eum *exspectatum*, i: desideratum, *sibi adesse*, gratulaturque sibi de ejus praesentia. Cum hic locus, mihi saltem, non sit satis liquidus, fidelem agere volebam interpretem, hasce conjecturas adscribendo.

10. Qui? quasi istuc!] Fabrini subaudit, *Fecerim*. Latomus, Guyetus, alii, *Moverim*. Malim, *Credam*. Editio an. 1469. Quasi ego istuc. Acidalius legit, Qui quaeso istuc? cujus lectionem ipse Terentius firmat. vid. Heaut. III. 3. 1. & Hec. IV. 2. 12. *Vesterh.*

11. Reddere et restituere.] Proprie *redditur* cupientibus, ut domino servus. *Restituitur* cupiens, ut patriae civis: *Redditur* & *restituitur* cupiens cupientibus, ut parenti filius. Ergo in hac utrumque est, & reddi & restitui. *Donatus.* Cic. pro Domo cap. 28. *Utrum me patria sic accepit, ut lucem, salutemque redditam sibi, ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum?* Vesterhov.

12. Haec atque hujusmodi &c.] Mulier facunda meretrix, haec imputat adolescenti quae vidit, & alia, quibus non interfuit. *Donat.*

13.

Educta ita, ut teque illaque dignum eſt. *Ch.* [15] Quid ais? *Th.* Id quod res eſt.

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa quidquam abs te pretii.

Ch. [16] Et habetur, & [17] refertur, Thais, a me, ita uti merita es, gratia.

Th. At enim cave, [18] ne prius, quam hanc a me accipias, amittas, Chreme.

[19] Nam

13. HEM!] Extimuit adoleſcens, cum ſororem ſuam in domo meretricis eſſe audivit: cui rei ſtatim occurrit Thais. *Donatus.*

14. Quid perturbaris? *Minell.*

15. QUID AIS?] Recte: quia mirum apud meretricem liberaliter [eſſe] educatam. *Donatus.* Admiratur & dubitat adhuc. *Minell.*

16. ET HABETUR ET REFERTUR, THAIS, A ME.] Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit. *Retulit* qui deſtitit habere. Multum ergo hic dixit, & HABETUR GRATIA ET REFERTUR. Quem ſenſum tranſtulit *Salluſtius* in bellum Jugurthinum [cap. 110.] *Arma, pecuniam, ſume, utere: & quoad vixeris, numquam redditam tibi gratiam putâris, ſemper apud me integra erit.* Donatus. *Gratiam habemus*, animo & voluntate, *Gratiam referimus* vel *reddimus*, factis. Cicero ad Terentiam [Epiſt. IV. num. 4.] *Huic utinam aliquando gratiam referre poſſimus: habebimus quidem ſemper.* Popma. Cic. Fam. V. 11. 1. *Cognovi te gratiſſimum omnium. — nec enim tu mihi* habuiſti *modo* gratiam, *verum etiam cumulatiſſime* retuliſti.

17. Faërnus ex Lib. Bemb. & aliis antiquis Libris aſſerit, REFERETUR. Et ſane ſenſus ita poſtulat. Neque enim verbis refertur gratia, ſed re ipſa. Et eſt in Mſſ. Leidens. quatuor, & Lipſ. *Veſterhov.*

18. NE PRIUS, QUAM — ACCIPIAS, AMITTAS.] Cic. Fam. IV. 5. *Quid horum fuit, quod non prius, quam datum eſt, ademtum ſit?* Veſterhov.

[19] Nam haec ea'ſt; quam miles a me vi nunc ereptum venit.
Abi tu, ciſtellam, Pythias, domo [20] effer cum monumentis.
Ch. [21] Viden' tu illum, Thais? *Py.* Ubi ſita 'ſt? *Th.* [22] In riſco. odioſa ceſſas?

Ch.

19. Nam haec ea est', quam miles &c.] Non ad deterrendum, ſed ad praeparandum animum adoleſcentis haec dicit, quem audacem putat, aliter ac res ipſa eſt. *Donatus.*

20. Mſ. Mark. Affer. *Veſterhov. Monumenta* ſunt, quae Graeci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Donatus. Infantes antiquitus, cum alienae miſericordiae exponebantur, moris erat ἐπισήμοις quibusdam donis muneratos, eos relinquere: quae Graeci γνωρίσματα, Latini *Crepundia* vel *monumenta* vocant. Plaut. Rud. IV. 4. Velut Apulej. in Apol. Crepundia *ſacrorum* dixit, quae ibidem *monumenta*, *ſigna*, & *memoracula ſacrorum* vocat. Idcirco vero dabantur, ut eſſent ſigna, quibus meliori tempore agnoſcerentur. At vero non ſic tantum cum munuſculis, immo etiam inuſtis in cute notis ſaepiſſime abjiciebantur, agnitionis indicium praebituris. Velut de Oedipo legimus apud Mythologos, & Trogi Juſtinum Lib. XLIV. 4. de Habid. *Lindenbrog.* Vid. Heaut. IV. 1. 36. ſeqq. Sunt & qui Monumenta literas interpretantur, in quibus vel de civitate Attica, vel de haereditate Pamphilae perſcriptum fuerit. *Veſterhov.*

21. Longe videre, timoris eſt indicium. *Donatus.*

22. In risco.] Ciſta pelle contecta: nomen Phrygium. *Donatus. Riſcum* ciſtellae genus de vimine factum, & tectum corio intelligimus. *Eugraph.* Nonius exponit *Loca in parietibus anguſta.* Polluci autem Lib. X. cap. 31. Ῥίσκος eſt in repoſitoriis veſtium muliebrium, auctoritate Antiphanis: *Veſterh.*

Ch. Militem ſecum [23] ad te quantas copias adducere?
Atat. *Th.* Num [24] formidoloſus obſecro es, mi homo? *Ch.* [25] Apage ſis,
Egon' formidoloſus? nemo 'ſt [26] hominum, [27] qui vivat, minus.
Th. Atque ita opus eſt. *Ch.* Hau! metuo, [28] qualem tu me eſſe hominem exiſtumes.
Th Immo hoc cogitato; quicum res tibi eſt, [29] peregrinus eſt;
Minus [30] potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens.
Ch. Scio iſtuc. Sed tu *quod cavere poſſis, ſtultum* [31] *admittere 'ſt.*
Malo ego nos [32] proſpicere, quam hunc ulciſci, accepta injuria.

Tu

23. Mſ. Lipſ. ATQUE. *Veſterhov.* QUANTAS, pro, ingentes. niſi malimus τὸ ADDUCERE Anacoluthon eſſe, quod & bene convenit orationi hominis ebrii & timidi.

24. FORMIDOLOSUS, & terribilis, & timidus intelligitur. *Donatus.* MI HOMO, increpantis modò eſt.

25. Diſcede, ſi placet, cum iſta ſuſpicione: i. e. aufer eam, noli id ſuſpicari.

26. Mſ. Mark. OMNIUM. Mſ. Lipſ. HOMO, omiſſo, EST. *Veſterhov.*

27. Mſſ. quidam, QUI METUAT MINUS. *Veſterhov.*

28. METUO QUALEM TU ME EXISTUMES, nove dixit: pro, *metuo ne ignara ſis* [ſc. *qui vir ſim*] Donatus. Vel, metuo ne me aliquem homuncionem eſſe credas.

29. PEREGRINUS.] Cui adeo difficiles lites in loco alieno. Sic And. IV. 5. 15. *Veſterhov.*

30. MINUS POTENS.] Quod ad divitias attinet. *Minell.*

31. ADMITTERE.] Fieri ſinere. Et melius dixit, quam *Pati.* hoc generale eſt. Nam nunc ADMITTERE, *pati fieri* ſignificat. *Donatus.*

32. PROSPICERE.] Providere ne fiat: id eſt, proſpi-

Tu abi, atque obſera oſtium intus, ego dum hinc
[33] tranſcurro ad forum.
Volo ego adeſſe hic advocatos nobis in turba hac.
Th. Mane.
Ch. Melius eſt. *Th.* Mane. *Ch.* [34] Omitte: jam
adero. *Th.* Nihil opus eſt [35] iſtis, Chreme:
Hoc modo dic, ſororem illam tuam eſſe, & te par-
vam virginem
Amiſiſſe: nunc cognôſſe: ſigna oſtende. *Py.* Ad-
ſunt. *Th.* Cape.

ſpicere & cavere. ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. *Donatus.* L. ult. Cod. in quibus cauſ. in integr. reſt. neceſ. non eſt. *Melius intactam cauſam ſervare, quam poſt vulneratam remedium quaerere.* Veſterhov.

33. TRANSCURRO dixit, non *Curro:* ut proximitatem fori oſtenderet. *Donatus.* TRANSCURRO AD FORUM.] In foro nimirum cauſidici obambulabant, exſpectantes cui advocationem, linguaeque venale ſervitium venderent. De hiſce forenſibus Cerberis Ammian. Marcell. Lib. XXX. *Videre eſt per eos omnes tractus violenta & capaciſſima genera hominum, per fora omnia volitantium* &c. *Lindenbrog.* Iidem hinc ἀγοραῖοι dicti. Adde inſignem locum e Cicerone, de Orat. III. 33. *M. vero Manilium nos etiam vidimus transverſo* ambulantem foro: *quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam: ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes domi, ſic adibatur, non ſolum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negotio referretur.* Ubi vide Jac. Lud. Strebaeum, p. 506. & Gul. Budaeum ad Pand. annot. pr. pag. 164. *Veſt.*

34. OMITTE: JAM ADERO.] Ex hujus [hiſce, malit Veſterhovius] verbis apparet, etiam manu comprehenſum eſſe adoleſcentem. *Donatus.*

35. ISTIS.] Advocatis. *Veſterhov.*

Si vim faciet, in jus ducito hominem: intellextin'?
Ch. Probe.
Th. [36] Fac animo haec praesenti dicas. *Ch.* [37] Faciam. *Th.* [38] Attolle pallium.
Perii!

36. FAC ANIMO HAEC UT PRAESENTI DICAS.] Haec non dicerentur a Thaide, nisi in illius vultu pavor nimius appareret. *Donatus.* PRAESENTI.] H. e. intrepido & constanti. Sic Phorm. V. 7. 64. Quidam Libri cum Donato: UT PRAESENTI. *Vesterhov.* HAEC, quae militi ut diceres, tibi praecepi.

37. FACIAM.] Adjuvandum pronunciatione: FACIAM enim, timide dictum est. *Donatus.*

38. ATTOLLE PALLIUM.] Vel quia simplex est, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes. *Donatus.* ATTOLLE PALLIUM.] Haec intelligi nequeunt, nisi formam pallii noris. Erat vero non aliter atque toga ad pedes demissum, sed & satis laxum; ut sinum etiam haberet, aeque ac toga. Phaed. V. 5. Qui vero expedire se volebant, ad cursum, aliamve rem agendam, aut deponebant pallium aut attollebant. Quod Plautus Capt. IV. 1. 12. dicit *Conjiciam in collum pallium.* Mox, IV. 2. 9. *Collecto quidem est pallio. quidnam acturu'st?* Ad quae verba notat Boxhornius: *Pallium collectum opponitur fluido. Hoc otiosae deambulationis est; illud eorum, qui gnaviter & celeriter aliquid acturi sunt.* Atque adeo haud opus cum Donato dicere, Chremetem prae simplicitate vel ebrietate traxisse pallium; aut cum Farnabio, pallium Chremeti humeris delapsum. Scilicet, quod more otiose ambulantium ad pedes demissum erat, *attolli*, h. e. colligi vult Thais, ut expeditior esset Chremes. Unde & in Mf. Lipf. suprascriptum: *praepara te ad resistendum.* Vid. Phorm. V. 6. 4. Quanquam & *Sustolli* amiculum dicitur, quod trahi, σύρεσθαι, defluere videtur. Plautus Cistell. I. 1. 117. Poen. I. 2. 136. Ovid. Amor. III. 2. 25.

Sed

Perii! huic ipsi est opus [39] patrono, quem defensorem paro.

Sed nimium demissa jacent tibi pallia terrae.
Collige; vel digitis, en, ego tollo meis.
De Arte Am. I. 153.
Pallia si terrae nimium demissa jacebunt;
Collige, & immunda sedulus effer humo. Vest.
39. De origine Patronorum & Clientum vide Dion. Halic. Lib. I. & Plutarch. in Romulo. Tum, quo ordine Romae habiti sint clientes, differit Gellius, V. 13. Hinc porro factum, ut patronus & cliens etiam in judiciis vocentur, & patronus notet defensorem seu caussidicum, uti h. l. *Vesterhov.* PARO, destino.

ACTUS QUARTI

SCENA SEPTIMA.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

Thr. HANCCINE ego [1] ut contumeliam tam [2] insignem in me accipiam, Gnatho? Mori

1. UT.] Abest a quibusdam Libris. Est autem particula apta indignanti. Horat. Serm. II. 5. 18.
Ut ne tegam spurco Damae latus?
Idem Epod. XVII. 56.
Inultus ut tu riseris. Vest.
2. CONTUMELIAM TAM INSIGNEM.] Suet. Caes. 79. *Adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam,* &c. Dicuntur autem proprie *insignes*, qui aliqua corporis parte sunt notabiles. Lucil. Lib. XII. Insignis *varis cruribus*. Curt. IX. 1. *Si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent.* Unde ad laudem & vituperium trans-

Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce; sequimini.
Primum aedeis [3] expugnabo. *Gn.* Recte. *Thr.* Virginem eripiam. *Gn.* Probe.
Thr. [4] Male mulcabo ipsam. *Gn.* Pulchre. *Thr.* In medium huc agmen [5] cum vecti, [6] Donax:
[7] Tu, Simalio, in sinistrum [8] cornu: tu, Syrisce, in dexterum.

[9] Cedo

transfertur. Infra V. 6. 31. *Vesterh.* ACCIPIAM, inultus patiar. Phraseolog. Dan. Skull jeg drikke saadan en stor Spot i mig Lat. *Devorem*, o: dissimulanter & patienter feram. quando praecedens, IN ME, non ad CONTUMELIAM, ut vulgo fit, referetur, sed ad ipsum verbum ACCIPIAM.

3. Vi capiam. *Paraphrast. Delph.*

4. MALE MULCABO IPSAM.] Sic Adelph. I. 2. 10. Vide omnino, quae de hujus vocis etymo & usu disputat Gronovius pater ad Liv. XXVIII. 30. & ad Plaut. Stich. III. 1. 19. denique Observ. IV. 24. Attius, Amphitryone:

Male a me vis mulcari exemplis omnibus? Vesterhov.

IPSAM.] Thaidem.

5. Sc. *procede.* Minell. CUM VECTI.] *Vectis* est lignum teres & oblongum; praeterea est instrumentum ferreum & militare quo perfodiuntur parietes. *Paraphrast. Delph.* Erat *Vectis* palus ferreus, quo perfodiebantur muri vel parietes, expugnandi vel furandi gratia. Lucil. Lib. XXVIII.

Vecte *atque ancipiti ferro effringam cardines.*

Inde *Vecticularii* & *vecticulariam facere* dicti, sed & *perfossores parietum* apud ICtos τοιχωρύχοι. Festus in v. *Vectumam.* Vesterh.

6. DONAX.] Mire composita ad contemtum nomina legionariorum sunt. Nam DONAX ab arundine, veluti sit inanis & fragilis, nomen sortitus est. *Donatus.*

7. TU, SIMALIO, IN SINISTRUM: &c.] Hic agmen instruitur. SIMALIO.] A simio, val a simia derivatum est, ob foeditatem oris vel nasi. *Donatus.* SINISTRUM.] MS.

⁹ Cedo alios: ubi [10] centurio est Sanga, & [11] manipulus furum. *Sa.* [12] Eccum adest.

Rrr 4 *Thr.*

Mſ. Lipſ. SINISTRO. Et mox, DEXTERO., *Vesterhov.*

8. CORNUA erant latera aciei, ita dicta quod prominerent. *Paraphraſt. Delph.* Quod autem inter utrumque *cornu* eſt, dicitur *media acies.* Minell. CORNU.] Vide omnino Lipſium de Militia Rom. Lib. IV. Dial. 6. *Vesterhov.* *Cornua aciei* in Hiſtoriis noſtris * antiquis dicuntur Fylkingar armar, q. d. brachia aciei: *Media* autem *acies* dicitur Brióſt Fylkingar, q. d pectus aciei; ſane quam eleganter.

9. Fac accedant alii. Hoc dicit Gnathoni ſuo. niſi malimus abſolute dictum intelligere, pro, *ubi ſunt alii?* * Non *reliquos* dixit, ſed ALIOS, quaſi multi ſint. *Donatus.*

10. CENTURIO.] Horum ſinguli ſingulis centum peditibus praeerant, bini ſingulis manipulis. Erat autem munus eorum ferme ejusmodi, quale eſt hodie eorum, quos *Sergents* vocamus, licet conferri ſoleant cum *Capitaneis* noſtris. Ipſi enim ſua manu verberabant milites; eratque inſigne eorum vitis ſeu baculus flexibilis. Tacit. Annal. I. 23. Praeerant iidem vigiliis & operibus militum; nec intererant conſilio militari, niſi omnium Centurionum primus. *Vesterhov.* In legione erant ſexaginta centuriae, manipuli triginta, cohortes decem. *Paraphraſtes Delph.*

11. MANIPULUS proprie eſt militis. Cum Romani & Latini ſub uno Centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum vel coronam ex *manipulo* herbae, vel hujusmodi, conficiebant, quem pro ſigno ſequebantur. Merito ergo Centurionem videns, manipulum deſideravit: hoc eſt coquum videns, convivas deſiderat.— Alii MANIPULUM FURUM, coci diſcipulos eſſe putant. *Donatus.* MANIPULUS.] Etymon dat Ovidius Faſt. III. 115. de ſignis militaribus:

Illaque de foeno, ſed erat reverentia foeno,
Quantum nunc Aquilas cernis habere tuas.
Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:

Unde

Thr. [13] Quid, ignave? [14] peniculon' pugnare, qui istuc huc portes, cogitas?

Sa.

Unde maniplaris *nomina miles habet.*
Quo respiciens Isidorus Orig. XVIII. 3. inquit: *Sub Romulo autem fasciculos foeni pro vexillis militaribus habuerunt. Hinc & Manipuli appellantur.* Manipulos *enim dicimus fasces foeni, quod manum impleant.* Varro autem de L. L. lib. IV. *Manipulos* exercitus vocat minimas manus, quae unum sequuntur signum. Dubium ἔτυμον facit idem Isidorus, Orig. IX. 3. Manipulus *ducentorum est militum.* Manipuli *autem dicti sunt milites, sive quia bellum primo manu incipiebant, sive, quod antequam signa essent,* manipulos *sibi, i. e. fasciculos stipulae vel herbae alicujus pro signis faciebant; a quo signo* manipulares *milites cognominati sunt. De quibus Lucanus* I. 296.
Convocat armatos extemplo ad signa maniplos. *Vest.*
Coqui pro furibus olim habiti. Plautus Aul. III. 6. 15. ad 17. Idem in Pseud. III. 2. 1. & 2. *Lindenbrog.* ad Donati notam extremam. *Fures* hic dicuntur servi, & fures nonnunquam pro servis accipi scripsit Servius ad illud carmen Virgilii [Ecl. III. 16.]
Quid domini facient, audent cum talia fures?
Saepissime tamen *Fures* apud Comicos intelliguntur servi culinarii. Forte fossores intelligit, & cuniculos agentes ad avertenda [nonne, evertenda?] moenia. Sangam, qui coquus erat, vocat Centurionem, tanquam aliis honoratiorem. *Paraphrastes Delph.*

12. *Sa.* ECCUM ADEST.] Mſ. Lipſ. *Gu.* SANGA ECCUM ADEST. *Vesterhov.* Neque aliter videtur Donatus legisse, annotans: ECCUM ADEST, *Pro se ac pro discipulis Sanga.*

13. QUID? IGNAVE?] Apparet, coquum ad repentinum strepitum sic exisse, ut ad artem suam fuerat expeditus. *Donatus.*

14. PENICULON' PUGNARE.] Glossar. *Peniculum* σπογγεῖον, σπογγάριον: quo quidem ad vulnera sive abstergenda, sive obliganda uti solere, ex medicorum libris

Sa. Egon'? Imperatoris virtutem noveram, & [15] vim militum:
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, * qui abſtergerem vulnera.
Thr. Ubi alii? *Sa.* [16] Qui, malum, alii? [17] ſolus Sannio ſervat domi.

libris ſatis notum. Apulejus Miles. 1. *Quod vulnus, qua maxime patebat, ſpongia offulciens.* Ulpian. l. 12. §. 22. ff. de inſtr. & inſtrum. *Perticae, quibus araneae detergantur: item ſpongiae, quibus columnae, pavimenta, podia extergantur.* Lindenbrog. Cic. Fam. IX. 22. *Caudam antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem* penicillus. *At hodie* penis *eſt in obſcenis.* Porro autem *peniculum* dicebant ſpongiam oblongam, qua rebus abſtergendis utebantur. Plaut. Menaechm. I. 1. 1.

Juventus nomen fecit Peniculo *mihi,*
Ideo, quia menſam, quando edo, detergeo.

Illuſtriſſ. Scaliger de cauda bubula exponit. *Veſterhov.*

15. VIM.] Robur. *Paraphraſtes Delph.*

* Sub. *peniculum iſtuc portabam.*

16. QUI, MALUM.] MALUM, per παρένθεσιν ſuaviter infertur. Et non interponitur MALUM, niſi oculis converſis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. *Donatus.*

17. SOLUS SANNIO SERVAT.] Haec figura παρόμοιον dicitur. *Donat.* Nam hae tres voces ab una litera incipiunt. Sic Virg. Aen. II. 84.

Inſontem, infando indicio.

* SERVAT DOMI.] Pro remanet, ut obſervet. Nam SERVAT DOMUM, rectum erat: non SERVAT DOMI, ſi *cuſtodit* intelligeretur. Vel SERVAT, pro ſedet: ab eo quod ſequitur, id quod praecedit. Nam non *ſervat*, niſi qui prius in eo loco ſederit. *Donatus.* Dixit DOMI, uti Plautus Amph. I. 1. 196.

quia nos eramus peregre, tutatu' eſt domi.

Moſtell. II. 2. 21.

natus nemo in aedibus
Servat, *neque qui recludat, neque qui reſpondeat.*

Ovid.

Thr. [18] Tu hosce instrue: hic ego ero [19] post principia: [20] inde omnibus signum dabo.

Gn. Illuc est sapere! ut hosce instruxit, [21] ipsus sibi cavit loco.

Thr. [22] Idem hoc jam Pyrrhus factitavit. *Ch* Viden' tu, Thais, [23] quam hic rem agit?

Ni-

Ovid. Metam. I. 625.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
Inde suis vicibus capiebant bina quietem;
Caetera servabant, *atque in statione manebant.* Vest.

18. Tu, Sanga. Hosce, fures, manipulares tuos. Instrue, in ordinem dispone.

19. Post principia.] Magnifice ad risum commovendum. Nam dicere debuit, *post vos.* Et hunc locum sibi optimum elegit, ut timidus. Post principia.] Militare dictum est. Et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. *Donatus.* *Principia* dicuntur acies & frons prima exercitus. Ita *post principia*, est postremae aciei pars. *Eugraph.* Hic ego ero post principia.] Recte cepit Antesignanus, vertens. *Je serai icy après les plus forts, & ceux de la premiere bande.* Fabrini: *Io saro qui doppo i Principi de le squadre.* Sane ipsi Principes, h. e. genus militum inter hastatos & triarios seu pilanos medium in acie *Principia* dicta. Tac. Hist. I. 48. Non. v. *Mandare*, II. 516. Post principia *paulatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant.* Adde Vegetium I. 20. atque ibi Stevechium. Turnebus Advers. III. 9. intelligit locum Triariorum, qui erat ultimus in acie, atque adeo opportunissimus fugae. *Vesterhov.*

20. Inde omnibus signum dabo.] Tanquam non omnibus dari possit, si aliunde detur. *Donatus.*

21. Ipsus sibi cavit loco.] An Loco simpliciter, quia *post principia?* an Loco, in loco, opportune & εὐκαίρως? An pro, *de loco?* Donatus. Mss. Graev. Ipsus sibi cavit locum. Et supra scriptum, *cautus elegit.* Vesterhov. Ipse sibi loco tuto consuluit. *Minell.*

22.

Nimirum consilium illud rectum est de occludendis aedibus.

Tha. [24] Sane, quod tibi nunc vir videatur esse hic; [25] nebulo magnus est.

Ne

22. IDEM HOC JAM PYRRHUS FACTITAVIT.] Irridet quidem Poëta: veruntamen ostendit, officium Imperatoris hoc esse, ne se in periculum projiciat. Pyrrhus autem peritissimus stratagematων fuit: primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. *Donatus*. Comparatio gloriosa & ridicula cum Pyrrho Epirotarum Rege, altero illo militari gloria Ducum post Alexandrum Magnum, judicio Hannibalis; sed & aciei instruendae, & castrametandi arte incluto. In pluscculis autem. Codd. haec verba Gnathoni tribuuntur. *Vesterhov.*

23. QUAM HIC REM AGIT.] Quid miles agere intendat. Thais & Chremes videntur in aliquo Scenae angulo esse constituti; non enim in domo, quod Minellius arbitratur.

24. SANE, QUOD TIBI NUNC VIR VIDEATUR ESSE HIC, NEBULO MAGNUS EST.] Elliptica loquendi ratio, in qua explicanda multus est Donatus, eumque sequuti Scioppius & Boeclerus. Sensus est: *Sane, quod tibi vir nunc videatur esse hic, id non est; nebulo magnus est.* Heaut. I. 2. 30.

Et quod *illum insimulas durum*, id non est.

Vide Boecleri Chrestomath. v. *Quod.* Sunt vero Libri, in quibus est, SANE, QUI TIBI NUNC VIR VIDETUR ESSE, HIC NEBULO MAGNUS EST. *Vesterhov.*

25. NEBULO, vel inanis, vel vanus, vel mollis, ut est nebula. *Donat.* Notanda ἀντίθεσις [inter *Virum*, & *Nebulonem.*] Gallis NEBULO est *un poltron.* Lucilius apud Non. v. *Nebulones*:

Nugator quidam, ac nebulo *sit maximu' multo.*

Quod autem NEBULO MAGNUS dixit, id Galli & Belgae imitantur. Scaliger in Conjectaneis observat, veteres *Magnum* vocasse stolidum & ineptum. Ita μέγας apud Aristoph. Lucilius, Sat. incerta:

Ne-

Ne metuas. *Ch.* [26] Quid videtur? *Tha.* [27] Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu [28] illos procul hinc ex occulto caederes: [29] facerent fugam.

Thr.

Nequam & magnus homo, lanionum immani' canes ut. Vesterhov.

26. QUID VIDETUR?] Haec verba Donatus, & alii Interpretes, Militi tribuunt. a quibus discessit Vesterhovius, nulla auctoritate vel ratione adducta; nisi forsan petenda haec sit ex Nota illius sequenti. Interim subaudio; *tibi de agmine.*

27. FUNDAM TIBI NUNC NIMIS VELLEM DARI, &c.] Sunt etiam Donati aetate haec a nonnullis credita Thaidis ad Chremetem esse verba. Scilicet dixerat Thais, Thrasonem ipsum magnum esse nebulonem, ut igitur exercitum itidem imbellem significet, & Imperatori similem, vel unico jactu unius *fundae* in fugam posse agi adfirmat, idque ex occulto, Chremete & Thaide nondum visis a Thrasone, neque a quoquam in ejus agmine. *Vesterh.* Cujus reliqua argumenta, pro abjudicandis Gnathoni hisce verbis, omitto, ut parum firma: reliqua inquam, nam unum palmarum argumentum Viri jam attuli, nempe *Nondum visos esse a Thrasone Chremetem & Thaidem.* Fateor, nondum visi sunt, atque adeo sunt absentes ex Gnathonis sententia: sed tanto plus salis verbis inest, si a Gnathone (uti vulgo editur) dicantur militi; nam *Optat illi esse in manu fundam, qua ex longinquo & latebra sua jaculatus, feriat & fuget hostem* absentem. Gloriosi homines & meticulosi, ante pugnam strenue pugnare solent & strages edere. quales saepe inducuntur in Molierii & Holbergii Comoediis. Si vero servantur Gnathoni haec verba, praecedentia, QUID VIDETUR, Thrasoni serventur oportet, h. sensu: *Quid agendum censes?*

28. ILLOS.] Milites Thrasonis, ex mente Vesterhovii. * Meretricem cum suis. *Donatus.*

29. FACERENT FUGAM.] Deest *ut*, aut *enim.* Donatus. Sunt qui ἀμφιβολίαν agno-

Thr. Sed [30] eccam Thaidem ipſam video. *Gn.* Quam mox [31] irruimus? *Thr.* Mane.
[32] Omnia prius experiri, quam armis, ſapientem decet.
Quî ſcis, an quae [33] jubeam, ſine vi faciat? *Gn.* [34] Dì voſtram fidem.
[35] Quanti

noſcunt in hiſce verbis, ut vel ſenſus ſit, *fugerent*, quomodo intellexit Thraſo, vel, daret [forte *darent*, aut *dares*, ſcripſit.] te cum tuis in fugam. *Veſterbov*.

30. ECCAM ET IPSAM, figura ἔμφασις quaſi ECCAM principem belli: & IPSAM, contra quam pugnaturus ſit. *Donatus.*

31. *Irruere* proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. *Donatus.*

32. OMNIA PRIUS EXPERIRI QUAM ARMIS &c.] Animadverte quantam vim habeant ad delectandum in Comoediis ſeverae ſententiae, cum a ridiculis perſonis proferuntur: quale eſt apud Plautum [Mil. I. 68. ſed nunc paullo alius eſt ordo.] ubi miles ſuam formam admirans, ait,

Nimia eſt miſeria nimis pulcrum eſſe hominem.

QUAM ARMIS.] Ἀνακόλουθον: pro, *quam arma*. Aut Ἔλλειψις eſt, ſi ſubaudiamus *agere*. Et mire non dixit ME, ſed SAPIENTEM, quod magis ridiculum eſt. *Donatus.* Plana erunt omnia ſi ita capias: *Decet Sapientem prius omnia experiri, quam armis experiri.* Quando ἀνακόλουθον nullum eſt. Videtur autem proverbii ſpeciem habere, *omnia experiri.* Cic. Fam. XII. 15. *Injurias perpeti, & cum contumelia etiam noſtra* omnia *prius* experiri *malui.* Att. VII. 2. *Itaque* omnia experiar. Salluſt. Jug. 20. *Prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum ſumere.* E Dionyſ. citat Lindenbruchius: μὴ πρότερον ἆρξαι τῶν ἔργων, πρὶν ἢ πειρασθῆναι τῶν λόγων, Qui locus favet lectioni quorundam Librorum, EXPERIRI VERBIS legentium. In aliis eſt CONSILIO, quod & apud Nonium legas. *Veſterhov.*

33. Mirè non *velim*, ſed Ju-

[35] Quanti eſt ſapere! [36] nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

Thr. Thais, primum hoc mihi reſponde; cum tibi [37] do iſtam virginem,

Dixtin' [38] hos mihi dies ſoli dare te? *Tha.* [39] Quid tum poſtea?

Thr. Rogitas? quae mihi [40] ante oculos coram amatorem adduxti tuum!

Tha. [41] Quid cum illo agas? *Thr.* Et cum eo clam [42] te ſubduxti mihi.

Tha.

JUBEAM dixit. JUBEAM pro *velim*: ut, *jubeo Chremetem*. Donatus.

34. Bona ἀναλογία: qui leviora laudaverat, hic exclamare jam debet. *Donat.*

35. Quam pretioſa res eſt ſapientia. *Menell.*

36. Ridicule Paraſitus, *Nunquam accedo ad te*, dixit, qui nunquam recedit. *Donatus*. Mureto placebat ACCEDO AD TE. quomodo eſt in quibusdam Codd. *Veſterhov.*

37. QUIN ABS TE ABEAM DOCTIOR.] Nimis impudens aſſentatio, ſe fieri doctiorem ex militis ſapientia. *Donatus*.

37. Do.] Pro, *Darem*. Donatus. Sic ſupra IV. 4. 58.

38. HOS DIES.] Horum dierum conſuetudinem tecum. DARE, daturam eſſe.

39. QUID TUM POSTEA?] Vide contumaciam meretricis: in contemptionem perſonae militis, interrogantem interrogare maluit, quam per inductionem capi. *Donatus*.

40. QUAE MIHI ANTE OCULOS CORAM.] Utrum ſignificat inepti militis dictum? An, ANTE OCULOS, minus eſt quam CORAM? Poteſt ANTE OCULOS, & longe tamen intelligi: CORAM, proximitatem ſignificat. *Donat.* Sic Heaut. V. 4. 18. *Veſt.*

41. QUID CUM ILLO AGAS?] Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda ſit ratio, cuique ſe purget: adeo apud illam amicitiae ejus pertaeſum eſt. *Donatus*. Cujus ex mente, AGAS poſitum eſt, pro *agat quis*, aut *agam*. Niſi malu-

Tha. [43] Lubuit. *Thr.* Pamphilam ergo [44] huc redde, [45] nisi vi mavis eripi.

Ch. [46] Tibi illam reddat? aut tu illam tangas? omnium. *Gn.* Ah, quid agis? tace.

Thr. [47] Quid tu tibi vis? [48] ego non tangam meam?
Ch. [49] Tuam autem? Furcifer!

Gn.

lumus cum Paraphrasta Delphini exponere: *An tibi dignus videtur ille, quicum loquaris?* quando Chremeti, respondere forsan paranti, haec loqueretur Thais.

42. SUBDUXTI TE MIHI.] Furtim subtraxisti mihi. *Virgilius* [Aeneid. VI. 524.] *& fidum capiti subduxerat ensem.* Donatus.

43. LUBUIT.] Superbum est, & meretricium verbum. *Donatus.* Justo acutior est Donatus, scribens *meretricium* id esse *verbum*. Aliter Plautus Epid. V. 2. 32.

PE. *Qua fiducia ausus primum, quae emta est nudius tertius,*
Filiam meam dicere esse. EP. Libuit: *ea fiducia.*
Et versu 45.
PE. *Cur dare ausus?* EP. *Quia mihi* libitum est. *Vesterbov.*

44. HUC REDDE.] Idioma est, pro contumelia [Malim, *per contumeliam.* Vest.] reposcentis. Sic & in Hecyra [III. 5. 52.] *Renumeret dotem huc: eat* Donatus. Stomachum habet illud Huc, & invidiose dictum est. *Vesterbov.*

45. Mss. plusculi NISI SI VI &c. *Vesterbov.*

46. TIBI ILLAM —? AUT TU ILLAM —?] Magna vis in pronominibus, & significatio est. ut [Virgil. Ecl. III. 25.] *Cantando tu illum?* OMNIUM.] Ἀποσιώπησις secunda. Sic autem loqui solent, plus gestu, quam verbis conciti. *Donat.* *Scelestissime*, supplet *Paraphrast. Delph.*

47. In Mss. Leidens. quatuor, Lipsiano, aliis, sed & Edd. antiquissimis haec Chremeti adscribuntur. *Vesterbov.* Gnathoni a Chremete dicta esse, vult Paraphrastes Delph.

48. EGO NON TANGAM MEAM?] Respicit Thraso solemnem vindicandi morem. Servum enim vindicans injecta

Gn. [50] Cave ſis; neſcis, cui nunc male dicas viro. *Ch.* [51] Non tu hinc abis?
[52] Scin' tu, ut [53] tibi res ſe habeat? ſi quidquam hodie hic turbae [54] coeperis,
[55] Faciam, ut hujus loci, dieique, meique ſemper memineris.
Gn. [56] Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Ch.

jecta manu ajebat, *Hic meus eſt.* Ovid. Amor. I. 4. 39.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator:
Et dicam: mea ſunt, injiciamque manus. Veſt.

49. TUAM AUTEM? FURCIFER!] Graviſſima contumelia in hominem liberum, nedum Imperatorem exercitus Perſici. Neque tamen haec ruſticitas vocanda in Chremete, quod facit Donatus, ſed juſta quaedam ἀνταπόδοσις, pro illo Thraſonis, EGO NON TANGAM MEAM? quibus verbis ſervam ſibi deputabat Pamphilam, quae civis erat. Illud AUTEM inſervire repetitis interrogationibus cum indignatione, recte obſervat Janus Gruterus in Scholiis Mſſ, ad h. l. Idem de Graecorum δὲ notat Budaeus. *Veſterhov.*

50. CAVE SIS.] Quia imperativa ſunt contumelioſa, addebant veteres, SIS: quod ſignificat SI VIS. *Donatus.*

51. NON TU &c.] Hoc dicit paraſito.

52. SCIN' TU.] Non paraſito, ſed militi hoc dicit. *Donatus.*

53. TIBI vel eleganter abundat, vel notat, quod ad te attinet. Vid. Periz. ad Sanct. Min. II. 4. *Veſterh.* Aut TIBI, pro, *tua.*

54. Mſſ. quidam & editi, FECERIS. *Veſterhov.*

55. FACIAM, UT — MEMINERIS.] Moris eſt magnas eſſe minas hominum meticuloſorum. Specta ergo quam acriter timidus comminetur. *Donatus.* Expreſſa haec ſunt ex Plauti Captivis IV. 2. 20. *Veſterhov.*

56. MISERET TUI ME.] Hic paraſitus nunc quaſi moni-

Ch. [57] Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. *Gn.* [58] Ain' vero, canis?
Siccine agis? *Thr.* [59] Quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?
Ch. Scibis: [60] principio eam esse dico liberam. *Thr.* Hem! *Ch.* Civem Atticam. *Thr.* [61] Hui!

Ch.

nitor Chremeti respondet. *Donatus.*

57. Diminuam ego caput tuum.] Ita Plaut. Amphitr. IV. 2. in Suppositis; Scena, Tun' me, versu 6.
hac tegula
Tuum deminuam caput, *ut cum dentibus linguam exerses.*
Aliter Rud. IV. 4. 73.
si praeter hac
Verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Quae vero h. l. Nannius de Capitis diminutione ICtis celebrata observat, περίεργα sunt. *Vesterhov.*

58. Ain' vero, Canis?] Hoc verbo impudentibus inimicis convicium fieri solet. *Donatus.* Acerbissimum convicium; nec sacris Literis ignoratum. Vide 2 Sam. XVI. 9. Nugatur Erasmus, τὸ Canis exponens, garris, nugaris. *Vesterhov.*

59. Quis tu homo es? Quid tibi vis? &c.] Ἐπιτροχασμὸς [Codd. Veneti, περιπλοκασμός. Vesterh.] figura est, ubi multa terribiliter interrogantur, ut, [Virg. Aeneid. IX. 376.]
State viri: quae causa viae? quive estis in armis?
Quove tenetis iter? Donat.

60. Principio &c.] In tria divisit officium defensionis suae. In assertoris, Eam esse dico liberam. In cognitoris, Civem Atticam. In fratris, Meam sororem. Et bonus est ordo, *Libera*, *civis*, *nobilis.* Civem Atticam.] Quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gessit in civem. *Donatus.*

61. *Hui*, *hem* & caetera hujusmodi generis, sannae sunt adversus eos, quibus irascimur. *Donatus.*

Ch. Meam sororem. *Thr.* [62] Os durum! *Ch.* [63] Miles, nunc adeo edico tibi,
Ne vim facias ullam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam
Nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam haec.
Thr. Tun' me prohibeas,
Meam ne tangam? *Ch.* Prohibeo, inquam. *Gn.* Audin' tu? hic [64] furti se alligat.

[65] Satis

62. Quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quod & sororem suam dicat. Os DURUM.] Os impudens: ut contra, *mollis frontis* dicuntur, qui sunt reverentes. *Donatus.* Os DURUM.] Impudens. Lucil. apud Non. v. *Bovinatores:*
Hic strigosu' bovinatorque, ore *improbu'* duro.
Cic. pro P. Quint. 24. *Mihi videri* ore durissimo *esse, qui praesente eo* (Roscio). *gestum agere conaretur.* Fam. V. 10. *Si mehercule Appii* os *haberem, — tamen hoc sustinere non possem.* Ovid. Metam. V. 451.
duri *puer* oris, *& audax.* Sueton. de Illustr. Grammat. 22.
Os nullum, *vel potius pugilis!*
Eodem sensu, sed sermone magis plebejo, *durae buccae fuit*, Petronius dixit, cap. 43. Verecundi contra *molis frontis* esse dicuntur. *Vesterb.*

63. *Miles*, contumeliose dixit. De iis enim est officiis, quae suo nomine contumeliosa censentur. EDICO TIBI, Ut superbe, quasi militi. Nam *edictum*, Praetoris dicitur & Imperatoris. *Donatus.* EDICO — NE.] Sic Cic. Fam. III. 8. 14. *Cum* edixi, ne *quis injussu meo proficisceretur.*

64. FURTI SE ALLIGAT.] Id est, reum se efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς *furtum* pro omni fraude & dolo accipimus & injuria. Sic Virgilius [Aen. XI. 515.]
Furta paro belli.
id est, insidias. & [Georg. IV. 346.]
Dulcia furta.
id est, adulteria. Omne malum factum. [Aeneid. VI. 568.]
Quae quis apud superos furto laetatus inani,

Di-

[65] Satis hoc tibi eſt. *Thr.* Idem hoc [66] tu ais, Thais?
Th. [67] Quaere, qui reſpondeat.
Thr. [68] Quid nunc agimus? *Gn.* [69] Quin redeamus: jam haec [70] tibi aderit ſupplicans

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula noctem.
Furtum [Videntur eſſe verba veteris ICti. *Veſt.*] duobus modis dicitur. Uno, cum omne maleficium generaliter ſignificatur: altero, cum res ſurrepta demonſtratur. Nunc ergo *Furtum*, maleficium eſt. Alligat.] Aſtringit, illaqueat, & obnoxium facit. *Donatus.* Hic furti se alligat.] Dat tibi actionem furti adverſus ſe. Gell. VII 15. *Quod cui ſervandum datum eſt, ſi id uſus eſt*, — furti ſe obligavit. Cic. pro Domo cap. 8. *Populumque Romanum* ſcelere obligaſſes. Plaut. Poen. III. 4. 27.
Homo furti ſeſe adſtringit. *Veſterhov.*

65. Satis hoc tibi est.] Ad repetendam ſcilicet virginem, ſumendamque injuriae vindictam. *Donatus.* Mſ. Lipſ. Satis — est? Commode antem haec in Libris quibusdam tribuuntur Chremeti, ſeu cum interrogatione pronuncies, ſeu citra interrogationem. *Veſterb.*

66. Hoc, quod Chremes, & tanquam Chremes. *Donatus.*

67. Quaere, qui respondeat.] Satis contumelioſe: Illud enim quaeritur, quod difficilè reperitur. Ergo, non modo indignus es, inquit, cui ego reſpondeam: ſed vix invenies, qui te dignum reſponſo judicet. *Donatus.* Plaut. Perſ. II. 4. 2.
Emere oportet, quem tibi obedire velis.
Ovid. Metam. V. 181.
Quaere alium, *tua quem moveant miracula.* Veſt.

68. Quid nunc agimus?] Vide ut evanuerit actio militis. Ubi eſt illud quod ait, Primum aedes expugnabo, & caetera. Sed vani impetus hunc exitum ſemper accipiunt. Quid nunc agimus?] Conſilium quaerentis eſt. Quid — agimus?] Languidi atque defeſſi eſt. *Donatus.*

69. Quin, modo *imo*, Non abeamus, inquit, ſed Redeamus: ut irritos conatus

Ultro. *Thr.* [71] Credin'? *Gn.* Immo certe. novi ingenium mulierum:
Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Thr.* [72] Bene putas.
Gn. Jam dimitto exercitum? *Thr.* Ubi vis. *Gn.* Sanga, ita uti fortes decet
Milites, domi [73] focique fac viciſſim ut memineris.
Sa. [74] Jamdudum animus eſt in patinis. *Gn.* [75] Frugi es. *Thr.* [76] Vos me hac ſequimini.

tus uno verbo oſtenderet. *Donatus.* Non inepta lectio quorundam Librorum: QUID? REDEAMUS. *Veſterhov.*

70. TIBI ADERIT.] Ad te veniet. SUPPLICANS, ſc. ut ignoſcas ſibi.

71. CREDIN'?] Ex parte conſentit, qui ſic interrogat. *Credere*, dubitantis eſt: *Certum eſſe*, fidentis. *Donatus.*

72. BENE PUTAS.] Hoc eſt, recte putas, ſapis, vel intelligis. *Virgilius* [Aeneid. VI. 332.]
Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam.
Vel conjicis. Vel *putas*, diſputas. Vel *putas*, cogitas. *Donatus.*

73. FOCI, facetè: nam Sanga coquus eſt. * VICISSIM.] E contrario, bello confecto. *Menell.* Editi quidam vetuſti: DOMIQUE FOCIQUE. *Veſterhov.*

74. ANIMUS EST IN PATINIS.] Alexis apud Athen. Deipnoſoph. Lib. I. Ὁ νοῦς γὰρ ἐστι τῆς τραπέζης πλησίον. Lindenbrog. Gruterus ſuo Codici adſcripſerat ex Platone: Ἐν τῷ κάπηλῳ νοῦς. *Animus ad cauponem.* Heaut. V. 5. 19. Plaut. Ciſtell. II. 1. 6.
ubi non ſum, ibi eſt animus. Aſin. I 3. 4. Pſeud. I. 1. 32. Perſ. IV. 6. 27. Cic. Fam. XV. 18. *Ubi igitur, inquies, Philoſophia? Tua quidem in culina.* Att. XII. 12. *Animus in hortis.* Veſterhov.

75. FRUGI.] Utilis & neceſſarius: a frugibus, quae quod his fruamur, dictae ſunt. Inde *fructus* & *frumentum*. *Frui* autem eſt veſci. a frumine, quae eſt ſumma pars gulae: a qua re, etiam his, quae nec cibo nec

ACTUS QUINTI
SCENA PRIMA.
THAIS. PYTHIAS.

Th. PERGIN', fcelefta, mecum [1] perplexe loqui? [2] Scio; nefcio; abiit; audivi; ego non adfui.

 [3] Non

nec poculo funt, *frui* dicimur, καλαχρηςικῶς: utpote rebus Venereis: & delectatione odoris, vifus, auditus, & caeteris. *Donatus.*

76. Sangae haec adfcribunt Mff. Lipf. & Boecleri Mff. omnes. *Vefterhov.*

1. PERPLEXE.] Dubie & obfcure, ut dicta quafi fecum pugnent. περιπλεγμένως, περιπλέγδην. Plaut. Afin. IV. 1. 47. — *verbum* perplexabile. Aul. II. 2. 81. *perplexarier*. Stich. I. 2. 18. *perplexim*, verfu 28. *perplexabiliter* dixit. Cic. Philipp. II. 37. *Mira verborum* complexio. *Vefterh.* Plaut. Perf. IV. 6. 26. *Contortiplicata nomina* Gloffar. *Tortiloquium* Συνεςραμμένη ὁμιλία. Lindenbrog. Intricatè. *Minell.*

2. SCIO; NESCIO; ABIIT; AUDIVI.] Mirè ex dictis omnibus pauca decerpit: & oftendit quid perplexe dixerit: & ftomachum faevientis expreffit. Acriter iratorum eft, ea repetere, quae proxime dixerint, quibus irafcuntur. *Donatus.* Mimefis elegans verborum Pythiae; quam variè explent Interpretes. — Fingamus, Thaidem a coena domum redeuntem, virginemque lacrumantem & vefte confciffa offendentem in fufpicionem ftupri illati veniffe, atque in ipfis aedibus rogaffe Pythiam, cui praecipua ejus cura commiffa erat, ad hunc modum:

TH. *Scis tu, nullum virum acceffiffe ad eam?* PY. SCIO.
TH. *Quae igitur caufa lacrumarum & veftis confciffae?*
PY. NESCIO.

TH.

[3] Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quidquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lacrumans [4] obticet.
Eunuchus abiit. [5] quamobrem? quid factum eſt? taces?
Py. Quid tibi ego dicam, miſera? illum Eunuchum negant
Fuiſſe. *Th.* Quis fuit igitur? *Py.* [6] Iſte Chaerea.
Th. Qui Chaerea? *Py.* Iſte ephebus frater Phaedriae.
Th. Quid ais, [7] venefica? *Py.* Atqui certò comperi.

Th.

Th. *Ubi nobis Dorus noſter?* Py. Abiit.
Th. *Qui ſcis abiiſſe Dorum?* Py. Audivi.
Th. *Quare non retraxiſti fugientem?* Py. Ego non adfui.
Si haec minus placent, quod non ſatis perplexe ſint dicta, ἐπέχω. Veſterhov.

3. Non dictura es?] Interrogando jubet. Phaed. III. 6. 2. *non vis citius progredi?* Mſ. Graev. & Edit. Mediol. Num tu. *Veſterhov.*

4. *Tacemus* conſilia: ut [Virgil. Aeneid. II. 94.] *Nec tacui demens. Reticemus* dolores: ut [Heaut. I. 1. 33. ordine tamen contrario.] *Ne verere, ne retice. Obticemus* quorum nos pudet: ut in Phormione *, *Heu quidnam obtices?* Donatus. *. V. 8. 2. Ubi legitur, Ehem, quid nunc obticuisti. Bene *autem* diſtinguit Donatus. Juſtin. XXXII. 2. *Turba querelarum confuſus adoleſcens repente* obticuit. Eſt autem *conticere* deſiſtere a loquendo. Virg. Aen. II. 1. *Veſterhov.*

5. Quamobrem? quid factum est? Taces?] Haec ἀσύνδετα inſtantis dominae vultum habitumque demonſtrant. *Donatus.*

6. Iste aut additum eſt, quaſi de inviſo, aut, quaſi de noto.

7. Quid ais, Venefica?] Redit rurſum ad iracundiam. aptum convicium & comicum in ancillas; *venefica, lupa,*

Th. Quid is, obsecro, ad nos? quamobrem adductus est? *Py.* Nescio;
Nisi [8] amasse credo Pamphilam. *Th.* Hem! misera occidi.
Infelix! siquidem tu istaec vera praedicas.
Num [9] id lacrumat virgo? *Py.* Id [10] opinor. *Th.* Quid ais, [11] sacrilega?
[12] Istuccine interminata sum, hinc abiens tibi?
Py. [13] Quid facerem? ita ut tu * justi, [14] soli credita 'st.
Th. [15] Scelesta, lupo ovem commisisti. dispudet,

lupa, *vipera* & *sacrilega*, & caetera. *Donatus*.

8. Nisi amasse credo &c.] Deest *quod*: ut sit, *nisi quod*. Donatus.

9. Id, intelligit stuprum. * Id, pro, ob id. Supra [III. 1. 3. & 4.] Id *verò serio triumphat*. Donatus.

10. Callide, Opinor, dixit, cum sciat. *Donatus*.

11. Αὔξησις. Nam primo Scelesta, deinde Venefica, postremo Sacrilega. *Donatus*.

12. Istuccine interminata sum.] Satis moraliter. Apparet haec post Scenam esse mandata. *Donatus*. Vide dicta Thaidis supra III. 2. 52. *Vesterhov*. Imo vide Thaidis Chaereae memorata, supra III. 5. 30. Interminata sum, severè prohibebam.

13. Quid facerem?] Ita solent laudantes & excusantes quae fecerunt. Plaut. Trin. I. 2. 137.
Quid fuit officium meum me facere? face sciam.
Virg. Ecl. I. 41. & VII. 14. *Quid facerem?*
Gr. Τί ἔχρην με ποιεῖν; Vide Interpretes ad Evang. Luc. XVI. 3. Τί ποιήσω; *V.*

* Justi.] Συγκοπὴ καὶ μεταπλασμὸς pro Jussisti. *Donatus*.

14. Soli credita 'st.] Verba Thaidis narrat ipse Chaerea. supra III. 5. 30. 31. *Vesterhov*.

15. Scelesta, ovem lupo commisisti.] Redit rursus

Sic mihi data esse verba. [16] quid illuc hominis est?
Py. [17] Hera mea tace; tace obsecro, salvae sumus:
[18] Habemus hominem ipsum. *Th.* Ubi is est? *Py.* Hem! ad sinistram,
Videsne? *Th.* Video. *Py.* Comprehendi jube, [19] quantum potest.

Th.

sus ad minora convicia, quia videt se esse convictam. Et est proverbium, OVEM LUPO COMMISISTI. *Donatus.* Dictum in eos, quibus parum tutò quid servandum committitur. Plaut. Pseud. I. 2. 8.

Ut mavelis lupos apud oves linquere, *quam hos domi custodes*

Cic. Philipp. III. 11. [De M. Antonio urbis se custodem fore pollicente.] *O praeclarum* custodem ovium, *ut ajunt*, lupum. Ovid. Arte Am. III. 8.

rabidae tradis ovile lupae.

Gr. καταλείπειν οἶν ἐν λύκοισι. Vesterhov.

16. QUID HOMINIS ILLIC EST?] Per genitivum casum injuriose dicitur: per nominativum, honorifice. QUID ILLUC HOMINIS EST? Non continuo agnoscit hunc hominem meretrix. Quia etsi adhuc Eunuchi vestem indutus est, attamen exuit spadonis incessum: vultum, habitumque mutavit: & praeter vestem, totus in Chaeream rediit. *Don.* Ita solent admirabundi simul per contemtum loqui. Hec. IV. 4. 21. Acidalius verba haec Pythiae secum loquenti tribuit, quod placet. *Vesterh.* ILLIC legit etiam Minellius. Possunt autem haec sic capi, quasi miretur Thais improbitatem & astutias Chaereae.

17. HERA MEA TACE: TACE OBSECRO.] Blande ac puellariter arridet. TACE.] Non silentium indicentis est, sed securam facientis: ut, *Tace, egomet conveniam ipsum.* Donatus.

18. HABEMUS HOMINEM IPSUM.] Formulae speciem habet in manifesto deprehensum. Plaut. Casin. II. 8. 34. *habeo viros.* Vesterhov.

19. QUANTUM POTEST.] Deest *cito.* Donatus. Immo deest, *Tantum.* Vesterhov.

Th. [20] Quid illo faciemus, ſtulta? *Py.* [21] Quid facias, rogas?
Vide amabo! ſi non, quum aſpicias, os impudens
Videtur. *Th.* [22] Non eſt. *Py.* [23] Tum quae ejus confidentia 'ſt!

20. QUID ILLI FACIEMUS, &c.] Subauditur *comprehenſo*. Donatus. ILLO.] Faërnus & alii. Sed in Mſſ. pluſculis eſt ILLI. *Veſterhov.* FACIAS, Edd. Delph. & Minell.

21. QUID FACIAS?] Hinc uſque ad finem Scenae omnia in Mſ. Graev. tribuuntur Pythiae. Niſi quod ſupraſcriptum eadem, ut videtur, manu, eſſe libros, in quibus illa, NON EST, Thaidi tribuantur. Donatus itidem omnia Pythiae tribuiſſe videtur. *Veſterh.*

22. Non eſt impudens inquit, non eſt niſi ſimilis impudenti. *Donatus.* Huc enim* pertinent haec ejus verba, niſi ipſum ſibi contradixiſſe malimus ſtatuere. * NON EST.] Sunt, qui Pythiae tribuunt, in quibus tres Mſſ. Leid. & Eugraphius, qui NON EST exponit, *negas eſſe, quod dico?* Heinſius recenſebat, TH. NON. PY. TUM &c. *Veſterhov.*

23. TUM.] Praeterea. *Minell.* CONFIDENTIA ideo, quod ultro redit eò, ubi tantum admiſit flagitium. Ex mente Eugraphii ſenſus eſt: *Si non eſt impudens, cur igitur tanta confidentia fretus incedit?*

ACTUS QUINTI

SCENA SECUNDA.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

Ch. APUD Antiphonem uterque [1], mater & pater

1. Sub. *parens* (Antiphonis.) *Donatus.*

[2] Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
Introire possem, quin viderent me. interim
Dum ante ostium sto; [3] notus mihi quidam obviam
Venit. ubi vidi, [4] ego me in pedes, quantum queo,
In [5] angiportum quoddam desertum: inde item
In aliud, inde in aliud: ita [6] miserrimus

Fui

2. Non tam mirum, si domi erant: sed illud magis mirum, quod in ea domus parte, qua in aedes introeundem erat adolescentulo. *Donatus.* DEDITA OPERA.] Studio & navata opera. Plaut. Poen. III. 1. 5. Cic. Fam. VIII. 1. *dato opera*, Hinc *deditus* rei vel in re aliqua dicitur, qui tota mente in rem incumbit. Lucret. III. 647.

Et simul in *pugnae* studio *quod* dedita *mens est.* Vesterhov.

3. An NOTUS, qui me posset agnoscere? an qui me noverit, id est, amicus? *Donatus.* Bene Donatus. Plaut. Pseud. IV. 3. 39.

Novi, notis *praedicas.*

Cic. Fam. V. 12. *Atque illi artifices, corporis simulacra* ignotis *nota faciebant.* Phaed. I. 11. 2.

Ignotos *fallit*, notis *est derisui.* Vesterh.

MIHI OBVIAM VENIT, Iter ad me tendit.

4. EGO ME IN PEDES.] Sub. Do, conjicio. Plaut. Capt. I. 2. 12.

Si non est, quod dem, mene vis dem *ipse* in pedes.

Phorm. I. 4. 13. Flor. IV. 2. 67. *Exercitus in fugam.* Vesterhov. Vide illum non vitasse sub una clausula bis IN dicere. IN PEDES, IN ANGIPORTUM. *Donatus.*

5. Rationem denominationis dedit Vossius in Etymolog. Gr. στενωπός. Solebant in angiportis habitare meretrices. DESERTUM.] Quod nunc non ut olim frequentaretur ab incolis. Virgil. Aen. II. 713. & 714. *Vesterhov.*

6. ITA MISERRIMUS FUI FUGITANDO.] Id est, fatigatus, lassus, & languidus sum, dum fugio. Et honesta locutio est: ut *miser amando*, *miser currendo*. Donatus. Ms. Graev. INDE MISERRIMUS FUGI FUGITANDO. *Vesterhov.* FUGITANDO sub-

Fui fugitando; ne quis me [7] cognofceret.
Sed eftne haec Thais, quam video? ipfa 'ft: [8] haereo.
Quid faciam? [9] quid mea autem? quid faciet mihi?
Th. Adeamus. [10] bone vir, Dore, falve: dic mihi,
Aufugiftin'? *Ch.* [11] Hera, factum. *Th.* * Satin'
id tibi placet?
Ch. Non. *Th.* Credin' te impune [12] habiturum?
Ch. Unam hanc [13] noxiam

[14] Mitte

fubterfugiendo, aut vitando. Poteft tamen horum fenfus effe: *Vehementer cruciabar metu animi inter fugiendum, ne* &c. Paraphraftes Delph. ante NE fupplet, *metuens*.

7. COGNOSCERET.] Nota improprie dictum, pro *Agnofceret*. Donatus.

8. HAEREO.] Incertus remaneo atque defigor. Primus metus adimit confilium: fed recogitatio reddit confidentiam. *Donatus* HAEREO.] Metaphora ab avibus inefcatis tranflata Ita Donat. ad Adelph. III. 3. 49. conf. V. 7. 70. Affine eft illud Phorm. V. 2. 15. *In eodem luto haefitas.* Vefterhov.

9. QUID MEA AUTEM? QUID &c.?] Formula contemnendi minas alterius aut periculum. Plaut. Perf. II. 3. 16.

quid faciet mihi? Veft.

10. BONE VIR, DORE, SALVE.] Major objurgatio eft, per hanc diffimulationem Thaidis adverfus Chaeream, quam fi illum id, quod eft, appellet. *Donatus.* Fingit adhuc meretrix illum Eunuchum effe: ut fic falutatum facilius tanquam fubjectum & fibi deditum invehi poffit. *Eugraph.* Similis ironia eft And. III. 5. 10. Adelph. IV. 2. 17. *Vefterhov.*

11. HERA, FACTUM.] Non potuit fubtilius refpondere Chaerea, quam accommodare fe interroganti. *Donatus.* SATIN' ID TIBI PLACET?] Formula deprehendentis alterum in manifefto fcelere, idque reprehendentis. Adelph. IV. 7. 19. Haec *autem* aliter exponentem vide Gotl. Cortium ad Salluft. Catil. 2. n. 1. *Vefterhov.*

12. Mf. Lipf. Graev. cum edd. 1469. Tarvis. Mediol. &

[14] Mitte: [15] si aliam admisero unquam, occidito.
Th. Num meam saevitiam veritus [16]? *Ch.* Non. *Th.* Qid igitur?
Ch. Hanc metui, ne me [17] criminaretur tibi.
Th. Quid feceras? *Ch.* Paululum quiddam. *Th.* Eho! paululum, impudens?
An paullum hoc esse tibi videtur, virginem
Vitiare civem? *Ch.* Conservam esse credidi.
Py. Conservam! [18] vix me contineo, quin involem in
Capillum. monstrum; etiam ultro derisum advenit.
Th.

& Rob. Stephan. Abiturum. Praestat tamen Habiturum, uti infra V. 7. 18.
Siquidem istuc impune habueris.

Est autem *impune habere* idem quod *multum auferre*. Vesterhov.

13. Mf. Lipf. Graev. Edd. Tarvis. Mediol. Noxam. Distinguunt vulgo, quod Noxia sit culpa seu peccatum, Noxa damnum seu poena e culpa sequens. Utrumque autem & culpam & poenam notat, Virg. Aen. I. 45.

Unius ob noxam, *& furias Ajacis Oilei.* Vesterhov.

14. Mire variant Libri scripti & impressi, exhibentes, Mitte, Omitte, Amitte, Dimitte. *Vesterhov.*

15. Si aliam admisero.] Cic. pro Ligario, c. 10. *Ignoscite, judices; erravit: lapsus est; non putavit. Si unquam posthac. ad parentem sic agi solet* &c. *Lindenbrog.* Similis sententia est And. III. 5. 5. *Vesterhov.*

16. Veritus es?] Sc. ut fugeres. *Donatus.*

17. Reum apud te faceret. *Eugraphi* Deferret, accusaret apud te.

18. Vix me contineo.] Sic Hec. IV. 3. 9. Plaut. Menaechm. V. 2. 72.
non tu te tenes? Vesterh.

Vix me contineo, quin involem in capillum.] Minae istae proprie foeminarum sunt, & in se, & in alios unguibus saevientium: ut [Virg. Aeneid. IV. 673.]
Un-

Th. Abin' hinc, insana? *Py.* Quid ita vero [19] ? debeam,
Credo, isti quidquam furcifero, [20] si id fecerim:
Praesertim cum se servum fateatur tuum.
Th. [21] Missa haec faciamus. non [22] te dignum, Chaerea,

Fecisti.

Unguibus ora soror foedans, & pectora palmis.
Sed INVOLEM, ab avibus tractum est, ut apud *Virgilium* [Aeneid. III. 233.]
praedam pedibus circumvolat uncis.
Ergo hoc gestu, & dicto, & corporis motu, est adjuvandum. IN CAPILLUM.] Apparet more veterum intonsum esse. *Donatus.* Vide supra ad IV. 3. 6. *Vesterhov.*

19. VERO.] *Abeam*, subauditur. VERO autem ironice pronunciandum est. *Donatus* emendante Vesterhovio. DEBEAM, CREDO, ISTI QUICQUAM FURCIFERO.] Sane *debere* dicimur poenas pro injuria ei cui injuriam fecerimus: quas se non debituram Chaereae ut furcifero dicit Pythias, si illi eaedem intulerit in servili habitu constituto. *Donatus.* DEBEAM.] Post Turnebum, Adverf. XII. 10. hunc locum exposuit Schottus, Obs. II. 23. Qui per injuriam factam alteri se quasi obligat, *debere* ei dicitur. Vid. Cic. Catil. I. 2. Virgil. Aen. XI. 51.
Nos juvenem exanimum, & nil jam coelestibus ullis
Debentem *vano moesti comitamur honore.*
Juvenal. X. 311.
fiet adulter
Publicus, & poenas metuet, quascunque maritis
Iratis debent.
Neque aliter intelligenda verba Orationis Dominicae Matth VI. 12. Καὶ ἄφης ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, Dixit autem CREDO, εἰρωνικῶς, uti Graeci usurpant suum οἶμαι. Vide supra III. 2. 15. *Vesterhov.*

20. SI ID FECERIM.] Si involaverim in capillum ejus. *Donatus.*

21.

Fecisti. nam [23] etsi ego digna hac contumelia
Sum maxume; at tu indignus, qui faceres tamen.
Neque aedepol, quid nunc consilii capiam, scio,
De virgine istac: ita [24] conturbasti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut [25] aequum fuerat, atque ut studui, tradere.

Ut

21. MISSA HAEC FACIAMUS.] Haec scilicet jocularia & inutilia. *Donatus*. Intelligit verborum ludibria & leporem comicum, in quibus hucusque perstiterant & Thais, & Chaerea, gerens se pro fugitivo reprehenso. *Vesterhov.*

22. TE DIGNUM.] Quod te decet, aut tibi honestum est. *M.uell.* DIGNUM, pro dignè. aut deest *facinus.* Mira accusatio mixta laudi & blandimento. *Donatus.*

23. ETSI EGO HAC CONTUMELIA DIGNA SUM MAXUME; AT TU INDIGNUS, QUI FACERES TAMEN.] Ordo: *Etsi maxume* Donatus. Explicat Gronovius, Observ. III. 8. *Si ego hoc merebar pati, attamen tu non debebas facere: non conveniebat personae tuae.* Quam significationem τῷ *dignus*, & maxime *indignus* pluribus exemplis adstruit. *Vesterhov.* TU INDIGNUS QUI FACERES TAMEN.] Id est, te non decuit eam injuriam mihi facere, cum sis frater Phaedriae mei Amatoris, & diligenter ac liberaliter fueris institutus. *Paraphrast. Delph.* EGO DIGNA, existens meretrix. *Minell.* SI, pro ETSI, legit Donatus. MAXUME, modò *sane*: concedentis vocula.

24. CONTURBASTI MIHI RATIONES OMNES.] Metaphora a negotiatoribus petita, qui rationes conficiunt, & dicuntur *conturbare*, quum vident [forte, *videntes*.] se aere alieno oppressos, nec esse solvendo, [eas] confundunt;. vulgò, *bancam ruptam faciunt.* Vide Manut. ad Cic. Att. II. 1. & IV. 17. Contrarium est *expedire rationes.* Eadem metaphora dixit Heaut. IV. 2. 7.

ratio de integro ineunda est mihi. Vesterhov.

RATIONES OMNES, pro totum negotium.

25. AEQUUM FUERAT.] Oportuisset. * Sc. Integram &

Ut [26] solidum parerem hoc mihi beneficium, [27] Chaerea.
Ch. [28] At nunc dehinc spero [29] aeternam inter nos [30] gratiam
Fore, Thais. saepe ex [31] hujusmodi re quapiam, &
Malo principio, magna [32] familiaritas
Conflata est. [33] quid si hoc quispiam voluit Deus?

Th.

& incontaminatam. *Minell.*

26. SOLIDUM.] Integrum. Plaut. Curc. III. 35. *Inibis a me solidam & grandem gratiam.* Vide ad And. IV. 1. 23. & Lexic. Plaut. Parei, v. *Solidum.* Vesterhov. BENEFICIUM, pro, gratiam. ut Phorm. III. 3. 5. And. V. 1. 5.

27. Blande nomen repetitum est, CHAEREA. *Donatus.*

28. AT NUNC DEHINC &c.] Nunc jam Chaerea vera veris aequiparans, recedit a jocularibus. *Donatus.* DEHINC, ex hoc tempore.

29. AETERNAM.] Locutio indefinita; cum qua Junius & Tremellius componunt dictum Gen. XVIII. 8. Sic Cic. Fam. XII. 14. *Vesterhov.* Perpetuam, per omnem vitam nostram duraturam. Plaut. Capt. IV. 2. 13. *Spero — me ob hunc nuncium aeternum adepturum cibum.*

30. GRATIAM.] Amicitiam, concordiam ex discordia. Hec. III. 1. 11. & III. 5. 29. Justin. XVI. 1. *Cum fratre suo in gratiam reverti. Vest.*

31. HUJUSMODI RE.] Hoc est, turbulenta. *Donatus.* SAEPE EX HUJUSMODI RE QUAPIAM, ET MALO —, CONFLATA EST.] Imitatur Livius I. 9. *Saepe ex injuria postmodum gratiam ortam.* Est vero *conflandi* vox a metallorum fusoribus desumta, quae enim liquescunt, conflari proprie dicuntur. *Vesterhov.*

32. FAMILIARITAS.] Necessitudo, & conjunctio. *Paraphrastes Delph.* CONFLATA.] Contracta & conciliata. *Minell.*

33. QUID SI HOC QUISPIAM VOLUIT DEUS?] Pleraque

Th. Equidem pol in eam partem accipioque, & volo [34].

Ch. Immo ita quaeso [35]: unum hoc scito. contumeliae

Non me fecisse causa, sed amoris. *Th.* Scio.

Et pol propterea mage [36] nunc ignosco tibi.

[37] Non

que repentinis impulsionibus nata, mirisque proventibus, Deo ascribi solent. Ut, [Virgil. Aeneid. II. 632.]

Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes Expedior.

Et, [Virgil. Aeneid. III. 715.]

Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.

Et Sallustius [in Fragmentis.] *Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur.* Donatus. Ut ne de Cupidine intelligam, facit τὸ Quispiam. Videtur temerarius abusus providentiae divinae. Sic Plautus Aul. IV. 10. 7. itidem de stupro virginis:

Deus impulsor mihi fuit, is me ad illam illexit.

Et versu 12.

Deos credo voluisse.

Sed & quoties causas rei reddere nescirent, rem divinitus accidisse dicebant. Horat. Carm. I. 33. 10.

Sic visum Veneri.

Ovid. Metam. I. 366.

Sic visum superis.

Metam. XIII. 597. Virgil. Aen. IV. 45. Homer. Iliad. A. 5.

Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Et Iliad. Γ. 164.

Οὔτι μοὶ αἰτίη ἐσσι, Θεοὶ νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

Non tu, sed Dii mihi auctores sunt. Verba Priami ad Helenam. Quispiam Deus.] Cic. Fam. XIV. 8. De Apolline & Aesculapio: *Ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur.* Vesterhov.

34. *Evenire* subauditur: & est σύλληψις tertia. *Donatus.*

35. Sensus est: *Quaeso, ut in eam partem accipias.* Vesterhov.

36. Nunc ignosco &c.] Quod culpa non sit hominis, sed amoris. *Donatus.*

[37] Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea,
Neque ita imperita, ut, [38] quid amor valeat, neſciam.

Ch. Te [39] quoque jam, Thais, ita me Dì bene ament, amo.

Py. [40] Tum pol tibi ab iſtoc, hera, cavendum intelligo.

Ch. [41] Non auſim. *Py.* [42] Nihil tibi quidquam credo. *Th.* Deſinas.

Ch. [43] Nunc ego te in hac re mihi oro ut adjutrix fies.

[44] Ego me tuae commendo & committo fidei.

37. Non adeo inhumano ingenio &c.] Hoc eſt, immitis non ſum, quantum putas: ut, [Virgil. Aeneid. I. 567.]
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni.

Imperita.] Non experta. *Donatus.* Ita non eſt in Mſ. Lipſ. *Veſterhov.* Non adeo humanitatis expers, neque tam ignara &c. *Paraphraſtes Delph.*

38. Quid amor valeat.] Quae ſit potentia amoris, *Paraphraſtes Delph.*

39. Bene Quoque: non enim jam hanc ita amat, ut negligat illam: ſed hanc illius cauſa. *Donatus.*

40. Tum pol tibi ab istoc &c.] Facete. tanquam qui ſoleat capillum & veſtem ejus conſcindere, quam amaverit. *Donatus.*

41. Aliquid mali admittere contra Thaidem, ſcilicet propter fratrem Phaedriam. *Minell.* Aut, amator eſſe Thaidis, propter fratrem &c. * Ausim, pro *audebo:* & eſt verbum hujus temporis tantum. *Donatus.*

42. Nihil quidquam.] Παρέλκον quartum. aut Nihil, pro *non.* Donatus.

43. Mſ. Lipſ. Idem nunc. *Veſterhov.*

44. Ego me tuae commendo et committo fidei.] Satis amatorie, ut appareat nunc maxime captum Chaeream, ac mancipatum virgini [forte, *mulieri*, ſc. Thaidi.] *Commendamus* nos

[45] Te mihi patronam capio, Thais: te obſecro:
[46] Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero.
Th. [47] Tamen ſi pater. *Ch.* Quid? [48] ah! volet, certo ſcio:
Civis modo haec ſit. *Th.* Paululum opperirier
Si vis: jam frater ipſe hic aderit virginis:

Nu-

cognitis: *Committimus* ignotis. Ergo αὔξησις eſt majoris officii, fideique circa Thaidem. *Donatus.*

45. Te adjectum, vim habet, & ex animo ſupplicantis habitum adoleſcentis oſtendit. *Donatus.* Patronam capio.] Videtur reſpici mos Romanorum veterum; quando ex inſtituto Romuli plebs e patriciis patronos capiebat. Cupit autem Chaerea Thaidem patronam in concilianda ſibi Pamphila, non quaſi libertus ab ea e ſervo factus, quod Farnabius exiſtimat. *Veſterhov.* Quò tamen reſpexiſſe Chaeream, non eſt abſurdum.

46. Emoriar, si non hanc uxorem duxero.] Vide amatorem adoleſcentulum, cui in ipſo flore nihil dulcius vita eſt, ipſam deſpicere, ſi ſibi uxor non daretur. *Donatus.* Ἐμφατικῶς Emoriar dixit pro ſimplici *Moriar*. Sic Heaut. V. 2. 18. Pomp. Mela, II. 2. 25. Emori *quidam* [ſc. putant animas], *ſed id melius eſſe, quam vivere.* Senſus autem verborum Chaereae eſt, Nullam cauſam dico, quin aut mortem oppetam, aut uxorem ducam violatam virginem. Quarum rerum optio apud ſtupratam ingenuam erat. Meurſius Them. Att. I. 7. Cic. Fam. VII. 23. *Ne vivam, ſi tibi concedo.* Similes formulae ſunt, *me ille perdat Jupiter;* &, *ne valeam;* &, *diſperεam.* Veſterhov. Poteſt & rectius forſan accipi; *moriendum erit mihi, non potero vivere ſi* &c.

47. Tamen, pro, modò, aut ſupple: *ea demum conditione adjutrix tibi in hac re ero.* vel, *ea dem cond. hanc duxeris.* Si pater, ſub. *velit, conſentiat.*

48. Ah!] Interjectio geſtientis in ſpem. *Minell.*

Nutricem arceſſitum iit, quae illam aluit * parvolam:
[49] In cognoſcendo tute ipſe aderis, Chaerea.
Ch. Ego [50] vero maneo. *Th.* Vin' interea, dum is venit,
[51] Domi opperiamur potius, quam hic ante oſtium?
Ch. Immo percupio. *Py.* Quam tu rem actura, obſecro, es?
Th. Nam quid ita? *Py.* Rogitas? [52] hunc tu in aedeis cogitas
Recipere [53] poſthac? *Th.* Cur non? *Py.* [54] Crede hoc meae fidei,
[55] Dabit hic aliquam pugnam denuo. *Th.* Au, tace obſecro.

* Mſ. Lipſ. PARVAM. *Veſterhov.*

49. IN COGNOSCENDO.] Dum de Pamphilae origine inquiretur. *Paraphraſt. Delph.* Dum cognoſcetur a nutrice. *Minell.* Sic And. IV. 4. 32. *In pariundo — adfuerunt.*

50. Modò VERO conſentientis eſt adverbium: alias confirmantis. *Donatus.*

51. DOMI.] Intus in aedibus. * Non ignara illecebrarum meretrix, — Chaeream vocat, ubi virgo eſt. Et ſatis callide interrogat an velit: quaſi neſciat velle. *Donatus.*

52. HUNC TU &c.] Pronomen in his plus valet, quam accuſatio. *Donatus.*

53. POSTHAC.] Poſt hoc factum, poſt hanc audaciam. *Donatus.*

54. Plaut. Amph. I. 1. 235. *tuae fidei credo?* ME. *Meae.* Veſterhov.

MEAE FIDEI.] Verbis meis. *Paraphraſtes Delph.* Meae aſſeverationi.

55. DABIT HIC ALIQUAM PUGNAM DENUO.] DABIT, proprie, pro inducet: ut, * *magnam dabit ille ruinam.* Donatus.

* Τὸ *magnam* ex proxime praecedentibus repetitum. Locus eſt apud Virg. Aen. XII. 453.

Py. Parum perspexisse ejus videre audaciam.
Ch. Non faciam, [56] Pythias. *Py.* Non pol credo, Chaerea,
[57] Nisi si commissum non erit. *Ch.* Quin, Pythias,
Tu me servato. *Py.* [58] Neque pol servandum tibi
Quidquam dare ausim, neque te servare: apage te.
Th. Adest [59] optume ipse frater. *Ch.* Perii hercle: obsecro,
Abeamus intro, Thais: nolo me in via
Cum hac veste videat. *Th.* [60] Quamobrem tandem? an quia pudet?
Ch. Id ipsum. *Py.* [61] Id ipsum? [62] virgo vero! *Th.* I prae, sequor.

Tu

dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis.
Caeterum acutiores, quam par est, esse mihi videntur Interpretes [quorum primus est Donatus.], intelligentes PUGNAM de stupro. *Pugnam dat*, qui ciet turbas. Supra IV. 3. 11. Plaut. Capt. III. 4. 53.
profecto jam aliquid pugnae *edidit.*
h. e. facinus aliquod audax patravit. *Vesterhov.*

56. Bene & moraliter appositum, PYTHIAS. *Et* joculariter, ut ille, PYTHIAS, dicit, ita haec, CHAEREA. *Donatus.*

57. NISI SI COMMISSUM NON ERIT.] Ὀξύμωρον videtur. Sensus enim est, *Non credo, nisi tum, si tibi commissum non erit quidquam.* Vesterhov.

58. NEQUE POL SERVANDUM TIBI QUIDQUAM DARE AUSIM.] Totum garrule & gesticulose, ut puellam cum adolescentulo fabulari videas. *Donatus.*

59. OPTUME.] Opportune. *Donatus.*

60. QUAMOBREM TANDEM?] Pro, *tamen.* Interrogatio haec increpationem continet impudentissimi facti. AN QUIA PUDET?] Haec interrogatio irrisionis plena est, in eum quem nihil pudet. *Donatus.*

61. ID IPSUM.] Hoc veluti molesto vultu dicitur:

adeo

Tu iſtic mane, ut Chremem introducas, Pythias.

adeo ut imitetur dictum, vultumque ejus Pythias. *Donatus.*

62. Virgo vero!] Vero εἰρωνικῶς. Virgo.] Quaſi qui minime pudicitiae ſtatum ac verecundiae virginalis veneretur. *Donat.* Quidam intelligunt; confuſus es quaſi virgo: erubeſcis ex veſte & confuſionem pateris. quod [forte, *quid*] virgo patiatur, quam vitiaſti. *Eugraphius.* Virgo vero!] Stomachoſe haec dicta. Cic. Att. IX. 19. *Etſi his quidem timoris cauſa*; ille vero? *ſed ſtomachari deſinamus.* Faërnus & Dacieria, praeeunte Donato [Hoc nondum eſt probatum.], εἰρωνικῶς in Chaeream dictum accipiunt. q. d. Eja vero! credas virginem eſſe, cui vel minima turpitudo ſit dedecori. In Mſ. Graev. ſupraſcriptum: *Corrupta eſt, cujus non pudet, & veſtis pudet?* Editi vetuſtiſſimi: Virgo vero vitiata. *Veſterhov. Pudetne te ejus?* ſubaudit *Minell.*

ACTUS QUINTI

SCENA TERTIA.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

Py. [1] QUID? quid venire in mentem nunc poſſit mihi?
Quidnam? qui referam illi ſacrilego gratiam,

1. Quid? Quid venire in mentem.] *In hoc loco cogitantis diſputatio eſt apud ſe ipſam Pythiae, quatenus Parmenonem dolo poſſit ulciſci.* Donatus. Supra III. 2. 51. Cic. Verr. I. 54. Quod *eſt igitur remedium?* quod? ubi Aſconius Pedianus inquit: *Reperit*, quod? *ut deliberantis cunctatio videatur ineſſe verbis ejus.* Veſterhov. In mentem venire poſſit mihi?] Comminiſci poſſum?

Qui hunc [2] ſuppoſuit nobis? *Ch.* [3] Move vero ocius
Te, nutrix. *So.* Moveo. *Ch.* Video, [4] ſed nihil promoves.
Py. Jamne oſtendiſti ſigna nutrici? *Ch.* Omnia.
Py. Amabo! quid ait? cognoſcitne? *Ch.* Ac [5] memoriter.
Py. Bene, aedepol, narras: nam illi faveo virgini.
Ite intro: jamdudum hera vos exſpectat domi.

Virum

2. Proprie SUPPOSUIT. Nam ut *Subduci* dicuntur, quae nolumus amittere, ita *ſupponi* quae non deſideramus. *Plautus*, [Caſina, Grex verſu 7.]

Ei pro ſcorto ſupponetur hircus unctus nautea Donat. SUPPOSUIT.] Sic Prol. 39. Vide ad Heaut. V. 3. 12. *Veſterhov.*

3. MOVE VERO OCIUS TE.] Plaut. Menaechm. V. 3. 12. *movet formicinum gradum.* Adde Merc. IV. 1. 4. ſeqq. Trin. III. 73. Theocr. Idyll. XV. 29

Κινεῦ δὴ, φέρε θᾶσσον ὕδωρ. Veſterhov.

VERO pro interjectione poſuit ſtomachantis. *Donatus.*

4. VIDEO, SED NIHIL PROMOVES.] Hinc eſt illud *Virgilianum* [Aeneid. IV. 641. ſed legitur paullo aliter hodie.]

Illa gradum celerans ſtudio properabat anili.

Scilicet non re celerabat, ſed ſtudio. *Donat.* Motum, inquit, corporis video, ſed itineris nulla progreſſio eſt. *Eugraph.*

5. AC MEMORITER.] Guyetus, AC ME NOVERIT. Mſ. Pal. AC ME NORIT. Praeſtat lectio vulgata. Plaut. Aſin. III. 2. 38.

Ut memoriter *me Sauream vocabat atrienſem!*

Capt. II. 1. 52.

iſtuc ſi potes
Memoriter meminiſſe, *ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.*

And. IV. 3. 8. *Expromta memoria* dicitur. Simile memoriae exemplum in nutrice eſt Heaut. XV. 1. 3. *Veſterhov.* MEMORITER, ex tempore, promtè.

Virum bonum eccum Parmenonem [6] incedere
Video. [7] vide ut otioſus it, [8] ſi Dîs placet!
[9] Spero me habere, qui hunc [10] meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione ut certum ſciam:
Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

6. INCEDERE.] Eſt otioſe & cum dignitate quadam ambulare. Virg. Aen. I. 46.
Aſt ego, quae Divum incedo regina, Jovisque
Et ſoror, & conjux.
Ad quem locum vide Servium. *Veſterhov.*

7. VIDE UT OTIOSUS IT.] Invidet illi ſecuritatem, quem ſollicitum redditura eſt, VIDE, UT OTIOSUS IT.] Vultu dicit, & geſtu, eum eſſe ſecurum. *Donatus.*

8. SI DÎS PLACET !] Proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicujus rei. *Donatus* De frequentiſſimo hujus dicti uſu vide ad Adelph. III. 5. 30. *Veſterhov.*

9. SPERO ME HABERE.] Pro *habituram*, aut SPERO pro *credo*, more ſuo. *Donatus.* HABERE.] Reperiſſe conſilium. *Eugraph.*

10. MEO MODO ?] Id eſt, ut volo. *Donat.* And. I. 1. 126. Heaut. II. 4. 21. *Veſterhov.*

ACTUS QUINTI

SCENA QUARTA.

PARMENO. PYTHIAS.

Pa. [1] REVISO, quidnam Chaerea hic rerum gerat.
Quod ſi aſtu [2] rem tractavit, [3] Dî voſtram fidem!

1. Redeo ad videndum. *Minell.*

2. REM TRACTAVIT.] Coeptum executus eſt. *Paraphraſt. Delph.*

Quantam, & quam veram laudem [4] capiet Parmeno!
Nam ut mittam, quod ei [5] amorem difficillimum, &
[6] Cariſſimum ab meretrice avara: virginem
Quam amabat, [7] eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc alterum,
Id [8] vero eſt, quod ego mihi puto [9] palmarium,

Me

3. Di vostram fidem!] Modo non invocantis eſt, ſed admirantis, & eſt figura ἐπιμονὴ per ἐκφώνησιν facta. *Donatus.*

4. Capiet.] Conſequetur. *Paraphraſt. Delph.*

5. Amorem.] Hoc eſt, (quod mox ſe explicans dicit) *virginem quam amabat.* Minell. Aut, amoris fruitionem, copiam amori ſuo ſatisfaciendi, conſuetudinem cum amica. ut ita capiam, facit epithetum, difficillimum: ad quod tamen, ſi Minellium ſequamur, *parata* ſubaudiri poteſt.

6. Carissimum.] Magno pretio parandum. *Paraphraſtes Delph.* Vel, qui ipſi valde cordi erat. *Minell.*

7. Eam confeci sine molestia.] Non audiendus Donatus ſcribens ad gladiatores reſpici, & virginem intelligi adeo devictam, ut graviſſimo vulnere occubuerit. Senſus enim eſt, *feci ut potiretur virgine, quam amabat.* Eſt porro emphaſis in τῷ Confeci, amplius quid ſonante, quam *effeci.* Id igitur vult, *effeci ei virginem ſuo modo fruendam.* Plaut. Pſeud. I. 1. 110. *Satin eſt, ſi hanc hodie mulierem* efficio tibi, *Tua ut ſit?* Cic. Manil. 10. de Cn. Pompejo: *Plures provincias* confecit, *quam alii concupiverunt.* Mſ. Graev. & pluſculi alii, cum Edd. Tarvis. & Mediol. Confeci ut potiretur, ex-gloſſa ſcilicet, obſervante Rivio. Donati *tamen* ſententiam firmare videtur Apulejus, qui *interficere virginitatem* dixit. Adde Th. Crenii Animadverſ. Phil. P. III. p. 113. Et Burmann. ad Petron. cap. 20. *Veſterhov.*

8. Vero, niſi ornativum eſſet, nihil ſignificaret. *Donatus.*

9. Palmarium.] Palma dignum. *Donatus.* Vocabulum

Me repperisse, quo modo adolescentulus
[10] Meretricum ingenia & mores posset noscere:
Mature ut quum [11] cognorit, perpetuo oderit.
Quae dum foris sunt, nihil videtur [12] mundius,
Nec magis [13] compositum quidquam, nec magis elegans.
Quae, cum amatore suo quum coenant, [14] liguriunt.

lum sumtum a gladiatoribus; nam victori gladiatori is honos habebatur, ut coronatus palma laudes ferret. *Paraphrastes Delph.* Palma dignum, atque adeo praecipuum, ἀξιονικον. Heaut. IV. 3. 31. Phorm. Prol. 17. Plaut. Amph. Prol. 69. Gell. III. 6. *Vesterbov.*

10. Hic versus levi transpositione fit hexameter, si legas: Ingenia et mores meretricum noscere posset. *Vesterh.*

11. Svaviter non *Noverit* sed Cognorit, dixit: quod est plenae perspicaciae. *Donatus.*

12. Mundius.] Proprie de mulieribus. Plaut. Menaechm. II. 3. 4. Horat. Carm. I. 5. 5.

Simplex munditiis.

Lucret. Lib. IV. 1275.

Nam facit ipsa suis interdum femina factis,
Morigerisque modis, & mundo *corpori' cultu*
Ut facile insuescat secum vir degere vitam.

Ubi vide Lambinum. *Vesterhov.* Lautius. Tersius. *Minell.* & *Paraphrastes Delph.*

13. Compositum.] Formatum ad venustatem. Propriè *componi* res dicitur, quae in justum & decorum ordinem redigitur. Tum forma & vultus dicitur componi in quandam elegantiam. Tac. Annal. IV. 1. *palam* compositus *pudor.* Hinc etiam de dolis & consiliis initis ad fallendum specie boni. Phorm. V. 1. 29. *Vesterbov.*

14. Liguriunt.] Ἀπὸ τȣ̃ λιγυρȣ̃. quod secundum Graecos *suave* intelligitur. *Ligurire* dicitur, qui eleganter & more senum multo fastidio suaviora quaeque degustat. *Donatus.* Supra II. 2. 4. Adelph. IV. 2. 51. Est vero *Ligurire* carptim & quasi

Harum videre [15] ingluviem, sordes, inopiam:

Quam

quasi fastidiose cibum capere. Gr. λιχνεύειν. Horat. Sat. I. 3. 81.

Semesos pisces, tepidumque
ligurrierit *jus*

Elegauter idem *Ligurire* illud expressit, Sat. II. 6. 86.

cupiens variâ fastidia oena
Vincere, tangentis male singula dente superbo.

Varro de R. R. III. 16. de apibus: *Non ut muscae liguriunt; quod nemo has videt, ut illas in carne aut sanguine, aut adipe. Ideo* (malim, *in eo*) *modo considunt, in quo est sapor dulcis:* Ubi P. Victorius annotat: *Duo rr hoc verbum habere in optimis exemplaribus & hic, & apud Terentium observavi in Eunucho*, QUAE CUM AMATORE SUO CUM COENANT, LIGURRIUNT. LIGURRIUNT *enim*, *flosculos epularum carpunt*, *& delicatiores dapes studiose sectantur. Quem sensum in Adelphis aliis verbis expressit*, ATQUE UNUM QUOD QUIDEM ERIT BELLISSIMUM, CARPAM. Sed & plusculi Mss. habent LIGURRIUNT. Hinc ad alia transfertur. Cic. Fam. XI. 21. [n. 12. ubi vide Cellarium, & G. Cortium.] *Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem* ligurrirent; *disturbavi rem.* Idem Verr. III. 76. *Non reperietis hominem timide, nec leviter haec improbissima lucra* ligurientem. devorare *omnem pecuniam publicam non dubitavit.* Exemplum *ligurientis* meretricis est Heaut. III. 1. 48. seqq. *Vesterh.*

15. VIDERE.] *Paraphrastes Delph.* subaudit, *licet.* Sed melius erit τὸ VIDERE referre ad SALUS EST, versu 18. * INGLUVIEM.] Ita praestantissimae editiones, cum Mss. plurimis. Faërnus tamen, & Gifanius in Ind. Lucret. tuentur ILLUVIEM; quod & est in duob. Mss. Leidens. & Ms. Graev. in Ms. autem Lips. & duobus Leid. est INLUVIEM [eodem sensu.] Sic Heaut. II. 3. 54. Gr. ἀλαυσία. Vide autem an non idem sit *illuvies* cum sordibus. Tum versus hic explicatur versu proxime sequente; est enim *ingluvies* aviditas cibi, sunt *sordes*, dum inhonestae solae sunt domi; est denique *inopia*, cum ex jure hester-

no

Quam inhoneſtae ſolae ſint domi, atque avidae cibi:
Quo pacto [16] ex jure heſterno panem atrum vorent:
Noſſe omnia haec, [17] ſalus eſt adoleſcentulis.
Py. Ego pol te pro iſtis dictis & [18] factis, ſcelus,
Ulciſcar: ut ne impune in nos illuſeris.

no panem atrum vorant. Videtur vero *Ingluvies* dicta, quaſi *inguluvies*, a *gula*. Veſterhov.

16. Ex jure hesterno panem atrum vorent.] Ex pro *cum* poſitum eſt. aut deeſt *madidum*, aut *maceratum*, aut *emollitum*. Donatus. Panem atrum.] Is Graecis eſt μέλας ἄρτος, German. *Schwarz-brodt*. Suetonius *panem ſecundarium* & *ſordidum* vocat, Aug. 76. Calig. 27. Ner. 48. Dixit autem Panem ex jure, phraſi Medica. Plaut. Merc. I. 2. 28.

Reſinam ex melle *Aegyptiam* vorato, *ſalvom feceris.*

Celſus III. 19. *Intritum ex vino.* Sed & generatim in rebus quae miſcentur, *ex* valet *cum*. Varro R. R. III. 10. *Pullis apponitur naſturtium ex aqua.* Homer. Odyſſ. XIX. 536.

Χῆνές μοι κατ' οἶκον ἐείκοσι πυρὸν ἔδουσιν
Ἐξ ὕδατος.

Sic κρέας ἐκ ζωμοῦ *caro juſculenta*. Linacer. cum jure legit. Jure hesterno.] Horat. Serm. II. 6. 104.

Multaque de magna ſupereſſent fercula coena
Quae procul exſtructis inerant heſterna *caniſtris.*

Sueton. Vitell. 13. *Opſonia pridiana atque ſemeſa.* Veſterhov.

17. Salus est.] Non modo utile, ſed ſalutiferum. *Paraphraſt. Delph.*

18. Factis.] Intelligit ſuppoſitionem Chaereae pro Eunucho, & turbas inde profectas.

ACTUS QUINTI
SCENA QUINTA.
PYTHIAS. PARMENO.

Py. [1] PROH fidem Deum! facinus [2] foedum! o infelicem adolescentulum!
O scelestum Parmenonem! qui istum huc adduxit. *Pa.* Quid est?
Py. Miseret me: itaque ut ne viderem, misera huc effugi foras,
[3] Quae futura exempla dicunt in eum indigna? *Pa.* O Juppiter!

[4] Quae

1. *Vim magnam ostendit, Deorum implorans fidem: quasi in hoc negotio nihil possit humanum consilium.* PROH FIDEM DEUM!] Haec singula pronuncianda sunt pavido & attonito vultu. *Donatus.*

2. FOEDUM.] Crudele. *Sallustius* [Catil. 15.] *Foedi oculi.* Donatus. FACINUS FOEDUM!] Crudele, saevum. Ovid. Metam. I. 165.
Foeda Lycaoniae referens convivia mensae.
Virgil. Aeneid. II. 55.
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras.
Ubi Servius: Foedare, *dilacerare. Nam* foedum *tam apud hunc, quam apud Sallustium non* turpe, *sed* crudele *significat.* Verba Sallustii laudat Donatus. *Vesterb.*

3. Graves poenae, quae possunt caeteris documento esse, EXEMPLA dicuntur. IN EUM INDIGNA?] Modo per INDIGNA, foeda, crudeliaque significat. Ut *Virgilius* [Aeneid. VI. 162.]
atque illi Miscenum in littore sicco,
Ut venere, vident indigna *morte peremptum.* Donat. QUAE FUTURA EXEMPLA — IN EUM INDIGNA?] Mſ. Lipſ. DIGNA. Infra V. 7. 21. Phorm. IV. 4. 7. Plaut. Mostell. V. 1. 67.

Exem-

[4] Quae illaec turba 'ſt? numnam ego perii? adibo. quid iſtuc, Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? *Py.* Rogitas, audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro Eunucho adoleſcentulum,
Dum [5] ſtudes dare verba nobis. *Pa.* Quid ita? aut quid factum 'ſt? cedo.
Py. Dicam: virginem iſtam, Thaidi quae hodie dono data 'ſt,
Scis [6] eam hinc civem eſſe; & fratrem ejus eſſe adprime nobilem?

Pa.

Exempla *aedepol* faciam *ego* in te.

Perizonius ad Sanct. Min. IV. 11. n. 3. conjunctim legit: UTNE VIDEREM, — EFFUGI FORAS, QUAE FUTURA — IN EUM INDIGNA. Ut ſenſus ſit, ſublata Synchyſi: *Effugi foras, utne viderem exempla indigna, quae dicunt in eum futura.* Cujus ego auctoritate motus maximam diſtinctionem ſuſtuli poſt FORAS. Donatus recte explicat EXEMPLA, — Gr. παράδειγμα, quodquemadmodum differat a νουθεσία & τιμωρία, docet Gellius VI. 14. *Veſterhov.* Editiones autem minoris notae exclamationem ponunt poſt INDIGNA, quod, nihil eſt, cur damnemus.

4. QUAE ILLAEC TURBA 'ST?] An, quam loquitur, an quam oſtentat ex vultu? Sed apparet vultum Pythiae *turbam* dicere. Ut in Andria, [I. 4. 7. 8.] *Sed quid Pamphilum exanimatum video? Vereor quid ſiet. Opperiar, ut ſciam nunc, quidnam haec turba mihi triſtitiae adferat.* Donatus.

5. Bene, STUDES DARE: neque enim *dediſti.* Donatus. STUDES, Conatus es.

6. EAM abundat: quemadmodum ſupra [V. 4. 5. & 6.] *Quam amabat virginem*, eam *confeci* &c. Donatus.

Pa. Nescio. *Py.* Atqui sic inventa 'st. [7] eam iste vitiavit miser.

Ille ubi hoc rescivit factum, frater [8] violentissimus.

Pa. Quidnam fecit? *Py.* Colligavit primum eum miseris modis. *Pa.* Hem!

Colligavit? *Py.* Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.

Pa. Quid ais? *Py.* Nunc minatur porro, [9] sese id, [10] quod moechis solet:

[11] Quod

natus. HINC CIVEM.] Gr. ἐντεῦθεν πολίτιν. Sic Supra II. 2. 3. And. V. 1. 14. *Vesterhov.*

7. EAM ISTE VITIAVIT MISER.] Magnum horrorem incutit audienti, non accusando, sed miserando Chaeream. *Donatus.*

8. Violentia iis tribuitur, qui iram cohibere nequeunt. Ovid. Amor. III. 1. 11.
Venit & ingenti violenta
Tragoedia passu.
In Ms. Graev. suprascriptum, *ferocissima*. Liv. I. 46. *Duo* violenta ingenia *conjungerentur.* Su t. Aug. 51. Violentius *conqueri.* Perizon. Sanct. Min. IV. 16. 20. Violentus *homo est vehementis ingenii & verborum, factorumque.* Vesterhov.

9. Aut abundat SESE: aut, *facturum ei*, deest.

10. QUOD MOECHIS SOLET.] Deest *fieri.* Donatus. Puta abdomen adimere. Horat. Lib. I. Sat. 2. 45.
testes caudamque salacem
Demeterent ferro. Lindenbr. QUOD MOECHIS SOLET.] His ἐπαυτοφώρῳ deprehensis virilia amputabantur. Quo respexit Plautus Poen. IV. 2. 40.
Facio, quod manifesto moechi haud ferme solent.
Mi. *Quid id est?* Sy. *Refero vasa salva.*
Quo sensu Paulus Apostolus 1 Thess. IV. 4. praecipit cuivis τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ. Quod paullo ante dixerat, ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς πορνείας. Plaut. Mil. V. versu 4. seqq. apertius tangit moechorum suppli-

[11] Quod ego nunquam vidi fieri, [12] neque velim. *Pa.* Qua audacia
Tantum facinus audet? *Py.* Quid ita tantum? *Pa.* An non tibi [13] hoc maximum est?
[14] Quis homo [15] pro moecho unquam vidit in domo meretricia

[16] Pre-

plicium. *Vesterhov.* Quae plura congerunt Interpretes, de variis moechorum suppliciis, in quibus erat & Mors, nihil huc attinent.

11. Non enim verisimile est mulieres, quae honestae videri vellent, interfuisse obscoeno isti supplicio. Quod autem Vesterhovius credit, Pythiam *innuere corruptos civitatis mores, usque adeo, ut non amplius punirentur moechi;* id quidem credit gratis, & manifestò adversatur verbum SOLET.

12. NEQUE VELIM.] An prae verecundia, an quod ita rarus esset quaestus meretricius? *Vesterhov.* Mihi prius probatur.

13. Hoc, Facinus violentissimi fratris notatur. *Vesterhov.* TIBI, tua sententia.

14. QUIS HOMO PRO MOECHO UMQUAM VIDIT &c.?] Ergo cum ejusmodi lupis impune erat voluptatem capere. Vide Augustin. de Civit. Dei Lib. XIV. c. 17. Lactantius Divin. Instit. Lib. VI. cap. 23. *Ne quis esset, qui poenarum metu abstineret alieno, lupanaria quoque constituit, & pudorem infelicium mulierum publicavit.* Hieronym. in Epitaphio Fabiolae. *Aliae sunt leges Caesarum, aliae Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster praecipit. Apud illos viris impudicitiae frena laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria atque ancillulas libido permittitur.* Inter haec autem scorta cauponae quoque mulieres ministraeque earum numerantur. L. fin. C. Si mancip. ita ven. & sane meretrices inter instrumenta cauponae referuntur. l. 43. §. 9. ff. de ritu nuptiar. *Lindenbrog.*

15. PRO MOECHO.] Instar moechi, ut moechus [moechum.] Imitatur Auctor Argumenti Militis Plautini:

ipse

[16] Prehendi quemquam? *Py.* [17] Nescio. *Pa.* At ne hoc nesciatis, Pythias,
[18] Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. *Py.* Hem,
[19] Obsecro, an is est? *Pa.* Ne quam in illum Thais vim fieri sinat.
Atque adeo autem cur non egomet intro eo [20]? *Py.* Vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas: nam hoc putant,
Quidquid factum est, ex te esse ortum. *Pa.* Quid igitur faciam, miser?

Quidve

ipse in domo
Senis prehensus *poenas* pro moecho *luit.*
Supra II. 3. 83. Infra V. 6. 22. Cic. prò Arch. 5. *Ita se jam tum gessisse* pro cive. Apud Romanos autem etiam adulterii crimen cessabat in meretricibus. L. 22. C. ad L. Jul. de Adulter. *Vesterhov.*

16. PREHENDI.] *Prehenditur* & *deprehenditur*, qui in facto illicito opprimitur. Cic. [sive potius Coelius.] Fam. VIII. 7. *Servius Ocella nemini persuasisset, se moechum esse, nisi triduo bis* deprehensus *esset.* Mſ. Graev. Edd. Tarvis. & Mediol. DEPREHENDI. *Vesterh.*

17. Quam astute dixit NESCIO: ne laborans ad contradicendum, amitteret fidem simplicis personae, ac vera dicentis. Vult enim magis nuntii officio fungi, quam persuadentis. *Donatus.*

18. DICO, EDICO VOBIS.] Αὔξησις, ut supra, *Ubi quaeram, ubi investigem?* DICO.] Tibi, Pythias. EDICO.] Omnibus tuis. *Donatus.* EDICO, Denuncio. *Paraphrastes Delph.*

19. OBSECRO, AN IS EST?] Insultantis. ut in Phormione, * *Hiccine eras?* nam sciebat eum esse. *Donatus.* * V. 7. 52. ubi legitur: *Ho! tune is eras?* Vesterh.

20. Prohibiturus scilicet, ne vis fiat in Chaeream. *Vesterhov.*

Quidve [21] incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem.
Dicam huic, an non? dicam hercle, etsi mihi magnum malum
Scio paratum: sed necesse est [22], huic ut subveniat.
Py. [23] Sapis.
Ego abeo intro: tu isti narra [24] omnem rem ordine, ut factum siet.

21. *Facimus* mediocria, *Incipimus* ingentia. *Donat.*

22. *Dicere* subaudiendum est, & ἀσυνδέτως inferendum est quod sequitur. Deest enim *propterea*, vel quid tale. *Donatus.*

23. SAPIS.] Ironia. Confer infra V. 7. 7. seqq.

24. MS. Mark. Lips. Edd. 1469. & 1481. OMNEM ORDINEM. *Vesterhov.*

ACTUS QUINTI

SCENA SEXTA.

LACHES. PARMENO.

La. EX meo [1] propinquo rure hoc capio commodi,

[2] Ne-

1. Firmatur mentis status trepidantis senis, ut appareat, quam inopinato malo amens fieri possit: quod ipsum superius & in Parmenone servatum est. Imparatis enim mentibus mala majora sunt. Ergo nunc tam otiosus incedit senex, ut neque mores increpet, nec quidquam suspicetur mali: sed agat gratias proximae villae: cujus beneficio non scit, quid in urbe agerent filii. *Donatus.* PROPINQUO RURE.] Villa suburbana.

[2] Neque agri, neque urbis [3] odium me umquam percipit.
[4] Ubi ſatias coepit fieri, commuto locum.
[5] Sed eſtne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt.
[6] Quem praeſtolare, Parmeno, hic ante oſtium?
Pa. [7] Quis homo 'ſt? ehem, ſalvum te advenire, here, gaudeo.

La.

2. Neque agri, neque urbis.] Tragicus apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus eſt. *Donatus.* Neque agri — Odium percipit.] Hoc non eſt beneficium *ruris*, quatenus rus eſt, ſed quatenus *propinquum* urbi [verſu praeced.); unde adeo ſine moleſtia tranſiri in urbem poteſt, ſicubi lubet.

3. Odium me umquam percipit.] Faſtidium ex abundantia eſt. *Donatus.* Percipit.] ἀυξη̃τικον eſt τὸ Per. Plaut. Truc. II. 5. 14.
ejus eam cito odium percipit
Menaechm. V. 5. 21.
quid ceſſas dare
Potionis aliquid, priusquam percipit *inſania?*
Stich. II. 2. 17.
Quid ego, quoi miſero medullam ventris percepit *fames.*
Lucret. VI. 804.
At quum membra hominis percepit *fervida febris.*

Veſterhov. Ergo Percipit, penitus occupat.

4. Ubi satias coepit fieri.] Suffecerant ad hanc ſententiam duo ſuperiores ii verſus: ſed ἐνέργεια eſt ſenilis eloquii, faceti & garruli ſimul. Ubi satias.] Deeſt *Nam.* Satias, Odium: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. *Donatus.* Sic Hec. IV. 2. 18. *Veſt.*

5. Veriſimiliter dubitavit, utpote ſenex, viſu jam languido, atque oculis aetate defeſſis. Quae docta Donati obſervatio eſt.

6. Quem praestolare?] Aliter *Tullius* in Catilinam [I. 9.] *Qui* tibi *ad forum Aurelium* praeſtolarentur. *Praeſtolari*, eſt praeſto eſſe & apparere, hoc eſt, obſequi. *Donatus.*

7. Mira videtur Donato haec dubitatio, cum antea ſervus providerit ſenem venientem. ex variis ejus conjectu-

La. Quem praestolare? *Pa.* Perii! [8] lingua haeret metu.

La. Hem! [9] quid est? quid trepidas? [10] satin' salve? dic mihi.

Pa. Here, [11] primum te arbitrari, quod res est, velim:

Uuu 2 Quic-

jecturis ea maxime placet, quae caussam in perturbatione & formidine servi, postquam cominus ventum est, quaerit.

8. LINGUA HAERET METU.] *Virgilius* [Aeneid. II. 774.]

vox faucibus haesit. Donatus.

Scilicet φόβος γλώττης δεσμός ἐστι. Phaed. I. 2. 26.

vocem praecludit metus.

Ovid. Amor. I. 7. 20.

pavido lingua retenta metu. Vesterhov.

LINGUA HAERET METU.] Infixa manet palato & immobilis, ut loqui non possim prae timore. Id accidit, quia in formidine calore ad praecordia recurrente, lingua refrigerascit, ac stupens & attonita redditur. *Minell.*

9. Alii, cum Donato, junctim, QUID EST, QUOD TREPIDAS? *Vesterhov.*

10. SATISNE SALVE?] SALVE, integre, recte, commode. *Plautus* in Trinummo [V. 2. 53.], *Benevolens tuus atque amicu 'st.* LE. *Satin' salve.* SATISNE SALVE?] Nunc adverbium est: producta est *e* litera. *Sallustius* [in Fragmentis], *Inde ortus sermo, percontantibus utrimque, satin' salve, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur* [Vesterhovius legit, *augerentur.*] Donatus. In aliis est SALVAE. Ita Livius I. 58. & XL. 8. In aliis SALVE. Apulej. Apol. *Puer ubi sit, & quam salve agat, interrogat.* Sensus igitur est, vel, satin' salve agis? [aut etiam, *agitur* sc. domi meae?] vel *satin' salvae res sunt*? Estque solennis formula peregre redeuntium. Vide Brisson. de Form. Lib. VIII. & Boecleri Chrestomath. v. *Salus.* Vesterh.

11. PRIMUM TE ARBITRARI &c.] Antequam crimen narraret, voluit quod factum esset a se removere. *Eugraph.* Quae orationis pertur-

Quicquid [12] hujus factum est, culpa non factum est mea.

La. * Quid? *Pa.* Recte sane interrogasti: oportuit Rem [13] praenarrasse me. Emit quendam Phaedria Eunuchum, quem dono huic daret. *La.* Cui? *Pa.* Thaidi.

La. [14] Emit! perii hercle! quanti? *Pa.* ** Viginti minis.

La. Actum est. *Pa.* Tum [16] quandam fidicinam amat hic Chaerea.

La. [17] Hem! quid? amat? [18] an scit jam ille quid meretrix siet?

An

turbatio animum male conscium arguit. *Paraphrastes Delph.* Ita & Sostrata, Heaut. IV. 1. 10. Estque adeo in Parmenone verum, quod vulgo dicunt Galli: *Qui s'excuse, s'accuse.* Vesterh.

12. HUJUS.] In hac re. *Minell.*

* QUID, interrogat. quis enim ante, crimen, quam objiciatur, aut proponatur, neget? RECTE SANE.] Docte *Terentius* ipse se reprehendit. Nam ordine factum non est, prae timore & conscientia. *Donatus.*

13. Ms. Mark. PRAENARRARE. *Vesterhov.* RÉM, id quod te absente evenit. & Sub. *antequam purgarem.*

14. EMIT! PERII.] Exprimitur character parci senis.

** VIGINTI MINIS.] Compendium summae, ob sollicitudinem de herilis filii salute. Vide supra I. 2. 89. *Vesterhov.*

16. QUANDAM FIDICINAM AMAT HIC &c.] δεικτικῶς dicit HIC, digitum intendens in aedes Thaidis. *Vesterhov.*

17. HEM! QUID? AMAT?] Haec singula pronuncianda sunt: ut stuporem nimiae indignationis ostendant. *Donatus.*

18. AN SCIT JAM ILLE, QUID MERETRIX SIET?] Quia fidicina meretrix est. *Donat.* *Saltem* Lacheti meretrix est. Neque tamen describitur meretrix, supra I. 2. 52. testis est Nepos in Praefat. Sal-

An [19] in Aftu venit? [20] aliud ex alio malum.

Pa. Here, ne me fpectes: me impulfore haec non facit.

La. Omitte de te dicere: ego te, furcifer,
Si vivo [21]! fed iftuc quicquid eft, primum expedi.
Pa. Is pro illo Eunucho ad [22] Thaidem deductus eft.

Uuu 3 *La.*

Saltare & tibiis canere, quidni & fidibus fcire? laudi ductum in Graecia. Solebant autem meretriculae vulgo hanc artem callere. Plaut. Epid. V. 2. 39. & paffim alibi. *Vefterhov.*

19. In Astu.] In urbem de Peireo. Sic Athenienfes vocabant urbem fuam: unde ipfi incolae ἀςοὶ vocantur. *Donatus.* Scilicet Athenae κατ' ἐξοχὴν dictae Ἄςυ, uti Roma Urbs. Nepos Alcib. 6. *Poftquam* Aftu *venit.* Ex Piraeeo fcilicet. Cic. Legib. II. 2. *Ut veftri Attici, priusquam Thefeus eosdem migrare ex agris, &* in Aftu, *quod appellatur, omnes fe conferre juffit, & Sunii erant iidem, & Attici. Vefterhov.* Athenae in duas divifae erant partes; Urbem quae dicta ἀςυ, & portum qui πειραιεὺς vocatus eft: eas autem partes unus complectebatur ambitus; fed ita ut plebeji & Democratiae fautores in regione Piraeei agerent; elegantiores nobilioresque Aftu incolerent. A potiori igitur parte & ad portus difcrimen ἀςὺ & ἀςικὸς nominabant, *Urbem* & *Urbanos.* Paraphraft. Delph.

20. Aliud ex alio malum.] Hoc feparatim dixit fenex, fixis in Parmenonem oculis. *Donatus.* Scilicet *oritur, nafcitur,* id eft, nulla calamitas fola. *Minell.* Cic. Fam. IX. 19. *Me quotidie* aliud ex alio *impedit.* Virg. Aen. III. 454.
Nos alia ex aliis *in fata vocamur.*
Eft igitur Ex idem quod *poft.* Sic Heaut. III. 3. 37. Similis fententia apud Plautum Aul. IV. 10. 71.
Ita mihi ad malum malae res plurimae fe agglutinant. Vefterhov.

21. Sub. *ulcifcar.* Donatus.

22. Mff. Lipf. Graev. Thaidem hanc, *Vefterhov.*

La. [23] Pro Eunuchon'! *Pa.* Sic eſt. hunc * pro moecho poſtea
[24] Comprehendere intus, & [25] conſtrinxere. *La.* Occidi.
Pa. [26] Audaciam meretricum ſpecta. *La.* Numquid eſt
Aliud [27] mali damnive, quod non dixeris,
Reliquom? *Pa.* [28] Tantum eſt. *La.* Ceſſo huc [29] introrumpere?

Pa.

23. Pro Eunuchon'!] Non interrogat, ſed exhorreſcit. *Donatus.*

* Bene *pro moecho* dixit, quia in domo meretricis moechi crimen nullum eſt. *Eugraph.*

24. Comprehendere — et constrinxere.] Quo dicto vim ingentem inferri ſignificat Chaereae. *Comprehendere* ſignificat ſtrictim [Legé, *ſtrictum*, ex Mſ. Hulſt. & Edd. Venet. *Veſt.* Quidni autem *ſtrictim* intelligamus, compendioſè?] aliquem in facinore deprehenſum. *Donatus.*

25. Constrinxerunt.] Vinculis alligarunt. *Eugraph.*

26. Audaciam meretricum specta.] Major ἔμφασις accuſationis eſt per pluralem numerum, quam ſingularem. Sic alibi:

An potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

— Oratorie avertit iram ſenis a ſe, & a Chaerea: atque derivat in meretricem. *Donatus.*

27. *Damnum* ad emptionem Eunuchi, *Malum* ad comprehenſum pertinet & conſtrictum Chaeream. *Donatus.*

28. Tantum est.] Formula abrumpendi ſermonem. Plaut. Caſin. Prol. 87.

Tantum eſt. *valete, bene rem gerite.*

Merc. II. 2. 11.

Lo. *Nunquid amplius?*
Ly. Tantum eſt.

Gr. Τοσοῦτον, &, ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Veſt.

29. Alii Intro irrumpere. Non. Marcellus: Intro rumpere. Plautus Mil. II. 5. 50.

Intro

Pa. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac
re ſit [30] malum:
[31] Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
[32] Propter me hiſce aliquid eſſe [33] eventurum mali.
Nam jam diu aliquam [34] cauſam quaerebat ſenex,
[35] Quamobrem inſigne aliquid faceret his. Nunc
repperit.

Intro rumpam *recta in aedes.* Mſ. Graev. ante: CUR CESSO. *Veſterb.*

30. SIT.] Sub. *eventurum; paratum.*

31. NISI, verumtamen. * NECESSE, eſt nomen. Nam *Neceſſus*, *neceſſis*, & *neceſſitas*, & *neceſſum*, lectum eſt. Donatus. Donato memoratum NECESSUS defendit P. Victorius, legiturque in exemplo, quo uſus eſt Guyetus, edit. Heidelb. 1587. *Veſterhov.*

32. PROPTER ME.] Mea opera, per me. And. I. 5. 36. *Veſterhov.* HISCE.] Meretricibus. pluraliter ſuo more. *Donatus.*

33. Mſ. Mark. VENTURUM. *Veſterhov.*

34. Nota CAUSAM, pro occaſione. *Donatus.*

35. QUAMOBREM INSIGNE ALIQUID FACERET.] Manifeſtius hoc Menander explicat, jampridem infeſtum meretrici ſenem, poſt corruptum ab ea Phaedriam: nunc demum ſe inventa occaſione vindicaturum. QUAMOBREM.] Quamvis dixiſſet CAUSAM, intulit QUAMOBREM. INSIGNE ALIQUID.] Magnum & nobile facinus. FACERET.] Ἰδιωτικῶς dixit. *Donatus.* FACERET IIS.] In meretrices iſtas ederet. *Paraphraſtes Delph.*

ACTUS QUINTI

SCENA SEPTIMA.

PYTHIAS. PARMENO.

Py. NUMQUAM aedepol quidquam jam diu, quod magis vellem evenire,
Mihi evenit, quam quod modo ſenex intro ad nos venit [1] errans.
Mihi [2] ſolae ridiculo fuit, quae, quid timeret, ſciebam.
Pa. [3] Quid hoc autem eſt? *Py.* Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.
Sed ubi obſecro is eſt? *Pa.* Men' quaerit haec? *Py.* Atque eccum video. adibo.
Pa. Quid eſt, [4] inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? *Py.* [5] Perii,
Defeſſa jam ſum miſera te ridendo. *Pa.* Quid ita? *Py.* Rogitas?

[6] Non

1. ERRANS.] Non greſſu errans, nec via: ſed animo & opinione. *Donatus.*

2. *Soli* regulariter dicitur: SOLAE non recte, ſed antique. ut alibi, *Hoc ipſa in itinere*, alterae *dum narrat*, *forte audivi.* Donatus. RIDICULO FUIT.] Ridendi materiam praebuit.

3. QUID HOC AUTEM EST?] Ridentem miratur Parmeno. ID PRODEO.] Propter id. *Donatus.* Mſ. Lipſ. ID EXEO. *Veſterh.*

4. INEPTA.] Fatua, quae tanto cachinno rides, quaſi fatua. *Minell.* Inſana. *Paraphraſtes Delph.*

5. Mſſ. Mark. Boend. cum edd. vetuſtiſſimis, AH, AH, EH, PERII. Defendit Adrianus Barlandus, Anteſignanus reſecat, ob metrum. *Veſterhov.*

Nunquam, pol, hominem ſtultiorem vidi, nec videbo. ah,
[6] Non poſſum ſatis narrare, [7] quos ludos praebueris intus.
[8] At etiam primo callidum & [9] diſertum credidi hominem.
Quid? ilicone credere ea, quae dixi, oportuit te?
[10] An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet

Uuu 5 ·Ado-

6. Mſſ. Lipſ. Boend. c. edit. 1469. NON SATIS POTEST NARRARI. Pareus ex tribus Mſſ. Pall. & Paris. citat, NON POTEST SATIS NARRARI. Alii, NON POTE SATIS NARRARI. *Veſterhov.*

7. QUOS LUDOS PRAEBUERIS &c.] Ex errore & metu nimio ſenis, credentis conſtrictum filium ſe offenſurum in domo meretricis. *Donatus.* Quos riſus excitaveris. *Paraphraſt. Delph.*

8. AT ETIAM PRIMO CALLIDUM &c.] Haec omnia ſic in ſcena pronunciata ſunt, ut riſu interrumpi verba puellae viderentur. Majorisque inſultationis eſt, ſi is, qui fatigat alterum [*riſu*, add. Veſt. ope Codd. veterum. Sed *Fatigat* capere licet, pro, increpat.] dicat ſe ante de illo multo aliter ſenſiſſe. *Donatus.* AT ETIAM, atqui. *Paraphraſtes Delph.* Aut ETIAM, profecto.

9. DISERTUM] ingenioſum, & qui te undecunque expedire poſſes. Sic Literae dicuntur *diſertae*, quae ſcriptae ſunt cum ſale. Cic.Fam. III. 11. 15. *Veſterhov.*

10. POENITEBAT FLAGITII.] Parvum videbatur. Ipſe alibi [Heaut. I. 1. 20. ubi *operis* legitur.] *Quantum hic operae fiat, poenitet.* Donatus. Recte.Plaut.Pſeud. I. 3. 71.

Eho, an poenitet te, *quanto hic fuerit uſui?*

Poen. I. 2. 71.

Heu, ecaſtor, quum ornatum adſpicio noſtrum ambarum, poenitet,
Exornatae ut ſumus.

Cic. Fam. I. 7. *Me mane* (fortunae) *ne nimium* poeniteret, *tua virtute perfectum eſt.* Philipp. I. 13. *Num gloriae* poenitebat. Phorm. I. 3. 20. *Veſterhov.*

Adolescens, [11] ni miserum insuper etiam patri indicarês?
Nam [12] quid illi credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit
Illam esse eum indutum pater? [13] quid est? jam scis te periisse?
Pa. [14] Hem! quid dixti, pessuma? an mentita es? etiam rides?

Itan'

11. Duo objicit. Unum, quod male consuluerit: alterum, quod male prodiderit consilia sua. Ad invidiam *autem* Parmenonis, MISERUM dicit adolescentulum eo modo quo Juno accusans Venerem ait: [Virg. Aeneid. X. 89.]

an miseros *qui Troas Achivis*
Objecit.

Sic enim agimus, quum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris removemus. Et bene INDICARES. Nam *indicium* dicitur ejus, qui una peccavit. *Donatus.* Sic Asconius in Divin. cap. 11. *Index est autem*, inquit, *qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* INDICARES.] Scelus ejus deferres & proderes. Heaut. III. 3. 23. Plaut. Cistell. II. 3. 45.

Me indicabit.

Cic. pro Arch. 11. *Jam me vobis, judices*, indicabo, *& de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, — vobis confitebor.* Vesterhov.

12. QUID ILLI CREDIS ANIMI TUM FUISSE?] Adelph. IV. 5. 31. Ovid. Trist. III. 3. 5.

Quid mihi nunc animi *dura regione jacenti*
Inter Sauromatas esse Getasque putas. *Vesterh.*

13. Mss. Mark. Boend. sed & quidam editi vetusti: *Pa.* QUID EST? *Py.* JAM SCIS &c. Praestat autem utrumque tribuere Pythiae, & inferre ad consternatum Parmenonis vultum. *Vest.*

14. HEM! QUID DIXTI &c.] Nunc demum intelligit Parmeno se esse delusum. ETIAM RIDES?] Apparet eam ex hujus stomacho vehementius cachinnare. *Donatus.*

Iran' lepidum tibi visum est, [15] scelus, nos irridere?
Py. Nimium.
Pa. Si quidem istuc impune habueris [16]. *Py.* [17]
Verum? *Pa.* [18] Reddam hercle. *Py.*
Credo.
Sed [19] in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod minitare.
Tu [20] jam pendebis, qui stultum adolescentulum [21] nobilitas
Fla-

15. Scelesta, Nos, herum & me.

16. Subauditur, *Tum nimium.* * Donatus. * Sc. lepidum tibi videatur. Suspicabar scripsisse Interpretem *Tuum* NIMIUM. *Vesterhov.* *Peream*, subaudit Guyetus, & confert And. IV. 4. 51. *Minell.*

17. VERUM?] Irridentis interrogatio. *Donatus.* Q. d. Credamne istuc tibi? itane vero ais? itane credam futurum? Vultus supplet verba in talibus. *Minell.*

18. Ovidius plenius, Amor. I. 6. 23.
Redde vicem.
Ita & Petronius non semel. Sed & in quibusdam Libris est: REDDAM HERCLE VICEM. *Vesterhov.*

19. IN DIEM.] Longo post tempore futurum. Phormion. V. 2. 16. Senec. Epist. XCVIII. [sub. init. aliô tamen sensu.] Nep. Att. IX. *Quum illa fundum secunda fortuna emisset* in diem. Quandoque unius diei moram denotat. Ovid. Metam. II. 48.
In*que* diem *alipedum jus & moderamen equorum.*
Ad mentem Senecae [forte, *Nepotis.*] dixit Plautus, Pseud. I. 3. 67.
Eme die coeca hercle olivom, id vendito oculata die.
H. e. Eme, solutione prolata, & vende praesente argento. *Vesterhov.* In longam dilationem. Unde *dilatio* est dicta, diei prolatio. *Donatus.*

20. JAM, nimiam velocitatem significat. *Donatus.* Et est oppositum τῷ IN DIEM, supra. * PENDEBIS.] Pendens virgis caedere vel loris, Scilicet solebant servi &

Flagitiis, & eundem indicas. uterque in te * exempla edent.

Pa. Nullus sum. *Py.* [22] Hic pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.

Pa.

& servi vapulantes suspendi ad trabes. Phorm. I. 4. 43. Plaut. Mostell. V. 2. 45.

Verberibus caedere, lutum, pendens.

Truc. IV. 3. 3. Unde *Pendere* simpliciter pro verberari. Plaut. Asin. III. 3. 26. & 27. *Vesterhov.*

21. NOBILITAS FLAGITIIS.] Notum (notorium dicerent Jurisconsulti) facis. *Farnab.* Scilicet & *nobilis* & *nobilitas* in pejorem partem sumitur. Est enim *nobilis* propric qui noscitur quasi *noscibilis*. Sic Hec. V. 2. 31. Plaut. Pseud. IV. 7. 10. [ubi lege praecedentia.]

neque his unquam nobilis *fui.*

Rud. III. 2. 5.

qui se sce!ere *fieri nolunt* nobiles.

Eodem sensu latro ille ἐπίσημος dicitur in Evang. Matth. XXVII. 16. Mss. Mark. Boeud. cum Pall. quatuor & edd. veteribus. DENOBILITAS. *Vesterhov.*

* Nova ac mira tormenta, quae pro exemplis narrentur, aut quae documenta sint caeteris, ne delinquant, EXEMPLA dicuntur. Et EDENT, & EDET legitur. Si EDENT, figuratum est: si EDET recte, Et plus est EDET, quam *dabit.* Donatus.

22. HIC PRO ILLO MUNERE TIBI HONOS EST HABITUS. ABEO.] Εἰρωνικῶς & μεταφορικῶς. PRO MUNERE.] Et honos rumigerulis haberi solet. *Donatus.* Alludit Pythias ad Parmenonis dictum, qui palmariam doli inventionem sibi fore dixerat. *Minell.* Mercedem & praemium *honorem* dixerunt. Cic. Fam. XVI. *Curio misi, ut medico* honos haberetur, [ubi vid. Cellarium, & Gotl. Cortium.] Plin. Paneg. 90. Lucil. XXX. 6.

Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem. *Vesterhov.*

MUNERE, Eunucho quem dono Thaidi adduxisti. *Paraphrastes Delph.* Indicio, vel indicis officio; & HABITUS EST, pro, certo habebitur. ex mente Donati.

Pa. [23] Egomet meo indicio, miser, quasi sorex, hodie perii.

23. EGOMET MEO INDICIO, — QUASI SOREX — PERII.] Proprium soricum est, vel stridere clarius quam mures, vel strepere magis, quum obrodunt frivola: ad quam vocem multi se intendentes, quamvis per tenebras noctis, transfigunt eos. *Plautus* [Bacchid. IV. 8. 47. & 48.] *Confossiorem te faciam soricina naenia.* EGOMET MEO INDICIO.] Proverbium in eos, qui ipsi se produnt. quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu. *Donatus.*

ACTUS QUINTI

SCENA OCTAVA.

GNATHO. THRASO.

Gn. QUID nunc? [1] qua spe, aut quo consilio huc imus? quid inceptas, Thraso?

Th. Egone? ut Thaidi me dedam, & [2] faciam quod jubeat. *Gn.* [3] Quid est?

Th.

1. Bene, QUA SPE, AUT QUO CONSILIO? tanquam omnia expertus [sit Miles], & nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. QUID INCEPTAS?] *Incipere*, magnorum facinorum est & audaciae. *Donatus.*

2. ET FACIAM QUOD JUBEAT.] Proprie: nam in deditione victores jubent, victi obsequuntur. *Donatus.*

3. Hoc interrogat, quasi non possit credere, militem, qui se fortem jactitat, in eam posse induci sententiam. *Minell.* Vesterhovius hoc malit tribuere Thrasoni, videnti Gnathonis vultum admirantem: in sequenti autem versu QUI MINUS — OMPHALAE? Gnathoni, in re quamlibet turpi, adulanti: rursus, EXEMPLUM PLACET, Thrasoni.

Th. [4] Qui minus, quam Hercules ſervivit Omphalae? *Gn.* Exemplum placet.

[5] Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput!

[6] Sed

4. QUI MINUS, QUAM HERCULES SERVIVIT OMPHALAE?] Hic *Terentius* exprimit conſuetudinem, in qua [Videtur delendum *τὸ in.* Veſt.] ignavis rationes criminum, & exempla ſuppeditant [pro, *ſuppetunt.* Veſt.] Nam ſic & ſupra de Pyrrho. Omphale Lydiae regina fuit, quae Herculem ſibi ſervientem etiam ad lunificium compulit: quum ipſa [Edd. Venetae & Argentina, *ipſe*, ſub. Hercules. *Veſt.*] calathum, & colum, cultusque foemineos, ſagittis & clava, leonisque tegmine mutaſſet. HERCULES SERVIVIT OMPALAE.] Subauditur, *& ego ſerviam Thaidi?* Donatus.

5. UTINAM TIBI COMMITIGARI VIDEAM SANDALIO CAPUT!] Haec Gnatho ad ſpectatores converſus. Primum tangit morem mulierum, quibus uti ſandalia ornabant pedes, ita armorum vicem praeſtabant. Unde Perſius Sat. V. 165.

ſolea, puer, objurgabere rubra.

Ubi vide Caſaubonum. De Sandaliis vide Meurs. Attic. Lect. III. 26. & Voſſ. Etymol. Tum COMMITIGARI eleganter dicitur duri militis CAPUT. Sic de Euphrate ante tumido, ſed nunc ſuperato, Virg. Aen. VIII. 726.

Euphrates ibat jam mollior undis.

Eleganter ex ambiguo de lenone colaphis contuſo, Adelph. II. 4. 12.

jam mitis *eſt*,

Plaut. Mil. V. 31.

Mitis *ſum equidem fuſtibus.* Nonius v. *Mitis* laudat e Turpilii Lindia: *Miſero mihi* mitigabat ſandalio caput. Dubium autem nullum eſt quin Gnatho reſpexerit ſortem Herculis, de qua ita Lucianus Lib. de Conſcrib. Hiſt. Αὐτὸν δὲ [Ἡρακλέα] — ἔρια ξαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ. Veſterh. COMMITIGARI.] Eſt tundendo deprimi atque deponi. [Dona-

[6] Sed fores crepuere ab ea. *Th.* [7] Perii! quid hoc autem 'ſt mali?
Hunc ego numquam videram etiam. quidnam properans hinc proſilit?

natus. Demulceri. *Paraphraſtes Delph.*

6. Haec Thraſoni etiam tribuenda cenſet Veſterhovius. Ab ea, And. I. 3. 21.

7. Perii! quid hoc autem est mali?] Eunuchi habitu Chaerea, ſed virili confidentia proſilit, & militem velut novi rivalis terret aſpectu. *Donatus.*

ACTUS QUINTI

SCENA NONA.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

Ch. [1] O POPULARES! ecquis me vivit hodie fortunatior?
Nemo hercle quiſquam. [2] in me plane Dî poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere: cui tam ſubito tot [3] contigerint [4] commoda.

Pa.

1. O populares!] Non mirum, ſi inſane exultat nuptiis, qui jamdudum ob id ſolum, quod vitiaverat virginem, laetabatur. *Donat.* Ω Δεμόται. Vide ad Phorm. I. 1. 1. *Veſterhov.*

2. In me plane Di potestatem suam omnem ostendere.] Deſcriptio ſummae felicitatis, qualis illa And. V. 6. 9.

ſolus eſt, quem diligunt Dii. Veſterhov.

3.

Pa. Quid hic laetus eſt? *Ch.* O Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
[5] Inventor, inceptor, perfector! [6] ſcin' me in quibus ſim gaudiis?
Scis Pamphilam [7] meam inventam civem? *Pa.* Audivi. *Ch.* Scis ſponſam mihi?
Pa. Bene, ita me Dì [8] ament, factum. *Gn.* [9] Audin' tu illum; quid ait? *Ch.* Tum autem Phaedriae
Meo fratri gaudeo [10] amorem eſſe omnem in tranquillo: [11] una 'ſt domus.

Thais

3. Mſ. Graev. & Edit. Mediol. CONTIGERE. Alii, CONGRUERINT. de qua voce vide Feſtum. *Veſterhov.* CONGRUERINT, Confluxerint, ſimul depluerint. *Farnab.*

4. Mſ. Lipſ. COMMODO. Alii, BONA. *Veſterhov.*

5. INVENTOR, INCEPTOR.] *Invenire* ſapientis eſt: *incipere*, audacis, *perficere* conſtantis. Ergo plena laudatio eſt. Et conſtat hoc Chaeream laudative dicere. Nam in ſubditis ſolum conſilium attributurus eſt Parmenoni. *Donatus.*

6. SCIN' ME IN QUIBUS SIM GAUDIIS?] Σύλληψις. Et nota SCIN' ME: quum ſufficeret SCIN'. Ergo ME abundat: & eſt figura *. ἀρχαϊσμός. Donatus.* Linacer VI. potius dicit eſſe Helleniſmum, cum ſermo talis ſit familiaris Graecis. *Veſterhov.* IN QUIBUS SIM GAUDIIS.] An pro, quantum gaudeam? quando dictum erit uti, *eſſe in timore*, *in ſpe*, *in morbo*, & ſimilia. An pro, quam ſim beatus? hoc malim.

7. Amatorie dixit MEAM: vel potius ſponſam meam, vel quam amo. INVENTAM.] Cognitam. CIVEM.] Deeſt *eſſe*. SCIS SPONSAM MIHI.] Deeſt & *eſſe*. Et eſt *ſponſa* nunc participium. *Donatus.*

8. Mſ. Graev. τὸ BENE repetit ante AMENT, & Editio 1469. ante FACTUM. *Veſterhov.*

9. AUDIN' TU ILLUM &c.?] Hoc vultu mutato & turbato dicitur. *Donatus.*

10.

Thais [12] patri se commendavit in clientelam & fidem:
Nobis dedit se. *Pa* Fratris igitur Thais [13]tota 'st?
Ch. Scilicet.

Pa.

10. Amorem esse omnem in Tranquillo.] Bene, In tranquillo, quia mari & tempestatibus, amicae mobilitas & instabilitas comparatur. Sic Horat. [Carm. I. 5. 5. ad 9.] *Donatus.* Summam securitatem *tranquillum* & *rem tranquillam* dicunt. And. III. 5. 14. Metaphora a mari tranquillo deducta. Phorm. IV. 4. 9. Liv. XXIV. 8. *Quilibet nautarum vectorumque* tranquillo mari *gubernare potest: ubi saeva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus est. Non* tranquillo *navigamus; sed jam aliquot procellis submersi pene sumus. Itaque quis adgubernacula sedeat, summa cura providendum ac praecavendum nobis est.* Et XXVIII. 73. *Multitudo omnis, sicut natura maris per se immobilis est, ut venti & aurae cient, aut* tranquilli, *aut procellosi.* Lucret. V. 11.

Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris
In tam tranquillo, *& tam clara luce locavit.*

Pariter *serenum* pro coelo sereno. *Vesterhov.*

11. Una 'st domus.] Id vult Chaerea, postquam ipse domum duxisset Pamphilam, & Thaidem ad se recepisset simul, Phaedriam jam tranquillo frui suo amore posse. *Vesterh.*

12. Patri commendavit se in clientelam et fidem.] Id *προστάτην νέμειν* Atticis dictum. Qui vero cives non essent, sed inquilini, patronum autem non haberent, eo nomine in jus vocabantur, idque judicium *ἀποστασίου δίκη* appellatum. Turneb. Advers. XII. 10. *Vesterhov.* In clientelam, Ut ametur; Fidem, ut defendatur. *Donatus.* Forte haec Donati nota favent interpunctioni Editionis Delph. ubi colon remotum ex fine versus verbo commendavit adponitur: Nobis dedit se, absolute positum, quid significet, mihi non est liquidum; etsi Nobis, nostrae familiae, exponat. Minellius

Pa. Jam hoc aliud eſt quod gaudeamus: miles pellitur foras.
Ch. Tum tu, frater ubi ubi eſt, fac quam primum haec audiat. *Pa.* Viſam domum.
Th. Numquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc [14] perpetuo perierim?
Gn. Sine dubio, opinor. *Ch.* [15] Quid commemorem primum, aut laudem maxume?
[16] Illumne, qui mihi conſilium dedit, ut facerem: an me, qui auſus ſim
Incipere? an fortunam collaudem, quae [17] gubernatrix fuit:

Quae

13. Bene Tota: ut ne ex parte quidem ſit militis. *Donatus.*

14. Perpetuo perierim.] Quia illud *periiſſe* ſupra, temporale videbatur. *Donatus.* Sine remedio. *Minell.* Certiſſime. Heaut. IV. 5. 33. & IV. 8. 22. *Veſterb.*

15. Quid commemorem primum?] Διαπόρησις oratoria famtliaris laudantibus. *Cicero*, [Locus incertus.] *Unde igitur potius incipiam?* Hoc autem fit, ubi omnia & magna videntur & paria. *Donatus.* Similis magnificae ἀπορίας exempla congeſſit Cerda ad Virg. Aen. XI. 664.
Quem telo primum, quem poſtremum, aſpera virgo, Dejicis? Veſterb.

16. Mſ. Lipſ. Illum, qui. *Veſterb.* Illumne — ? An me — ? an fortunam.] Tria ſunt in vita hominum, conſilia, facta, ſucceſſus. Conſilium animi eſt: Factum, corporis: Succeſſus, fortunae. *Donatus.*

17. Mallet Guyetus, Gubernator, dicens, Gubernatrix *vix dici poteſt.* Uſus tamen eſt Cicero de Oratore I. 9. *Iſta praeclara gubernatrice &c.* Aliter Cicero Att. VIII. 4. *Cujus Fortunae nos, quantum humano conſilio effici poteſt, motum ratione quadam gubernabimus.* Vide porro de Fortuna gubernaculum manu tenente Heinſium, Introduct. ad Heſiod. Mſ. Lipſ. Congubernatrix. *Veſterbov.*

Quae tot res, tantas, tam oportune in unum conclusit diem?
An [18] mei patris festivitatem, & facilitatem? ô Juppiter!
Serva obsecro haec nobis bona. *Ph.* Dî vostram fidem! incredibilia
Parmeno modo quae narravit. sed ubi est frater? *Ch.* * Praesto adest.
Ph. Gaudeo. *Ch.* [19] Satis credo, nihil est Thaide hac tua, frater, dignius
Quod ametur: ita nostrae est omni fautrix familiae.
Ph. [20] Mihi illam laudas? *Th.* Perii! [21] quanto minus spei est, tanto magis amo.
[22] Obsecro, Gnatho, in te spes est. *Gn.* [23] Quid vis faciam? *Th.* Perfice hoc

18. Etiam patri laus impartienda est. — *Festivitas* in dictis, *facilitas* vero in animo & factis. *Donatus.*

* PRAESTO ADEST.] Justin. I. 6. 4. Ubi vide Interp. & Abr. Gronovium. *Vesterhov.*

19. SATIS CREDO.] Sic dici nota agentibus [*ajentibus.* Wieling.] solet. Recte igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiae, GAUDEO: & ille sic respondet, ut amicis gratulantibus decet, SATIS CREDO. CREDO autem ideo, quia multi se fingunt gratulari, quum invideant: gaudere, quum doleant. *Donatus.*

20. MIHI.] scilicet amatori. Et MIHI pronunciatione juvandum est. *Donatus.* Rivius praefert, HUI, MIHI &c. ex Codd. emendatioribus. *Vesterhov.*

21. QUANTO MINUS SPEI EST, &c.] Gravior enim amor fit ex despectione, vel desperatione, ut ait Servius ad Virg. Ecl. VIII. 43. *Vesterhov.*

22. OBSECRO, GNATHO, IN TE SPES EST.] Mire, quasi desperatis omnibus auxiliis, abjecta nimis supplicatio inducitur. Nam & OBSECRO, & GNATHO, id significant, & IN TE SPES EST. *Donatus.*

[24] Precibus, pretio, ut [25] haeream in parte aliqua
tandem apud Thaidem.

Gn. [26] Difficile est. *Th.* Si quid collibuit, novi
te hoc si effeceris,

[27] Quod vis donum & praemium a me optato, id
optatum feres.

Gn.

23. Non est hoc interrogantis, sed ostendentis, non esse quid faciat. *Donatus.*

24. Nihil militi superest praeter precem, ut victo: & pretium, ut diviti. PRECIBUS, PRETIO.] ἀσύνδετα, velut afflicta, & lassa, [*Afflicti & lassi.* Abr. Wieling. *Ab afflecto & lasso.* conj. Vesterhov.] pronuncianda sunt. *Donatus.* PERFICE HOC PRECIBUS, PRETIO.] Formulae speciem habet. Phaed. V. 7. 18.

Adducit pretio, precibus. Vesterhov.

25. Τὸ HAEREAM ultimum genus beneficii est. TANDEM.] Et desperantis est. & difficulter credentis. TANDEM, non est adverbium temporis: sed nunc *Saltem* significat. *Donatus.* TANDEM.] H. l. valet, Saltem, certe quidem, minimum. Sic Phorm. IV. 4. 21. Gebhardus legit TAMEN, ad Cic. Fam. VII. 31. *Vesterhov.* Ut vel minimum, dummodo aliquem, amoris locum apud Thaidem retineam. ALIQUA, ex mente Donati adjectum est extenuandi causa: nam si Miles dixisset IN PARTE, poterat *aequa pars* intelligi. Est enim (observante Vesterhovio) PARS ICtis simpliciter *pars aequa* seu aequalis. Julian. L. 19. ff. de Hered. Instit. Ulpian. Instit. Tit. XXIV. 25. Idem L. 164. de Verb. signif.

26. DIFFICILE EST.] Vultu & pronunciatione, [&] asseveratione firmandum est. SI QUID COLLIBUIT, NOVI TE.] Deest *Perficis.* Sed ubique plura gestu significat miles, utpote infantissimus. *Donatus.* Duo Mss. Leidens. & Boend. SI QUID COLLIBUIT TIBI, EST FACILE, NOVI TE. *Vesterhov.* SI QUID COLLIBUIT.] Si quid capessis aut suscipis faciendum. NOVI TE.] Tuam in-

Gn. Itane? *Th.* [28] Sic erit. *Gn.* Si efficio hoc, poſtulo, [29] ut mihi tua domus,

Xxx 3 Te

induſtriam & ſolertiam. *Mincll.*

27. Quod vis donum, et praemium a me optato.] Donum, praemium eſt: & *munus*, praemium. Sed *donum*, praemium Diis datur: *munus*, praemium hominibus. Nam ſeparatim, donum Deorum eſt: praemium virorum eſt fortium: munus hominum. [Contra Donati diſtinctionem facit ipſe Terentius, Supra II. 3. 60. 61. 63. 66. *Veſt.*] Et donum munusque, tam ante factum, quam poſt factum datur: praemium non niſi poſt factum eſt, Donum voluntarium: praemium debetur. Alii ergo ἀσυνδέτως pronunciant, primo Donum, & ſic Praemium, quaſi unam partem orationis. Quodvis Donum et praemium.] Donum, ut a largo homine: Praemium, ut a praeclaro facinore. Donum et praemium — optato, id optatum feres.] Donum optato, ob quod [i. e. quo, vel, quod in] praemium accipias. Praemium a me optato.] Totum militariter. Nam & *optatio* dicitur, & *optari* a militibus. ut alibi, *Vir fortis optet quod volet praemium.* Donatus. Donum et praemium.] Ἀσυνδέτως etiam exhibet Editio Aldina, & quaedam aliae. Sunt Libri, in quibus eſt, Donum in praemium. Quod vis Donum — optato, id optatum feres.] Ovid. Metam. II. 44.

quod vis pete munus: &
illud
Me tribuente feras.

Plaut. Merc. II. 3. 106.

Quod poſces, feres.

Cic. Philipp. V. 12. ex perſona Antonii: *Quid concupiſcas, tu videris: quod concupiveris, certe* habebis. *Veſterhov.* Optatum, quale optaveris, optationi tuae congruum. Poteſt tamen Optatum pro ſubſtantivo accipi.

28. Sic erit.] Confirmandi formula. vide infra verſ. 36.

29. Quidam Libri, ut tua mihi domus. elegantius. Mihi tua Domus — pateat.] Cic. Fam. XIII. 17.

Te praesente, absente, pateat: [30] invocato ut sit locus
Semper. *Th.* [31] Do fidem, futurum. *Gn.* [32] Accingar. *Ph.* Quem hic ego audio?
O Thraso! *Th.* Salvete. *Ph.* Tu fortasse, quae facta hic sint, nescis.

Th.

17. *Domus ejus tota mihi patuit, qua, si opus fuisset, tam essem usus, quam mea.* Offic. II. 18. *Est enim — valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus.* Vesterh. TE PRAESENTE, ABSENTE.] Proverbiale est, *Praesente absente*, ut *sursum deorsum*, *ultro citro*, & caetera hujusmodi: *fanda nefanda*, *justa injusta*, *digna indigna*, *velit nolit*. Donatus.

30. INVOCATO, non vocato significat. *In* enim auget & minuit dictionem. INVOCATO.] Male intelligitur precibus vocato, quum sit αὐτομάτῳ [sponte venienti], id est, etiam non invitando, quin ultro venire debeat suam domum. *Donatus.* Gr. ἀκλήτῳ, ὐδὲ καλȣμένῳ. cujusmodi & αὐτόκλητοι [forte αὐτόκλητοι.] dicebantur. Plautus Capt. I. 1. 2. *Et quia invocatus soleo esse in convivio.* Nepos Cim. 4. *Quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret.* Cic. Fam. VIII. 8. Invocatus *ad subsellia rei accurro.* Vesterhov. Locus, sub. *ad mensam tuam.*

31. DO FIDEM.] Juro, confirmo, spondeo. *Donatus.* DO FIDEM.] Frequens Terentio. Cicero Fam. V. 11. *Quamcunque ei* fidem dederis, *praestabo* Vesterh.

32. ACCINGAR.] Sic dicimus in magnis rebus suscipiundis, ut [Virgil. Aen. II. 235]
Accingunt *omnes operi.* Donatus.
ACCINGAR.] Ita solent rem seriam aggressuri. Phorm. II. 2. 4. Virgil. Aeneid. I. 210.
Illi se praedae accingunt, *dapibusque futuris.*
Ratio locutionis petita vel a militibus in expeditionem aut pugnam euntibus; vel

Th. Scio. *Ph.* Cur ergo in his ego te [33] conspicor [34] regionibus?

Th. [35] Vobis fretus. *Ph.* Scin' [36] quam fretus? [37] miles, edico tibi,

[38] Si te in platea offendero hac post umquam, [39] quod dicas mihi,

a servis operi se accingentibus. Vide Ephes. IV. 14. & Phaed. II. 5. 2. Serv. ad Virgil. Aen. I. 120. *Vesterhov.*

33. CONSPICOR.] Commune verbum est *conspicor.* Donatus. Ms. Lips. CONSPICIO. *Vesterh.*

34. REGIÓNIBUS.] Intelligit simpliciter vias & plateas urbis. Suet Caes. 39. init. Est autem *regio* major pars oppidi. Sic Roma olim in quatuor, ab Augusto in quatuordecim regiones divisa fuit. *Vesterh.*

35. VOBIS FRETUS.] Et hoc stulte. quis enim & rivalibus & inimicis fretum se esse dicat? Deinde ἀνακόλουθον, & vitiosa responsio est. Nisi enim addideris *Sum*, erit soloecismus conveniens loquenti, impolito homini & militi. *Donatus.* VOBIS, vestrâ amborum clementiâ. *Guido Juvenalis.*

36. QUAM FRETUS.] I. e. quantum confisus esse debeas nobis. *Guido Juvenalis.*

37. MILES, EDICO TIBI.] Hoc contumeliose, & proprie ut Militi. *Donatus.*

38. SI TE IN PLATEA OFFENDERO HAC.] Hoc est, si vel casu invenero. Et IN PLATEA, inquit, non circa meretricis fores. *Donatus.* Cic. pro Rabir. Postumo 11. ex persona Caesaris: *Si te secundo lumine hic offendero, moriere.* Est vero *offendere* proprie allidere ad aliquid. Unde Sallustius Jug. 94. *Scuta Numidica* dicit *ex coriis facta, ponderis gratia, & ut* offensa *lenius streperent.* Huic contrarium est *defendere*, h. e. repellere, removere, quod nocere possit. Hinc porro *offendi* dicuntur homines, vel eorum animus, quando alliditur quasi ad aliquod dictum vel factum aliorum hominum. Suet. Caes. 19. *Offensum patribus.* De-

[40] Alium quaerebam, iter hac habui: periisti. *Gn.* [41] Eja, haud sic decet.

Ph. Dictum est. *Gn.* [42] Non cognosco vestrum tam superbum. *Ph.* Sic erit.

Gn.

Demum *offendere* est incidere seu incurrere in alterum in publica via, atque adeo invenire quem, uti h. l. *Vesterhov.*

[39. Quod dicas mihi, alium quaerebam, iter hac habui: Periisti.] Similis locutio infra Adelph. II. 1. 8. & Plaut. Aul. I. 2. 13.

Quod *quisquam ignem quaerat, extingui volo.*

Mil. II. 2. 7.

Quod *ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam*

Dicat, *disperistis, ni usque ad mortem male mulcassitis.*

Petron. cap. 104. *Encolpion, quod quaeris, scito a me in navem tuam esse perductum.* Ubi vide Interpretes. Valet autem Quod idem cum *quamvis*. Ovid. Arte I. 261.

Illa quod *est virgo*, quod *tela Cupidinis odit;*

Multa dedit populo vulnera, multa dabit. Vesterhov.

Nihil est quod dicas, legit Donatus, aitque Nihil dici, pro non; & quod, pro ut.

40. Alium quaerebam.] Aut alium pro *quendam*, id est, aliquem posuit. aut Alium, hoc est, non quem tu putas: hoc est, alium, non Thaidem. Sed si *aliam* diceret, neque commodè, neque ἐμφώνως loqueretur, praevalet enim masculinum genus. *Donatus.* Iter hac habui.] Hac mihi transeundum fuit. *Minell.*

41. Eja.] Interdum hortantis est, nunc correctionem significat. *Donatus* corrigente Vesterhovio.

42. Non cognosco vestrum tam superbum.] Locutio annotanda: mire laudavit, ut persuadere potuisset. Vestrum tam superbum.] Absolute: ut, *Pol, Crito, antiquum obtines.* Ergo subaudiamus vel *ingenium*, vel *animum*, vel *morem*, vel *institutum*. Donatus.

Gn. [43] Prius audite paucis: quod quum dixero, si placuerit,
Facitote. *Ph.* [44] Audiamus. *Gn.* [45] Tu concede paullum istuc, Thraso.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer [46] velim,
[47] Me hujus quidquid facio, id facere maxume causa mea:
[48] Verum idem si vobis prodest, vos non facere, inscitia 'st.

43. Prius audite paucis.] Mira insinuatione agit: qui non ut consentiant, sed ut audiant, paucis [Malim *audiant paucis*,] petit. Et bene prius, quasi non obstet, quo minus faciant quod velint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit Paucis. Deinde, Si placuerit. facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, ut consentiat. *Donatus.* Audite, Auscultate, attendite. Sic Hec. III. 5. 60. And. III. 3. 4.

44. Bene: non *Faciamus*, sed Audiamus dixit: nam prima oratoris impetratio in mala causa est, audiri meruisse. *Donatus.*

45. Tu concede &c.] Id facit Gnatho, ne miles se vituperari audiat. *Paraphrastes Delph.*

46. Mss. Lips. Graev. & Edit. Mediol. Volo. *Vest.*

47. Me hujus quidquid facio, &c.] Deest *rei*, aut *est*: ut sit, *Me hujus quidquid est quod facio*, *id* &c. Hic a persona discessit: & rem non odiosam pro odiosa posuit, id est, parasiticam, pro aemuli amore & commodo. *Donatus.* Hujus quidquid facio.] Sic Heaut. III. 3. 10. Ms. Graev. & Editio Mediol. Quidquid faciam. *Vesterhov.*

48. Verum idem si vobis prodest.] Multum attulit ad persuadendum: non esse commodum militi admitti, & suum commodum ipsorum esse commodum. Oratorie, & secundum insinuationis praecepta sic dixit: nam rem remittendo &

Ph. Quid id eſt? *Gn.* 49 Militem ego * rivalem recipiendum cenſeo. *Ph.* Hem! Recipiendum! *Gn* Cogita modo. tu hercle cum illa, Phaedria,

Et

& dubitando, magis flectit animos, quam ſi aperte & pertinaciter aſſeveret. *Donatus.*

49. MILITEM EGO RIVALEM RECIPIENDUM CENSEO.] Artificioſe ſatis, ſemel intulit omne quod durum dictu ad perſuadendum erat: & ſimul fiducia ſic dicentis parat animos ad audienda quae dicit. MILITEM RIVALEM EGO &c.] Conſidera quo vultu hoc dicendum ſit: & intelliges, & MILITEM, & RIVALEM, & RECIPIENDUM, & EGO CENSEO, quanta ſignificent. Non enim dixit *Thraſonem*, ſed MILITEM, quod nomen ad ſtultitiam valet. Non *Socium*, ſed RIVALEM: quo oſtendit, quandoquidem rivalis in meretrice capiendus eſt, hunc potius eligendum. Nec, *non Excludendum*, ſed RECIPIENDUM dixit: ut & oſtenderet, adeo prodeſſe, ut etiam de induſtria retinendus ſit. Non dixit, *volo* aut *peto*, ſed CENSEO: tanquam illis modo conſulat, neque pro milite agat. Nam quod EGO addidit, eo dicto uſus eſt, quo uti ſolent qui plus in negotio vident. Nam ſic in Phormione Juriſconſulti. [A. II. Sc. 4. vers. 9. 13. 17.] *Donatus.*

* *Rivales* dicuntur aemuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris beſtiis: quae ſitientes cum ex eodem rivulo hauſtum petunt, in praelium contra ſe invicem concitantur. Sic *Cicero* pro Coelio *., *Sin erit ex illo fonte rivalis*, inquit. *Donatus.* *. Cap. 8. Adſcribam integrum locum, ut diſcrimen appareat. *Si mihi ad haec acutè, argutèque reſponderit: tum quaeram denique, ex quo iſte fonte Senator emanet. Nam ſi ipſe orietur, & naſcetur ex ſeſe; fortaſſe, ut ſoleo, commovebor: ſin autem, ut rivulus, arceſſitus, & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtrae, laetabor.* Vide omnino Turneb. Adverſ. XXVII. 23. *Veſterhov.*

Et [50] libenter vivis: etenim [51] bene libenter victitas.
[52] Quod des, paullum est: & necesse est multum accipere Thaidem,
Ut tuo amori [53] suppeditare possit sine sumptu tuo.

Ad

50. LIBENTER VIVIS.] Id est, bonorum ciborum edax es. *Donatus*. Quando praecedens CUM ILLA, valeret, *haud secus ac illa*. Sed credibile est Donatum ista annotasse ad sequens, BENE VICTITAS. Malim itaque VIVIS, per *versaris* exponere, cum Minellio.

51. BENE LIBENTER VICTITAS.] ἡδέως, εὐπαθῶς. Sic Plaut. Mostell. I. 1. 51.

Me victitare pulcre, *te miseris modis.*

Et I. 2. 74.

victitabam volupe.

Cic. Fam. IX. 19. *Nusquam se unquam* libentius, sub. coenasse. Lucil. Sat. IV. apud Ciceronem Att. XIII. 52.

editque bibitque
Jucunde atque ἀδεῶς: *nec solum id, sed bene cocto &*
Condito sermone bono, &, si quaeri', libenter.

Idem Fin. II. 8. Horat. Serm. II. 8. 3.

sic, ut mihi nunquam
In vita fuerit melius.

Cato R. Rust. *Si voles in convivio multum bibere, coenareque* libenter. Hinc formulae illae in conviviis, *Bene vos, bene nos, bene me, bene te*. Vid. Plaut. Stich. V. 4. 27. Sub. vivere opto. *Vesterhov*. Sensus tamen esse potest: Amas lauta convivia.

52. ET QUOD DES PAULUM, omisso EST. Edd. Delph. Farnab. Minell. DES, dare possis, id est, in amicam, & coenas, insumere.

53. Aut SUPPEDITARE, pro *suppeditari*: [Malim, *suppetere*. Vesterhov.] aut deest *se*. ut [Virgil. Aeneid. II. 235.] *Accingunt omnes operi*. Donatus. SUPPEDITARE.] Sufficere, satis esse. Cic. Att. I. 14. *Si unquam mihi* περίοδοι, ἢ καμπαὶ, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ suppeditaverunt, *illo tempore*. Vesterhov. SUPPEDITARE POSSIT, satisfaciat. *Paraphrast. Delph*. Hujus ex mente,

Ad [54] omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo
Nemo 'st; principio &, [55] habet quod det, & dat nemo largius.
[56] Fatuus est, insulsus, tardus: [57] stertit noctesque & dies.

Neque

mente, intelligitur Thais: at ex mente Vesterhovii, res, facultas, sumtus. Malim de Thaide intelligere; & SUPPEDITARE AMORI, pro sustinere, perferre amorem, perdurare in amore, capio. Ita hoc bene cohaeret cum praecedenti, nam contra ingenium & instituta meretricum est, ut constantes sint in amore, nisi *multum* donorum *recipiant*. Minellius pessime explicat, subaudiens *Sumtus*, in accusativo plurali; quasi vero sumtus praebere meretricum sit.

54. Quae necessaria sunt in amore illo. *Minell.*

55. HABET QUOD DET.] Ut dives. DAT NEMO LARGIUS.] Ut liberalis. *Donat.* Eleganter *habere* dicuntur divites. Curio Ciceroni Fam. VII. 29. *At illi nostra praedicatio quanti est, nos, quod simus, quod* habemus, *quod homines existimemur, id omne abs te habere.* Ad quem locum vide quae notavit ὁ πάνυ Graevius. [Adde Gotl. Cortium.] Sic *curam habendi* dixit Phaedrus Lib. III. Prol. 21. sed & ἔχοντες Graecis sunt divites. *Vesterhov.*

56. FATUUS] inepta loquens. A fando FATUUS dicitur: inde *Fauni Fatui*: & Nymphae *Fatuae* dictae sunt. INSULSUS.] Sine sale & sapientia. Sunt qui *fatuum*, animo putant: *Insulsum*, dictis. sed male. Nam *Fatui* quoque Dii sunt, qui & *Fauni* dicuntur: & non stulti, sed multum fantes, id est, loquentes. TARDUS.] In Venerem. [Sic Plaut. Cas. V. 2. 12. Quintil. Instit. VI. 3. *Interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset? Tardum fuisse respondit.* Vesterhov.] TARDUS.] Corpore & membris: quamquam & intellectu *tardos* vocamus, qui stulti sunt. — Mihi videtur *fatuum* dicere,

Neque tu istum metuas ne amet mulier: facile pellas, ubi velis.
Ph. [58] Quid agimus? *Gn.* Praeterea hoc etiam, quod [59] ego vel primum puto:
[60] Accipit hominem nemo melius prorsus, neque [61] prolixius.

Ph.

cere, qui tantum glorietur; & blandiri amicae nesciat. *Insulsum*, qui non sit salax, & cupidus coitus. *Tardum*, qui non facile explicet Venerem: quae res meretricibus odiosa est. *Donatus.* Non nimis placet haec ultima expositio Donati. Paraphrastae Delphini Fatuus est, stolidus. Insulsus, illepidus [verbis & moribus.] Tardus, ignavus. & sic melius putem accipi. Fatuus & Tardus ad id valent, ut miles opportunus sit Phaedriae ad ludificandum. Insulsus ad id valet, ut non possit amari a Thaide.

57. Stertit.] Plus dixit quam *dormit.* Donatus. Somno immersus est. *Paraphrastes Delph.* Noctesque et dies.] Plus significat, quam si diceret, *diebus & noctibus.* Donatus. Notat continuationem temporis, & plus est, quam *interdiu noctuque.* Liv. XL. 5. & 12. *Dies ac noctes.* Sallust. Catil. 27. *Dies noctesque festinare.* Horat. Serm. I. 5. 18.

noctes vigilabat ad ipsum
Mane; diem totum stertebat.

Vesterhov.

58. Quid agimus?] Initium consensionis, dubitatio est ejus qui negaverit. *Donatus.*

59. Ego.] Parasitus scilicet. *Donatus.* Vel primum puto.] Sensus est: *Quod ego non modo magnum, verùm etiam praecipuum* (maximum) puto. De usu & sensu particulae *Vel*, in tali constructione, vide Sanctium in Minerva, Lib. IV. 7. pag. 703. seqq. & maxime Perizonium ibidem not. 15.

60. Accipit hominem.] Accipit. pascit, invitat: ut, [Virgil. Aeneid. III. 353.]

Illos porticibus rex accipiebat *in amplis.* Donatus.

Accipit.] ἑστιᾷ. Plautus Pseud. V. 1. 9.

Ita-

Ph. [62] Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est. *Ch.* Idem ego arbitror

Gn. [63] Recte facitis. unum etiam hoc vos oro, ut me [64] in vestrum gregem

Recipiatis: [65] satis diu jam hoc saxum volvo. *Ph.* Recipimus.

Ch.

Itaque in loco festivo sumus festive accepti.
Lucil. in Centonibus:
Pulchre invitati nimis, acceptique *benigne.*
Ovid. Fast. 725.
Tarquinius juvenes socios dapibus*que* mero*que*
Accipit.

Hominem.] Libri quidam: Homo. quomodo & Servius legit ad locum Virgilii Donato laudatum. *Vesterhov.* Hominem per pleonasmum addidit, non sine gratia. Melius, apparatum indicat, Prolixius, copiam. censente Donato.

61. Prolixius.] Magis opipare. Apulej. Metam. VII. ex correctione P. Colvii: *Exin me, suum sospitatorem nuncupatum, matrona* prolixe quam *curabat.* Cic. Fam. III. 8. *Liberalitas tua — latius in provincia patuit. Nostra si angustior (etsi de tua* prolixa *beneficaque natura limavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum) non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alii moventur, iisdem ego movear.* Est igitur prolixius idem quod liberalius. Sic *fovere prolixius* dixit Suetonius Tit. 7. Sed *res prolixas*, secundas & prosperas vocavit Cato in Oratione pro Rhodiensibus, teste Gellio, VII. 3. *Prolixa* etiam dicuntur, quae luxuriose crescunt; quales sunt capilli prolixi. Oratio prolixa non aeque dicitur. *Vesterhov.*

62. Hic, inquit, ejusmodi est, ut etiam cum mala conditione patiendus sit. *Donatus.*

63. Recte facitis.] Gratiarum actio est. *Donatus.* Imo laudat eorum prudentiam.

64. Vestrum societatem & consortium. [Sc. conviviale.] *Minell.*

65.

Ch. Ac libenter. *Gn.* At ego pro istoc, [66] Phaedria, & tu Chaerea,
[67] Hunc comedendum & deridendum vobis propino.
Ch. Placet.

Ph.

65. Satis diu hoc jam saxum volvo.] Vide quemadmodum serpat paulatim etiam in eorum assentationem, ex vituperatione militis. Hoc saxum volvo.] Proverbium in eos, qui inextricabili labore afflicti sunt. Et bene Saxum de stulto milite ait: & se ipsum Sisyphum fecit. *Donatus*. Vel respicit de Sisypho fabulam, de qua vide Ovid. Metam. IV. 459. & reliquum Mythographorum chorum; vel speciatim militem Saxum vocat, h. e stupidum. In Mſ. Lipſ. τῷ Volvo suprascriptum, Verso. quomodo & Cicero videtur legisse, Tusc. Quaest. I. 5.

num illud, quod Sisyphu' versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.

Adde Erasm. Adag. *saxum volvere*. Vesterhov. Satis diu hunc lapideum molior: jamdiu id conor [ut recipiar scilicet.] *Paraphrast. Delph.* Mihi tamen videtur intelligere molestiam parasiticae conditionis, apud stultum & superbum Militem. * Olim cum isto milite laboro. *Eugraph.*

66. Phaedria, et tu Chaerea.] Ambos nominat, quasi legibus paciscantur. *Donatus.*

67. Hunc comedendum.] Cum caeteris rebus, summus Poëta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticae, exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. Propino.] Facetè sic dixit, ut parasitus, & quasi de convivio loqueretur. *Donatus.* Hunc comedendum — vobis propino.] Phrasis parasitica. Vide Boecleri Chrestomathiam, v. *comedere.* Ita Suidas: *προπεπωκότες αὐτὶ τοῦ παραδεδωκότες ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται.* Martial. V. 78. Jul. Capitolinus in M. Antonino Philosopho, cap. 15. *Venenatam partem fratri* edendam propinans. Non igitur ad potum tantum, sed &

ad

Ph. [68] Dignus eſt. *Gn.* Thraſo! [69] ubi vis, accede. *Th.* Obſecro te, quid agimus?

Gn.

ad cibum refertur *propinandi* vocabulum. Eadem κα]αχρῆσει dixit Auſonius, Profeſſ. Burdig. Carm. IV. 20.

Vini cibi*que* abſtemius.

Refertur & ad alias res. Sic Non. Marcellus, v. *Propinare* citat Ennium, Sat. Lib. III.

Enni, *Poëta*, *ſalve*, qui *mortalibus*
Verſus propinas *flammeos medullitus*.

Etiam cibus de potu ſumitur. Salluſt. Jugurth, 89. Cibus *illi adverſus famem & ſitim*, *non lubidini*, *neque luxuriae erat*. Ridicule Plautus Stich. III. 2. 16.

Propino *tibi* ſalutem *plenis faucibus*.

H. e. Saluto te ſalute plurima. Conf. Voſſ. Inſtit. Orat. IV. 12. 2. Mſ. Lipſ. tamen legit: Comedendum et bibendum vobis praebebo. Sed τῶ Bibendum ſupraſcriptum, Deridendum. Fabrini etiam edidit Bibendum. Et τὸ Praebebo ex duobus Mſſ. laudat Pareus, ex tribus Praebeo. quod magno conatu defendit Muretus. Cicero autem *Comedendi* verbo paſſim hoc ſenſu utitur. Et Plautus Pſeud, IV. 25. Moſtell. I. 1. 11.

Sine modo venire ſalvum, quem abſentem comes.

Sic Heaut. III. 1. 53. *Veſterhov.* Comedendum.] Ut ejus ſumtibus lauta & copioſa convivia faciatis. *Paraphraſtes Delph.*

68. Dignus est.] Haec verba ultima longi ſermonis, ejusmodi ſunt, ut miles haec audiens, laudatum ſe eſſe, & approbatum exiſtimet. *Donatus.* Sed Gnatho & ſpectatores ſubaudiunt: *ut comedatur & derideatur.*

69. Ubi vis.] Honorifice revocat ablegatum cum injuria, dicendo, Ubi vis: quia Accede [ſolum] imperativum erat. *Donatus.* Quid agimus? Quomodo procedit negotium? quid profecimus? Quamquam & eſſe poteſt accedere dubitantis.

Gn. Quid? [70] isti te ignorabant: postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudavi [71] secundum facta & virtutes tuas,
Impetravi. *Th.* Bene fecisti: gratiam habeo maximam.
[72] Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.
Gn. Dixin' ego [73] in hoc inesse vobis [74] Atticam elegantiam?

Ph.

70. TE IGNORABANT.] Non noverant te moresve aut ingenium tuum. Justin. XIII. 1. de amicis Alexandri: *Ea formae pulchritudo & proceritas corporis, & virium ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui* eos ignoraret, *non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos judicaret.* Sed & *ignorari* dicitur, cujus vultus ignotus est. Vide Schefferum ad Phaed. V. 1. 10. *Vesterhov.* MORES, Ambiguum est: nam sunt boni mores & mali. *Minell.*

71. SECUNDUM FACTA ET VIRTUTES TUAS.] Et hoc ἀμφίβολον. Nam *Virtutes* εἰρωνικῶς pro vitiis posuit: ut, *Nescis qui vir sies*: &, *Ornatus esses ex tuis virtutibus.* Amarior est εἰρωνεία in vitiosos homines quam veritas. FACTA ET VIRTUTES.] Proprie FACTA militibus adscribuntur. *Donat.* Prout facta tua & virtutes merentur. *Paraphrast. Delph.*

72. NUMQUAM USQUAM τῷ ἀρχαϊσμῷ, pro *non usquam.* Donatus. Redit miles ad putidam suam gloriationem. & ad id alludit Gnatho versu sequenti.

73. Mss. Mark. VOBIS IN HOC ESSE. *Vesterhov. Esse in aliquo* eleganter id dicitur, quo quis praeditus est. Cic. Philipp. II. 45. de Julio Caesare: Fuit in illo *ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia.* ESSE, residere, exponit Minellius. q. d. habitare.

74. ATTICAM ELOQUENTIAM.] Et hoc εἰρωνικῶς, ut illa quae supra. ATTICAM

 dicit

Ph. 75 Nihil praetermiſſum eſt. ite hac. Ω, Vos valete, & plaudite.

CALLIOPIUS RECENSUI.

dicit veram atque germanam, quia excultior eloquentia, dicitur *Attica*: & ſummi oratores, *Attici* appellati ſunt. *Donatus*. ATTICAM ELEGANTIAM.] H. e. Praecipuam. De qua Cicero, Oratore, cap. 9. & paſſim alibi. Magna Mſtorum pars cum Donato legit, ELOQUENTIAM. Sed & Eraſmus in Adag. Martial. IV. 86. I.

Si vis auribus Atticis probari, &c. *Veſterhov*.

Quidam intelligunt hoc verſu de Terentio dici, qui & Comoediam ſcribit, ut is in ſe habeat *Atticam*, hoc eſt, Menandri *eloquentiam*, qui fuit Atticus. Quidam de milite, ut per εἰρωνείαν dictum ſit, quaſi ad praeſentem, ut credat ſe eſſe laudatum. *Eugraphius*. ELEGANTIAM.] Sermonis & morum urbanitatem.

75. PRAETERMISSUM.] Et hoc anceps eſt, intellectu gemino ad utrumque. *Donatus*. NIHIL PRAETERMISSUM.] An a Gnathone de laudibus Thraſonis? an a Thraſone ipſo de Attica eloquentia, in verbis modo dictis? an a Terentio ad Fabulam? * Mſ. Lipſ. cum Mureto & Fabritiis: NIHIL PRAETER PROMISSUM EST. quando Phaedria per jocum confirmabit id, quod de Thraſone dixerat Gnatho. *Veſterhov*. Ita quoque legiſſe Eugraphium apparet, nam annotat: *Omnia quae dixiſti invenimus in milite*: *an*, *omnia quae promiſimus tibi implebuntur*, & *nihil eſt*, *vel erit*, *praeter id* [i. e. aliter *quam*] *quod diximus*.



P. TE-

P. TERENTII
ADELPHI.

ACTA LUDIS [1] FUNEBRIBUS AEMILII PAULLI QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS. P. CORNELIUS AFRICANUS. EGERE L. ATILIUS PRAENESTINUS, (ET) MINUTIUS PROTHIMUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS [2] SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRU [3] L. ANICIO, M. CORNELIO COSS. [4] *Anno ab urbe condita* DXCV. *Ante Christum natum* CLXVIII.

1. *Ludi funebres* erant, qui in honorem defunctorum exhibebantur, quales Homerus memorat celebratos ab Achille in funere Patrocli; & Virgilius refert ab Aenea celebratos in honorem Anchisae parentis: Ejusmodi hic dicuntur facti a Q. Fabio Maximo, & P. Cornelio Africano, patri ipsorum naturali L. Aemilio Paulo, a quo dati sunt in adoptionem; ille quidem Q. Fabio Maximo:, hic vero Africani superioris filio. *Paraphrast. Delph.*

2. *Tibiae Sarranae* dictae a Sarra urbe, quae Tyrus est. Sinistrae fuerunt hae tibiae, auctore Evanthio in Prolegomenis in Terentium, & acuminis levitate jocum in Comoedia ostendebant; nam plura foramina habebant, & sonus idcirco erat acutior: cum dextrae, sive Lydiae, pauciora foramina haberent, & sonum proinde graviorem. Lydiae conveniebant rebus gravibus; Sarranae jocis; Phrygiae, si gravitas jocis misceretur. *Idem.*

3. Edita, puncto ante posito, inserunt Edd. Delph. Farnab. & Minell. Eaedem legunt Anicio Gallo, & Cornelio Cethego.

4. Eaedem subjungunt reliqua.

Yyy 2 PER-

PERSONAE.

Prologus.

Aeschinus, *adolescens. Filius Demaee, sed adoptatus a patruo Micione.*

Canthara, *nutrix Pamphilae.*

Ctesipho, *adolescens, Frater Aeschini.*

Dromo, *servus Micionis.*

Demea, *senex. Frater Micionis, Pater Aeschini & Ctesiphonis.*

Geta, *servus Sostratae.*

Hegio, *senex. Propinquus Pamphilae.*

Micio, *senex. Frater Demeae, Pater adoptivus Aeschini.*

Pamphila, *filia Sostratae, amica Aeschini.*

Sannio, *leno.*

Sostrata, *mater Pamphilae.*

Syrus, *servus Aeschini.*

PERSONAE MUTAE.

Babylo.

Parmeno, *servus.*

Storax, *servus.*

Tibicina, *amica Ctesiphonis.*



C. SUL-

C. SULPITII APOLLINARIS
PERIOCHA
IN TERENTII ADELPHOS.

DUos cum haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Aeſchinum:
Sed Cteſiphonem retinet, hunc Cithariſtriae
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre;
Frater celabat Aeſchinus: famam rei,
Amoremque in ſeſe transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripit. vitiaverat
Idem Aeſchinus civem Atticam pauperculam,
Fidemque dederat, hanc ſibi uxorem fore.
Demea jurgare, graviter ferre. mox tamen,
Ut veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus
Vitiatam: potitur Cteſipho Cithariſtriam,
Exorato ſuo duro patre Demea.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN ADELPHOS TERENTII.

Haec fabula palliata, ut ipsum indicat nomen, ex plurali numero, quum sit una: & masculino genere, quum sit Comoedia: ex Graeca Lingua, quum sit Latina: censetur. Potuit eam *Terentius* FRATRES dicere: sed & Graeci nominis εὐφωνίαν perderet: & praeterea togata videretur; ad summam, non statim intelligeretur *Menandri* esse: quod *Terentius* in primis lectorem scire cupit: minus existumans laudis, proprias scribere, quam Graecas transferre. Est igitur *Menandri:* & a Fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit. Hujus tota actio quum sit mixta ex utroque genere, ut fere *Terentianae* omnes, praeter HEAUTONTIMORUMENON, tamen majori ex parte Motoria est. nam Statarios locos perpaucos habet. Prodest autem & delectat actu & stilo. In hac, primae partes sunt, ut quidam putant, Demeae: ut quidam, Syri. Quod si est, ut primas Syrus habeat: secundae Demeae erunt, tertias Micionis, & sic deinceps. Quanquam etiam sunt qui putant, primas Micioni dandas, secundas Syro, tertiae Demeae. Nam quod ait *Terentius*, *Senes qui primi venient:* non ad partes

tes quas dicimus, ſed ad ordinem pertinet exenntium perſonarum. Hacc etiam, ut caetera hujuſcemodi Poëmata, quinque Actus habeat neceſſe eſt, choris diviſos a Graecis Poëtis. quos etſi retinendi cauſa jam inconditos ſpectatores minime diſtinguunt Latini Comici, metuentes ſcilicet, ne quis faſtidioſus finito Actu, velut admonitus abeundi, reliquae Comoediae fiat contemtor & ſurgat: tamen a doctis veteribus diſcreti atque disjuncti ſunt, ut mox aperiemus poſt argumenti narrationem. In hac Prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in ſe purgando, quam in adverſariis laedendis eſt occupatus. Protaſis eſt turbulenta, Epitaſis clamoſa, Cataſtrophe lenis. Quarũm partium rationem diligentius in principio propoſuimus, quum de Comoedia quaedam diceremus. Haec ſane acta eſt ludis ſcenicis funebribus L. Aemilii Pauli: agentibus L. Ambivio, & L. Turpione: qui cum ſuis gregibus etiam tum perſonati agebant. Modulata eſt autem tibiis dextris, id eſt, Lydiis, ob ſeriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis utitur hic Poëta. Saepe tamen, mutatis per ſcenam modis, cantica mutavit: quod ſignificat titulus ſcenae, habens ſubjectas perſonis literas, M. M. C. Item Diverbia ab hiſtrionibus crebro pronuntiata ſunt, quae ſignificantur D. & M. literis ſecundum perſonarum nomina praeſcriptis, in eo loco ubi incipit ſcena. Adnotandum ſane, quod haec Fabula *προτατικὸν πρόσωπον* non habet, hoc eſt, perſonam, quae ad argumentum nihil attineat, quaeque ſit aſſumta extrinſecus, ut eſt in ANDRIA Soſia. Hanc dicunt ex *Terentianis* ſecundo loco actam etiam tum rudi nomine Poëtae. Itaque ſic pronun-

tiatam, ADELPHOE TERENTI, non TERENTI ADELPHOE: quod adhuc magis de Fabulae nomine Poëta, quam de Poëtae nomine Fabula commendabatur. In hac quidem ſpectatur quid interſit inter ruſticam, & urbanam vitam: mitem & aſperam: coelibis & mariti: veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propoſitis ad exemplum, vitanda perinde, fugiendaque, *Terentius* monſtrans, artificis Poëtae per totam Fabulam obtinet laudem.

PUB-

PUBLII TERENTII CARTHAGINIENSIS

ADELPHI.

PROLOGUS.

[1] Postquam Poëta sensit, [2] scripturam suam
Ab [3] iniquis observari, & adversarios
Rapere in pejorem partem, quam acturi sumus [4],
[5] Indicio de se ipse erit; vos eritis judices,

Yyy 5 [6] Lau-

1. POSTQUAM, pro *quoniam:* cujus reciprocum, *Quoniam*, pro *postquam. Plaut.* in Aulul. [Prol. 9.] Quoniam *is moritur*, *ita avido ingenio fuit.* Donat.

2. SCRIPTURAM.] Comoedias, quas scripsit. *Paraphrastes Delph. Scribere*, proprie de Poëtis dicitur. sic mox versu 16. Cic. pro Arch. cap. 3. *Nam ut primum ex pueris excessit Archias*, — se ad scribendi *studium contulit.* Horat. Serm. I. 10. 72.
Saepe stilum vertas, iterum, quae digna legi sint,
Scripturus. *Vesterhov.*

3. INIQUIS.] Inimicis: ut [Virg. Aen. VIII. 292.] *fatis Junonis* iniquae.
OBSERVARI.] *Observatio*, ad honorem refertur: ut [Virg. Georg. IV. 210.]
Praeterea Regem non sic Aegyptos & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant.
Sed nunc OBSERVARI, captari significat & audiri [pro, *examinari.*] Donatus. OBSERVARI.] Curiose explorari & notari, obtrectandi gratia. *Paraphrastes Delph.* Inspici & examinari, ut notari possit. *Minell.*

4. Sc. Fabulam.

5. INDICIO DE SE IPSE ERIT.] Mire expressit simpli-

[6] Laudin' an vitio duci id factum oporteat.
ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ [7] Diphili Comoedia'st.
Eam [8] COMMORIENTES Plautus fecit Fabulam.

In

plicitatem vera dicturi, quum *indicaturum* de se dixit, non narraturum. Et INDICIO ERIT, pro *Index erit*. INDICIO DE SE.] *Indicat* is, qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit: sed *confitetur*, qui de se tantum, & qui invitus. *Donatus*. Lucret. IV. 1013.

Indicio*que sui facti persaepe* fuere.

Indicare autem & *confiteri*, eodem sensu usurpat Cicero pro Arch. 11. laudatus ad Eun. V. 7. 13. *Vesterh.*

6. LAUDIN' AN VITIO.] Medium non fecit: ut appareat, si crimen non sit, laudi debere esse. *Donatus*.

7. DIPHILI.] Ita dictus videtur per crasin, pro Διόφιλος, quasi Διὸς φίλος, Jovis amicus. Vixit tempore Menandri, fuitque Poëta κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος. Eadem ratione Epictetus dictus φίλος ἀθανάτοις. Vesterh. EST.] Construxit verbum cum Numero singulari, etsi eadem res in plurali praecessērit. Sic And. III. 3. 23. Sallust. Jug. 18. 11. *Loca*, quae *Numidia* appellatur.

8. COMMORIENTES.] Quale Συναποθνησκόντων fuerit argumentum, incertum est, cum nulla ejus Fabulae supersint λείψανα. Possint fortassis videri fuisse *Devoti*, quorum post secundam Mardonii irruptionem in Atticam, hanc jurisjurandi fuisse formulam, auctor est Diodorus, Lib. XI. Οὐ καταλείψω τοὺς ἡγεμόνας, οὔτε ζῶντας, οὔτε ἀποθανόντας. Qualis & ἱερὸς λόχος τῶν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν apud Carthaginienses fuit, teste eodem. Lib. XX. Caesar autem B. G. III. 22. *Devotos* ejusmodi *Soldurios* Gallis esse dictos refert. Similis fere ratio & olim praetorianae cohortis apud Romanos, & nunc Janitzarorum in aula & imperio Turcico, si quidem fidem spectes, non simile factum.

Haec

In Graeca adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem, [9] in prima Fabula. Eum Plautus locum
Reliquit [10] integrum: [11] eum hic locum sumsit sibi
In ADELPHOS; [12] verbum de verbo extulit.
[13] Eam

Hanc tamen Fabulam Plauti negat esse Varro, teste Gellio, III. 3. sed M. Aquilii. Potior tamen Terentii fides [nam propius ab aetate Plauti aberat, quam Varro.] Nisi forte & alter ille ejusmodi nominis scripsit Fabulam. Vide Dacieriam. *Vesterhov.* COMMORIENTES FECIT FABULAM.] Latine composuit, & *Commorientes* nominavit. *Paraphrastes Delph.* FABULAM.] Sic ut apud Graecos δρᾶμα, sic apud Latinos generaliter *Fabula* dicitur: cujus species sunt, *Tragoedia*, *Comoedia*, *Togata*, *Tabernaria*, *Praetexta*, *Crepidata*, *Attellana*, *Μικτὸς*, *Rhintonica*. Donatus. *Rhintonicam* dici a Rhintone, qui Hilarotragoediam introduxit, ex Suida docet Lindenbrog.

9. IN PRIMA FABULA.] Hoc est, in prima parte: ut dicimus, *in primis digitis*. Donatus. Recte. Plaut. Cistell. Act. V. Caterva, versu 6. *More majorum date plausum postrema in Comoedia.* Cic. pro Rosc. Amer. 44. In extrema oratione *nostrâ — auditis*. Fam. III. 6. *Te* in prima provincia *velle esse, ut quam primum decederes*. Att. V. 16. *Appius, ut audivit nos venire, in* ultimam provinciam *se conjecit*. Sic Heaut. V. 1. 29. Phorm. I. 4. 38. *Vesterh.*

10. INTEGRUM.] Intactum. *Farnab.*

11. EUM — LOCUM.] Repetitio ejusdem substantivi non insolens est veteribus. *Vesterhov.* SUMSIT SIBI.] Libere tulit: hoc est, non furatus est: ut, [Virgil. Aen. V. 533.] *Sume, pater*. Donatus.

12. VERBUM DE VERBO EXPRESSUM EXTULIT.] Haec approbatio est, de Graeco esse sublatum, non de Plauto, ut dixit adversarius. Mire non dixit *Transtulit*, sed EXTULIT: ut ornasse Graeca videatur Latino stilo.

[13] Eam nos acturi ſumus novam. [14] pernoſcite,
Furtumne factum exiſtumetis, an locum
[15] Reprehenſum, qui praeteritus [16] negligentia 'ſt.
[17] Nam quod iſti dicunt malevoli, [18] homines nobiles

[19] Eum

lo. *Donatus.* Horat. Arte 133.
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres; nec deſilies imitator in arctum,
Unde pedem referre pudor vetet, aut operis lex.

Quorum verborum hic ſenſus eſt: ita diſtare inter ſe interpretem & imitatorem, ut ille, ſi fidus velit eſſe, *verbum verbo reddere.* [Quod Cicero dixit, *Verbum pro verbo reddere.* Libro de optimo genere oratorum, cap. 5 obſervante Veſterhovio.] debeat; hic contra ſe non ita arctari patiatur, ſed materia vel argumento mutuato, id ſuo arbitratu diſponat augeatque. Servius ad Virg. Aen. VIII. 19. barbare haec notat: *His verbis praeoccupat comparationem, quae eſt Apollonii* de verbo ad verbum. Atque ita nunc vulgo fere loquuntur. *Veſterhov.*

13. EAM.] Adelphos ſcilicet. *Donatus.*

14. Sedulo cognoſcite, examinate. EXISTUMETIS.] Exiſtimare, cenſere debeatis.

15. REPREHENSUM.] Retentum, reſumtum. *Donatus.* Phaedrus V. 8. 3.
elapſum *ſemel*
Non ipſe poſſit Jupiter reprehendere.

Quod Graeci ἀναλαβεῖν dicunt. *Veſterhov.*

16. NEGLIGENTIA.] H. e. Voluntaria praetermiſſione, Cujus contrarium eſt *Legere.* Cic. Off. III. 3. *Quae ſecundum naturam eſſent, ita* legere, *ſi ea virtuti non repugnarent.* Fin. IV. 15. *Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia, quae* leget, *quaeque* rejiciat, *unam referantur ad ſummam.* Neque tamen exiſtimandus Terentius hoc loco reprehendere Plauti *negligentiam*, quam diſerte laudat in Andriae Prologo. *Veſterhov.*

17. NAM, incipiendi vim habet modo. *Donatus.* Eleganter continuatur ſermo per

[19] Eum adjuvare, aſſidueque una ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtimant,
[20] Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet,
Qui [21] vobis univerſis & populo placent;
Quorum opera [22] in bello, in otio, in negotio,
[23] Suo quisque tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

[24] Dehinc

per voculam NAM, tranſitioni inſervientem. Vide Heaut. Prol. 16. *Veſterhov.*

18. HOMINES NOBILES.] Scipionem Africanum ſignificat, & Laelium Sapientem, & Furium Publium [Mſ. Boend. & impreſſi veteres, *Pium.* & mox ad verſ. 20. *Pii.* Veſt.] *Donatus.*

19. EUM ADJUVARE.] Legitur & ADJUTARE. *Pacuvius* in Chryſe: *Adjuta mihi.* Donatus.

20. EAM LAUDEM HIC DUCIT MAXIMAM, QUUM ILLIS PLACET.] Sic Horat. Serm. I. 6. 62.

magnum hoc ego duco
Quod placui tibi.

Uſque adeo principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt. *Veſterhov.* EAM, conſtruxit cum nomine ſequenti, cum potuiſſet ſimplicius conſtruere cum praecedenti. Ita Cicero, de Legib. I. Animal hoc *providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis* —, quem *vocamus hominem.*

21. VOBIS UNIVERSIS, ET POPULO.] UNIVERSIS, qui in cavea ſunt, dicit. POPULO, qui etiam praeter theatrum, id eſt, univerſam urbem. *Donatus* Quidam vetuſtiſſimi Codd. legunt, NOBIS; quaſi ſermo ſit de grege hiſtrionum. *Veſt.*

22. IN BELLO.] Scipionis. IN OTIO.] Furii Publii. IN NEGOTIO.] Laelii Sapientis. *Donatus* Dixit OTIO pro pace. Caeſ. B. C. I. 5. *Si qua hominum aequitate res ad* otium *deduci poſſet.* Ut adeo δημοτικῶς viros illuſtres civiles & in officiis praeſtandis expromptos praedicet. *Veſt.* IN NEGOTIO.] In accuſationibus & cauſis criminalibus, in quibus multi ſunt uſi opera Laelii *Minell.*

23. SUO QUISQUE TEMPORE.] In neceſſitatibus ſuis.

Eu-

[24] Dehinc ne expectetis argumentum Fabulae:
Senes qui primi venient, ii partem [25] aperient:
[26] In agendo partem ostendent. facite, [27] aequanimitas
Poëtae ad scribendum augeat industriam. 25

Eugraph. I. e. in rebus dubiis & adversis. qua notione Cicero *Temporis* vocabulo utitur, Fam I. 7. 3. & I. 6. 2. Alias *Tempore.* proprie capi potest, quando SUO valebit, opportuno. SINE SUPERBIA.] Ita ut illi minime superbirent ob collata beneficia. exponente Minellio. Et sane omnes, quos vidi, Interpretes referunt hoc ad *operam* Scipionis & caeterorum. Sed quid opus est ista transpositione, cum commode accipi possit de iis, qui horum virorum opera usi sunt? ut sit sensus: *quorum officium nemo repudiavit,* seu, *quorum officio uti nemo est dedignatus.* Sane *superbia* erat, auxilium a tantis viris oblatum respuere.

24. DEHINC.] Transeundi particula est. Sic Eun. Prol. 14. *Vesterhov.*

25. Sub. argumenti.

26. IN AGENDO.] In progressu sive in actione Fabulae, *Minell.* OSTENDENT.] An senes, an personae caeterae intelligantur, certum non habeo. Fortassis PARTEM OSTENDENT, dixit indefinite, pro, *pars ostendetur*; quomodo *ferunt*, pro, fertur, & talia. Donati annotatio super hoc loco mihi non satis est perspicua.

27. AEQUANIMITAS.] Favor & propitius animus: & deest, *vestra*, Donatus. FACITE, AEQUANIMITAS &c.] Ovidius:

Excitat auditor studium.
Lindenbrog.

AC-

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

MICIO.

[1] STORAX! non rediit hac nocte a coena Aeschinus;
Neque servolorum quisquam, qui [2] advorsum ierant?
[3] Profecto hoc verè dicunt: si [4] absis uspiam,
Aut [5] ubi si cesses, evenire ea satius est,
Quae in te uxor dicit, & quae in animo cogitat
[6] Iratâ,

1. Egressus in Proscenium [Micio] alloquitur Storacem qui intus. *Farnab.* Micione rogante de reditu Aeschini servulorumque, STORAX quassans caput negare videtur. Sic Eun. IV. 4 25. Pythias Dorum rogans, *Venistin' hodie ad nos?* mox ipsa addit, *negat;* quod scilicet quassato capite videtur negare. Haec Vesterhovius observat; & inde contra Guyetum & Boeclerum statuit, interrogationem post binos hosce versus esse ponendam. Parum tamen ad sensum interesse videtur, interrogatio sit, necne.

2. QUI ADVORSUM &c.] Proprie locutus est. nam *adversitores* dicuntur. *Donatus.*

2. ADVORSUM IERANT.] Officii & heri tuendi gratia. Plautus eadem locutione usus est saepius, maxime Mostell. IV. 2. 29. ubi & *advorsum venire* dixit. Vid. Pignor. de Serv. pag. 255. *Vesterhov.*

3. PROFECTO HOC VERE DICUNT.] Sic And. II. 5. 15. Eun. IV. 5. 6. *Vesterhov.* Est praefamen proverbii, aut proverbialis sententiae.

4. ABSIS.] Servius ad Virg. Aen. III. 430. ABIS. *Vesterhov.* ABSIS, pro *Absit quis*, dixit more suo. quod & de sequentibus tenendum est. USPIAM vel abundat, vel deest *profectus;* nam *Uspiam* significat etiam ad locum, Donato observante.

5. UBI SI.] Sicubi, siquando. Anastrophe. *Minell.*

[6] Irata, quam illa, quae parentes [7] propitii.
Uxor, si [8] cesses, aut te amare cogitat,
Aut [9] tete amari, aut [10] potare, aut [11] animo obsequi:
Et * tibi bene esse soli, quum sibi sit male.
[12] Ego, quia non rediit filius, [13] quae cogito!
Et

6. IRATA.] Zelotypa, rixosa ob cessationem mariti. *Minell.*

7. PROPITII.] Pii, filiorum studiosi. *Paraphrastes Delph.* Benigni. *Minell.* PROPITII.] *Propitius* κυρίως qui prope est ut auxilietur, praesens. Praesentes Divi [*propitii* dicuntur] i. e. auxiliantes, adjutores. Gl. Phil. *Propitius*, ἵλεως. Excerpta: *Propitius*, ἵλεος, ἱλάσκομαι, *propitior*, *placor*. Guyet. in Gloss. Mss. Opponitur autem *propitius* irato. Cic. Att. VIII. 16. *Hunc* propitium *sperant; illum* iratum *putant*. Vesterhov. Nepos in Dione, IX. 5. *Custodes si* propitia *fuissent* voluntate, — *servare eum potuissent*.

8. CESSES.] Tardes domum redire. *Paraphrastes Delph.* Ultra constitutum tempus absis domô.

9. TETE dixit, tanquam significantius. *Donatus.*

10. POTARE.] Loquitur ex more vetusto. Sic infra de filio, versu 37. & I. 2. 37. & V. 3. 13. etiam de servis, infra IV. 2. 47. & V. 1. 12. Phorm. V. 5. 9. de mulieribus, And. I. 4. 5. *Vesterhov.* *Potare* est affluenter & ad ebrietatem potione repleri. Seneca ad Lucilium: *Inter nudos* bibunt, *immo* potant. Cicero Philippica 2. *Domus erat — plena ebriorum, totos dies* potabatur. *Popma.*

11. ANIMO OBSEQUI.] Ἐπαναφορά. Donatus. Plaut. Poen. I. 1. 48.
Se amare velle, atque obsequi animo suo.
Gr. χαρίζεσαι τῇ ψυχῇ. Vesterhov. Ad unam dictionem nunc revocat triplicem uxoris conjecturam.

12. Te in deliciis versari, dum ipsa molestiis & tristitia cruciatur. *Paraphrastes Delph.* SOLI, separatim a se.

12. Plus est quod dixit
Ego

Et [14] quibus nunc sollicitor rebus! [15] ne aut ille alserit,
Aut uspiam [16] ceciderit, aut perfregerit
Aliquid.

Ego, quam si diceret, *Pater*. — Ἀνακόλουθον: non enim *Pater* dixit. *Donatus*.

13. Quae cogito! et quibus &c.] Hoc sic pronunciandum est, ut horrere videatur ipse cogitationem suam. *Donatus*.

14. Quibus nunc sollicitor rebus!] Hoc est, quam malis! non ut uxor, bonis. *Donatus*. Cic. ad Qu. Fr. III. 3. *Me autem jam & mare istuc, & terra sollicitat: neque desino, ut fit in amore, ea, quae minime volo, cogitare.* Idem Tusc. Quaest. III. 29. in ὑπερβολὴν τῆς στοργῆς nimiumque πάθος, erudite inquirit. *Vesterhov*.

15. Ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit.] Nimium tenere amat, qui haec in juvene pertimescit, quae circa infantulos caveri solent. *Donatus*. Plautus in Milite glorioso, III. 1. 124.

Pol, si habuissem, satis cepissem miseriarum liberis.
Censerem emori: cecidissetne ebrius, aut de equo uspiam:
Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi.

Lindenbrog. Alserit.] Id est, mortuus sit, quia morientes frigent. *Eugraph*. Huic interpretationi forsitan adstipulatur Plautus, loco modò adducto. Mihi tamen videtur sensus esse; *Morbum ex aëre frigido contraxerit*, Dan. At han har forkiølet sig.

16. Ceciderit, aut perfregerit aliquid.] Jungendum, ut, non solum Ceciderit, sed etiam Perfregerit. *Donatus*. Perfregerit.] Sic Liv. XXII. 20. *Naves omnes, quae non aut* perfregerant *proras; litore illisas, aut carinas fixerant vadis*; religatas *puppibus in altum extraxere*. Vesterhov. Aliquid.] Sub. *Os*, vel *membrum*.

Aliquid. [17] vah! quemquamne hominem [18] in animum instituere, aut

Parare,

17. VAH.] Interjectio dolentis, vel irridentis se. *Muell.* QUEMQUAMNE HOMINEM.] Sic dicimus de ea re, quam miramur fere ab omnibus fieri. *Donatus.* Subaud. *Credibile est*; (aequum) aut ejusmodi quid.

18. QUEMQUAMNE — IN ANIMUM INSTITUERE, AUT PARARE, QUOD SIT CARIUS, QUAM IPSE EST SIBI.] Ideo hoc miratur Demea, quia vere hoc dicunt, *Omnes sibi malle melius esse, quam alteri.* Et, *proximus sum egomet mihi.* Similis constructio est apud Plautum Mostell. I. 2. 1. ad 4. [Imo alia est, nam ibi versu 2. dicitur, *Argumenta in pectus instituere*: hic autem absolute, *in animum instituere.*] Dixit autem PARARE pro *emere* [Quidni simpliciter, pro *acquirere*?] nam in adoptione, de qua hic sermo est, genus quoddam emtionis intercedebat. Eun. III. 2. 35. Cic. Att. XII. 19. *Cogito — hortos aliquos parare.* Haec fere ex sententia Mureti: quem tamen refellit illustris Josephus Scaliger ad Catull. X. 20. cui IN ANIMUM INSTITUERE & PARARE ἰσοδύναμα sunt, neque PARARE magis valet *emere*, quam INSTITUERE. Explicat igitur per Graecorum κέκρικα. Mss. Lips. & omnes Boecleri, cum editione an. 1469. habent INSTITUERE IN ANIMO. *Vesterhov.* Ergo ex mente Scaligeri IN ANIMUM INSTITUERE, AUT PARARE, significat *credere*, seu *existimare*: & IN ANIMUM INSTITUERE, dictum pro noto illo, *in animum inducere*: PARARE autem dictum pro *Comparare* i. e. aestimare, And. IV. 1. 4. cum nota Donati. Paraphrastes Delph. exponit: *Potestne illud esse, ut quispiam ita animo sit affectus, ut quidquam carius habeat, quam se ipsum?* Phraseolog. Dan. At et Mennesse vilde fatte sig noget kierere, som han vilde holde mere af, end af sig selv. Ubi IN ANIMUM INSTITUERE, AUT PARARE QUID, capitur pro *amorem in quid concipere*, *amore quicquam complecti*: & sane *Cordi esse alteri* dicitur, qui ab

Parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi?
[19] Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre: is [20] adeo
Diſſimili [21] ſtudio eſt, jam inde ab adoleſcentia.
Ego [22] hanc clementem vitam urbanam, atque otium
[23] Secutus ſum: &, [24] quod fortunatum iſti putant,

 Uxorem

ab eo amatur. Sed ego hunc locum Terentii in ſuis relinquo tenebris, & cavendum puto junioribus, ne illum imitentur.

19. ATQUI EX ME &c.] Quaſi dicat, Ex me non eſt, & ſic afficior: quid paterer, ſi genuiſſem? *Donatus* ATQUI.] Mſſ. quidam, ATQUE. Quae inceptiva eſt particula. *Veſterhov.*

20. ADEO.] Aut abundat, aut nimium ſignificat. Ut in Eunucho, [I. 2. 124.] *Adoleſcentem* adeo *nobilem.* Donatus.

21. STUDIO, animo, voluntate, ſenſu (Tœnkenmaade.) Aut, vitae inſtituto, Levemaade. Plena phraſi foret, *ſtudio eſt praeditus*; aut, *cum ſtudio eſt.*

22. VITAM CLEMENTEM dicimus, quae clementes facit. *Clemens* autem eſt, qui colit mentem. *Donat.* Cic. pro Rabir. Poſtumo. 7. *Hanc vitam quietam atque otioſam ſequuti ſumus.* Et pro Cluent. 56. *Vitam illam tranquillam, & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuſcemodi judiciorum anfractu ſequi maluiſſe.* Veſterhov. HANC dixit, quaſi notam Spectatoribus, urbis incolis. CLEMENTEM, ſc. mihi, id eſt, placidam, commodam. nec placet Donati interpretatio. URBANAM, quae in urbe vivitur.

23. SECUTUS SUM.] Amavi, elegi. *Minell.* & *Paraphraſt. Delph.* Colui, illi deditus fui. Salluſt. Catil. LII. 22. *Laudamus divitias*, ſequimur inertiam. Horat. Serm. I. 1. 3.

laudet diverſa ſequentes.

ſc. *ſtudia*, exercitia. Phaed. V. 1. 7. citante Veſterhovio;

ſequentes otium.

24. QUOD FORTUNATUM ISTI PUTANT.] Romani ſcilicet, qui *coelibem* quaſi *coelitem* dicunt. Et item Graeci. Menander: ὦ μακάριον

Uxorem numquam habui. ille contra, haec omnia [25]:
Ruri agere vitam: [26] semper parce, ac duriter
Se habere; [27] uxorem duxit: nati filii
Duo:

ϱιον με! γυναῖκα ȣ̓ λαμβάνω. Quidam putant sic pronunciandum, ET QUOD FORTUNATUM ISTI PUTANT UXOREM. Et haec bona & concinna locutio est. Et PUTANT bene dicit is, cui displicet aliena sententia. ISTI PUTANT.] Id est, hi qui a me dissentiunt. *Donatus.* Cic. Att. XIV. 13. *A ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget quidquam esse jucundius.* Horat. Epist. I. 1. 88.

melius nil coelibe vita.

Lucil. Sat. XXVI.

Homines ipsi sibi hanc molestiam ultro atque aerumnam offerunt,
Ducunt uxores.

Idem Menander saepius. Laudat haec Boeclerus:

Τὸ γυναῖκ᾽ ἔχειν, εἶναι τε παίδων, ὦ φιλὲ,
Πατέρα, μερίμνας τῷ βίῳ πολλὰς φέρει.

Et:

Ὅςις γενόμενος βȣ́λεται ζῆν ἡδέως,
Ἑτέρων γαμȣ́ντων αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων.

Vesterhov.

25. Sub. *sequitur.* Donatus non videtur agnovisse ullam distinctionem post CONTRA: quando sensus erit: *Habet*, vel *sequitur frater omnia his contraria studia.*

26. PARCE, ad servandum: DURITER vero, ad laborem referendum est. *Donatus.* PARCE AC DURITER.] Sic And. I. 1. 47. Aliter Petronius, cap. 38. *Quam bene* se habuit. *Vesterhov.* DURITER SE HABERE.] Elegans haec locutio. inde *exhibere* ἀντὶ τȣ͂ alere. Papinianus l. 45. de donat. int. vir. & uxor. Ulpian. l. 1. §. 6. ff. de tut. & ration. Idem l. 11. §. 1. ff. ad exhibendum. *Si forte ipse servus ex operis vel artificio suo solebat* se exhibere, *nunc vero cogitur vacare.* Tertullianus de Idololatr. cap. 6. Exhibitionis *nostrae gratiâ*. Lindenbrog.

27. UXOREM DUXIT.]
Vario

Duo: [28] inde ego hunc majorem adoptavi mihi,
Eduxi [29] a parvulo: [30] habui, amavi pro meo:
[31] In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
Ille ut [32] item contra me habeat, facio sedulo:

Varie per modos discurrit. *Donatus*. Solent post verba infinita jungere finitum. Sic Sallust. Catil. 21. & Jug. 67. ad quae loca vid. Gotl. Cort. *Vesterhov*.

28. INDE.] Mire INDE subjungit, quum personam praetulerit. Sic alibi, [Eun. I. 2. 34. & 35.] *E praedonibus*, unde *emerat*, *se audivisse*. INDE pro *ex quibus*. Et MIHI abundat. Et bene HUNC dixit, quia de ipso loquebatur. *Donatus*. In hoc & septem seqq. versibus dilectionis vis ἐμπαθῶς exprimitur. *Vesterhov*.

29. A PARVULO.] Sic And. I. 1. 8. Heaut. II. 1. 2. *A pueris*. Infra III. 4. 48. *A pueris parvolis*. V. 9. 5. *Usque a pueris*. & III. 3. 7. *A parvis*. Heaut I. 2. 9. *Jam inde usque a pueritia*. Cic. Fam. I. 6. *A teneris unguiculis*. Horat. Carm. III. 6. *De tenero ungui*. Gr. Ἐκ νέων, ἐκ νηπίων. ἐκ παιδαρίου. ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. Vesterhov.

30. Quaeritur quid sit HABUI. Et quum multa dicantur, hoc solum verum est, HABUI, credidi, duxi, existimavi. *Donatus*. HABUI.] Tractavi. Sic Hec. II. 3. 6. *Vesterhov*.

31. IN EO ME OBLECTO: &c.] Absolute utrumque, & IN EO, & SOLUM. IN EO.] Quasi in ea re. IN EO ME OBLECTO.] Nove dixit, pro, *Eo me oblecto*. SOLUM ID &c.] Plus significat, quam si diceret, *Solus is est carus mihi*. Donatus. SOLUM ID EST CARUM MIHI.] Scilicet, Adoptasse mihi hunc majorem, eduxisse a parvulo: habuisse, amasse pro meo; in eo memet me oblectare. *Vesterhov*.

32. ITEM, similiter: CONTRA, vicissim. *Plaut*. [Mil. II. 1. 23. sed legitur nunc, *amor cultu optimus*. Vesterhov.]
Ut illa illum contra qui est amoris cultor optimus. Donatus.

ITEM CONTRA ME HABEAT.] H. e. vicissim itidem me tractet.

[33] Do, praetermitto: [34] non neceſſe habeo omnia
Pro meo jure agere. Poſtremo alii [35] clanculum
Patres quae faciunt, [36] quae fert adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſuefeci filium.
Nam qui mentiri [37], aut fallere inſuerit patrem,
Aut

ctet. Mſſ. pluſculi & editi, ITIDEM. *Veſterhov.* FACIO, allaboro, ſtudeo, curo. * SEDULO, Secus a dolo, id eſt, ſine dolo, impenſe. *Donatus.*

33. Do ſumptum: PRAETERMITTO delicta. *Donatus.* PRAETERMITTO, Diſſimulo, conniveo ad *delicta.* Paraphraſtes Delph. & Minell. Reſpondet Iſlandorum, Eg leidi hiá mer.

34. NON NECESSE HABEO OMNIA PRO MEO JURE AGERE.] Etſi licet, non neceſſe eſt patrem ſaevire, quia pater eſt. Inter *Jus* & *Aequitatem* hoc intereſt: *Jus* eſt quod omnia recta & inflexibilia exigit: *Aequitas* eſt, quae de jure multum remittit. — Et mire oſtendit, jus ſummum, niſi neceſſitate, non eſſe ſervandum. *Donatus.* Poteſt tamen HABEO hic denotare, *exiſtimo.*

35. CLANCULUM PATRES.] Praepoſitionis vim habet τὸ CLANCULUM, q. d. *clam patres.* Vide tamen de hoc loco, atque adeo de vi vocis CLANCULUM, Virum Cl. Jac. Perizonium, ad Sanct. Min. I. 16. 1. *Veſterhov.* ALII, Adoleſcentes. *Donat.*

36. QUAE FERT ADOLESCENTIA.] FERT, affert adoleſcentibus, quibus obnoxia eſt adoleſcentia. *Minell.* Veniam addidit ſtatim, peccata ab adoleſcentibus * ad aetatem removendo. Et vide quam breviter, quam pudice, quam ignoſcenter locutus eſt. *Donatus.* * *ad aetatem.*] Ampliſſ. Vir, Cornelius van Bynkershoek legendum putat, *ob aetatem*, juvenilem ſcilicet. Quam emendationem certiſſimam eſſe duco, cum ob ſenſus perſpicuitatem, tum quod manifeſtò ita legitur in Mſ. Boenderm. ſed & editionibus vetuſtiſſimis. *Veſterhov.*

37. Supple, *Patri*, ſeu, *apud patrem*, *coram patre.* neque enim dicitur *Mentiri patrem*, hoc ſenſu. Eſt vero haec Figura, Syllepſis caſus.

Aut audebit: tanto magis audebit caeteros.
[38] *Pudore & liberalitate liberos*
[39] *Retinere satius esse credo, quam metu.*
[40] Haec fratri mecum non conveniunt, neque placent.
[41] Venit ad me saepe, clamitans: [42] quid agis, Micio?
Cur perdis adolescentem [43] nobis? cur [44] amat?

sus. * INSUERIT.] Boeclerus post Guyetum INSUEVERIT defendit. Utrumque est in Libris scriptis & impressis. Adi Gifan. Ind. Lucret. v. *Suetus*, & Donat. ad And. V. 2. 26. *Vesterhov.*

38. PUDORE ET LIBERALITATE.] PUDORE, ad filios retulit: LIBERALITATE, ad parentes Argumentum a conjugatis. LIBERALITATE inquit regendi sunt: propter quod *Liberi* dicuntur. *Liberalitatem* autem, bonitatem dicit. *Donatus.* Sallust. Jug. 100. Pudore *magis, quam malo exercitum* coercebat. LIBERALITATE.] Ἐλευθεριότητι, bonitate, lenitate, mansuetudine, quae libere natis & ingenuis convenit. *Vesterhov.*

39. Bene RETINERE: a vitiis scilicet. *Retinet*, qui adversum aliquem tenet. *Donatus.*

40. HAEC FRATRI MECUM NON CONVENIUNT.] Nova locutio. Et, *Non conveniunt*, pro, non congruunt: ac per hoc, *In his ego & frater dissentimus*, id est, dissimiles sumus. *Donatus.* Rara locutio, pro illa: *De his inter me & fratrem non convenit.* Nepos in Pausania IV. 2. Quae *inter Regem Pausaniamque.* convenerant.

41. VENIT AD ME &c.] Quinque hosce versus laudat Cicero de Invent. I. 19. *Vesterhov.* CLAMITANS, designat importunitatem fratris, qui non placide, sed cum clamore increpet.

42. QUID AGIS, MICIO?] Reminiscere lectionem & invenies, interrogationem hujusmodi, vel invectionis principio convenire, vel objurgationis. *Donatus.* Formula reprehendendi. *Vesterhov.*

43. NOBIS.] Ἐμφατικῶς; quod uterque, & Demea & Micio pater esset Ae-

Cur potat? cur tu his rebus sumtum suggeris?
45 Vestitu nimio indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipse est durus, praeter 46 aequumque & bonum,

Et

Aeschini, ille natura, hic adoptione & consiliis. Sic mox I. 2. 2.
Ubi nobis Aeschinus siet?
Et versu 67.
Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis *facit injuriam.*
Sed & τὸ Nobis valet, in damnum nostrum. Sic infra I. 2. 36. & versu 68. *Vesterhov.*

44. Cur amat? cur potat?] Sallust. Jug. LXXXV. [n. 41.] *Ament., potent.* Vesterhov. *Amare*, absolute posuere veteres, pro Veneri indulgere. *Potare*, pro, multum & frequenter vino indulgere.

45. Vestitu nimio indulges.] Ita dixit pro Vestitui, quod in uno Ms. reperit Boeclerus. Plaut. Rud. II. 1. 5.
Hisce hami, atque hae arundines sunt nobis quaestu & cultu.
Virg. Georg. IV. 158. de apibus:
Namque aliae victu *invigilant.*
Et IV. 198.
Quod nec concubitu *indulgent.*
Muretus cum Guyeto Nimium defendunt. In vetustissimis Libris est Indulgis. quod ex Codice Bembino laudat Franciscus Fabricius. *Vesterhov.* Si Vestitu sit Dativus casus, intelligenda haec sunt de Micione, qui *vestitui nimis indulgeat*, seu, nimis sumtuose vestiatur: & Nimio adverbialiter capiendum. Nisi quidem Vestitu nimio intelligamus, ad *nimium vestitum*, & Indulges, praebes, largiris, nam tum possint verba de *vestitu* Aeschini sumi. Mihi tamen simplicissimum videtur, Vestitu pro Ablativo accipere, ut sit, *in vestitu*, *quod ad vestitum*, & *illi*, Aeschino scilicet, subaudire. De Ineptus vid. Calphurnium ad Heaut. III. 3. 16.

46. Praeter aequumque et bonum.] Τὸ Que ante Et Terentianum est. Vid. Eun. V. 2. 37. & V. 9. 49.

Et errat [47] longe, mea quidem ſententia,
[48] Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
[49] Vi quod fit, quam illud, quod [50] amicitia adjungitur.
[51] Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum:
[52] Malo coactus [53] qui ſuum officium facit,

49. Neque aliter fere Poëtae, imitati Graecorum τε & καὶ. Veſterhov.

47. ERRAT LONGE.] Melius eſt, LONGE ſimpliciter accipere, ut locale ſit, quam pro *valde*. Donatus, reſtituente Veſterhovio. MEA QUIDEM &c.] Modeſte addidit, MEA QUIDEM SENTENTIA: ne quis hoc pro praecepto dici exiſtimet. *Donatus*.

48. QUI CREDAT.] QUI, pro, *quod is*, aut, *cum*. Loquitur autem de fratre: quamquam multi tres hoſce verſus (nempe ab, ERRAT LONGE, uſque ad, ADJUNGITUR.) pro ſententia capiunt generali. * GRAVIUS, ad vim: STABILIUS, ad tempus refertur. *Donatus*. Gravius, Majoris auctoritatis. *Minell.*

49. VI.] Id eſt, metu ac malo. *Donatus*.

50. AMICITIA.] Amore, benevolentia. ADJUNGITUR.] Acquiritur, copulatur. *Minell.* Conciliatur- *Paraphraſt. Delph.*

51. MEA SIC EST RATIO, ad ſuperiora pertinet confirmanda. SIC ANIMUM INDUCO MEUM: ad ea pertinet, quae dicturus eſt. MEA SIC EST RATIO.] Iterum modeſte & ἰδιωτικῶς. ET SIC ANIMUM INDUCO MEUM.] Senilis μακρολογία. Donatus. MEA SIC EST RATIO.] Conſuetudo, iuſtitutum. Infra III. 4. 11. Atque ita Cicero paſſim. *Veſterh.* Imo hoc loco RATIO, eſt *ſententia*.

52. Duo dixit, MALO, & COACTUS. *Donatus*.

53. QUI SUUM OFFICIUM.] Ὁ τὸ καθῆκον ποιῶν, id eſt, qui recte facit. *Officium* autem dicitur, quaſi *efficium*, ab *efficiendo*, quod unicuique perſonae congruit. *Donatus*. Aliud *Officii* ἔτυμον dat Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. 16. n. 8. neque tamen omnino ſatisfacit.

Dum [54] id rescitum iri credit, [55] tantisper cavet:
[56] Si sperat fore clam, [57] rursum ad ingenium redit.
Ille quem [58] beneficio adjungas, ex animo facit,
Studet par referre: [59] praesens, absensque idem erit.
Hoc [60] patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, quam [61] alieno metu.
[62] Hoc

54. Id, Quod facit scilicet. *Donatus.*

55. Tantisper.] Quasi *Tantumper.* Et *Paulisper*, quasi *Paulumper:* unde *Parumper* dictum est. Cavet.] *Peccare* subaudiendum est. nam totum ἐλλειπτικῶς, & obscure dictum est. Et bene, Cavet: quasi * malo. *Donatus.* * *Malo.*] Primus, opinor, Rob. Stephanus edidit. Nam Mss. & Edd. antiquissimi legunt, *malum.* Vesterh.

56. Si sperat fore clam.] Iterum *quod facit* subaudiendum. *Donat.*

57. Rursum ad ingenium redit.] Εἰς τὴν φύσιν ἐπανέρχεται. πάλιν φέρεται εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Sic Hec. I. 2. 38. *Vesterhov.* Ad naturam suam depravatam, seu perditos mores regreditur. *Minell.*

58. Beneficio adjungas.] Devincias & obliges tibi aliquo merito. *Minell.* Benevolentia tibi conciliaveris. Ex animo.] Non ficte, sedulo, sincerâ animi voluntate. * Facit.] Officium scilicet. *Donatus.* Par referre.] Respondere beneficiis acceptis. *Minell.*

59. Praesens absensque idem erit.] Contra illud, *Si sperat fore* clam, *rursum ad ingenium redit.* Et τὸ Praesens & Absens, non ad aliquem locum: sed ad custodem retulit & monitorem. *Donatus.* Mss. & Edd. quidam, Praesens, absens. *Vesterhov.* Sive in praesentia tua, sive absentia.

60. Ms Mark. & Leidensium unus, cum editione Anonyma, & Fabrini, Patrum. *Vesterhov.*

61. Quam alieno metu.] Vide quemadmodum suum ad indulgentiam affectum revocet optimae disciplinae [I. e. *Revocet*, sive referat, ad *optimam disciplinam.*] Donatus. Alieno.] Alterius. *Minell.*

[62] Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,
[63] Fateatur neſcire imperare liberis.
Sed eſtne hic ipſus, de quo [64] agebam? [65] & certe is eſt.
[66] Neſcio quid triſtem video. credo jam, ut ſolet,
[67] Jurgabit. [68] ſalvum te advenire, Demea,
Gaudemus!

62. Hoc pater ac dominus interest.] Haec differentia eſt inter patrem ac dominum. *Paraphraſt. Delph.* Id vult, Patrum eſſe, conſuefacere filios, ſua ſponte recte facere; dominorum contra, metum incutere ſervis. Jacobus Perizonius, Vir Cl. ad Sanct. Min. III. 5. 4. locutionem vocat paullo duriorem, cujus idoneam rationem aut ellipſin vix invenias. Guyeto Helleniſmus eſt, q. d. τούτω πατὴρ καὶ δεσπότης διαφέρει. pro, τούτω ὁ πατὴρ τοῦ δεσπότου διαφέρει. *Veſterhov.*

63. Fateatur nescire imperare liberis.] Hoc indicat, & ſe melius conſulere, & volentem hoc exercere. Nescire imperare liberis.] Oratorie, quaſi artis ſit indulgentiſſime agere. Imperare, modo non ad ſuperbiam, ſed ad *Regendum* eſt referendum. *Donatus.*

64. Loquebar. *Paraphraſtes Delph.* & *Minell.*

65. Et certe is est.] Bene nunc confirmat ipſum eſſe eum, quum propior eſt, utpote ſenili, nec in longum proſpiciente conſpectu. *Donatus.*

66. Nescio quid.] Deeſt *propter.* Donatus.

67. Jurgabit.] Donatus infra I. 2. 3. Objurgabit. *Veſterhov.*

68. Salvum te &c.] Aſſentior iis, qui hic novum Scenae initium ſtatuunt. Qui enim hucusque ſolus de fratre Demea fuerat locutus, nunc advenientem alloquitur Micio. Editio an. 1469. Salvo te adveniente, &c. *Veſterhov.*

AC-

ACTUS PRIMI
SCENA SECUNDA.
DEMEA. MICIO.

De. [1] EHEM! opportune: te ipſum quaerito.
Mi. Quid triſtis es? *De.* [2] Rogas me? ubi nobis Aeſchinus
Siet? * quid triſtis ego ſim? *Mi.* [3] Dixin' hoc fore?
Quid fecit? *De.* [4] Quid ille fecerit! [5] quem neque pudet

Quid-

1. EHEM!] Haec particula oſtendit affectum quaerentis. *Minell.* Libri plerique praeferunt HEM; quod admirantis eſt, quum illud ſit vocantis, atque adeo huic loco parum conveniens. *Veſterhov.*

2. ROGAS ME? &c.] Interrogas me quid ego triſtis ſim, cum Aeſchinum filium habemus. *Eugraph.* Poſſit & ordo eſſe QUID TRISTIS EGO SIM? ROGITES ME, UBI NOBIS AESCHINUS SIET. q. d. *Rogitas quid ſim triſtis? Rogaſſe debebas, ubi nobis Aeſchinus ſiet.* Sunt enim qui ROGITAS, &, qui ROGITES legunt. Mſſ. Leidenſ. unus: ROGITASNE? mox tres: QUID TRISTIS EGO SUM. Dacieria unam facit interrogationem: ROGAS ME: UBI NOBIS AESCHINUS SIET, QUID TRISTIS EGO SIM? vertitque: *Pouves vous me faire cette demande, vous, chez qui eſt Aeſchinus?* qui ſenſus omnium eſt optimus, in verbis de induſtria, ut videtur, a Poëta turbatis. Neque enim Demea furioſus ordine loqui debebat. *Veſterhov.*

* QUID TRISTIS EGO SIM?] Similis fere locutio eſt Judic. XVIII 23. 24. *Veſterh.*

3. DIXIN' HOC FORE?] Haec averſus dicit ſpectatoribus, reſpiciens dicta ſua I. 1. 54. *Veſterh.*

4. QUID ILLE FECERIT!] Ani-

Quidquam: nec metuit quemquam: neque [6] legem putat
Tenere se ullam. nam illa, quae antehac facta sunt,
Omitto: [7] modo quid designavit! *Mi.* [8] Quidnam id est?

De.

Animadvertendum, ut interrogatus interroget more indignantium, quod ideo facit, quia videt Micionem eo vultu interrogare, ut videatur minus reprehendere culpam Aeschini. *Donatus.*

5. Ἐν λειψάνοις Menandri feruntur haec:

Ὅς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδ', οὐδὲ δεδοικέναι, [δεδιέναι, Lindenbrog.]
Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.

Qui neque erubescere novit, neque timere,
Primas omnis impudentiae tenet. Vesterhov.

6. NEQUE LEGEM PUTAT TENERE SE ULLAM.] Id *regnum possidere* vocat leno, infra II. 1. 21. Cic. Philipp. XI. 5. *Quamquam* leges *eum non* tenent. Quinctil. Declam. CCLXX. init. *Eum demum* teneri *hac* lege. Ubi vide omnino Cl. Burm. *Vesterhov.* Neque putat se ulli legi obnoxium esse, id est, putat sibi omnia licere. *Minell.* Bene TENERE, quia legem. *Donatus.*

7. MODO QUID DESIGNAVIT!] *Designare*, est rem novam facere, in utramque partem, & bonam & malam. *Donatus.* DESIGNAVIT.] Nonius Marcellus: Designare, *cum nota & ignominia aliquid facere.* Vesterhov. DISSIGNAVIT.] *Dissignare* proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. *Eugraph.* Cui suam interpretationem, ex prava lectione natam, relinquimus. Sed neque nimis placent, quae Donatus ad hunc locum illustrandum adfert, de Ludorum funebrium praefectis, qui *Dessignatores* eô vocati fuerint, quod ipsis ludis multa fiant nova & spectanda: atque inde concludit, *Designare* dici eum, qui aliquo flagitio plurium in se oculos & ora convertit, & spectaculo est vulgo. Haec sane ultima

De. [9] Fores effregit, atque in aedes irruit

Alienas:

tima recta esse possunt, ut DESIGNAVIT hic accipere liceat, pro, *insigne flagitium edidit.* at *Designatores* tamen inviti huc trahuntur ab Oratore; neque enim dubium est ita hos dictos fuisse, a *designandis* i. e. disponendis & ordinandis iis rebus, quae in funerum elatione erant observandae. Sunt &, qui, auctoritate Apuleji, *Designare* exponunt, patrare. Mihi simplicissimum videtur DESIGNAVIT modò, incepit, molitus est, intelligere. Horat. Epist. I. 5. 16:

Quid non ebrietas designat? Video tamen fore, qui hunc sensum leniorem esse judicabunt, quam iracundia Demeae postulat. His ergo inveniendum erit aliud melius, quod simul cum analogia latinitatis possit consistere.

8. QUIDNAM ID EST?] Et hoc etiam contemnens interrogat Micio. *Donatus.*

9. FORES EFFREGIT.] Haec singula [id est, ut puto, hic versus, & duo sequentes.] magna cum vociferatione inferenda sunt. stomachatur enim adversus male interrogantem. FORES EFFREGIT, ATQUE IN AEDES IRRUIT ALIENAS.] Totum quidem unum crimen est: Rapuit meretricem. Sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatetur accusatio Demeae, de moribus Aeschini nihil nisi inania [Boeclerus corrigit, *immania.*] referentis. — Bene dicit ALIENAS, quia si *Lenonis* diceret, parva res videretur. *Donatus.* FORES EFFREGIT.] Proprie. Sic infra versu 23. & 40. Cic. Verr. IV. 23. Effringi *multorum* fores, *revelli claustra.* Virgil. Aeneid. II. 480.

Limina perrumpit, postesque a cardine vellit.

Ovid. Amor. I. 9. 19. de milite & amante:

Ille graves urbes: hic durae limen amicae
Obsidet: hic portas frangit: *at ille* fores.

Idem Arte III. 71.

Nec tua nocturna frangetur janua *rixa.*

Notantur autem perditi juventutis Atticae & Romanae mores, ita grassari solitae, maxime noctu. Horat. Carm. I. 25. 1. ad 4. Quantum porro crimen apud Romanos habitum fuerit, *alienas effrin-*

Alienas: [10] ipſum dominum, atque omnem familiam
[11] Mulcavit uſque ad mortem: eripuit mulierem
Quam amabat. clamant omnes, indigniſſime
Factum eſſe. hoc [12] advenienti quot mihi, Micio,
Dixere! [13] in ore 'ſt omni populo. denique,
[14] Si conferendum exemplum eſt, [15] non fratrem
videt

Rei

fringere fores, & quam ſollicite jus patrisfamilias hac in re tuiti ſint, notavit Doctiſſ. Vir, Abr. Wielingius, Diatriba de Furto, Cap. IV. §. 2. *Veſterhov.*

10. IPSUM DOMINUM.] Iterum ſuppreſſa eſt infamis perſona. Aut FAMILIAM pro ſervis lenonis dicit, aut pro meretricibus. *Donatus.* DOMINUM.] Aedium nimirum. Sic Phorm. V. 1. 26. Amplificat autem omnia, geneum AEDES, lenonem DOMINUM, meretrices FAMILIAM, ſcortum MULIEREM vocans. *Veſterhov.*

11. MULCAVIT.] Laceravit, mutilavit, mollivit, atque diſſolvit. *Donatus.*

12. ADVENIENTI.] Vid. Eun. II. 2. 3. DIXERE!] Suſtuli interrogationis notam. Eſt enim exclamatio cum admiratione. Sic infra V. 4. 13.

quam ibi miſeriam vidi!
Veſterhov.

13. IN ORE 'ST OMNI POPULO.] *Salluſtius* [in Fragmentis.] *In ore gentibus agens, populo, civitati.* Donatus. Horat. Lib. I. Epiſt. 3. 9.

Quid Titius, Romana brevi
venturus in ora.

Theog. verſu 240.

πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.

Plaut. Pſeud. I. 5. 4.

Ita nunc per urbem ſolus ſermo eſt omnibus.

Mſ. Bodl. non agnoſcit τὸ OMNI. *Veſterhov.* Factus eſt totius populi fabula & querela. *Paraphraſtes Delph.*

14. SI EXEMPLUM CONFERENDUM EST.] Plaut. Poen. I. 2. 85.

Sed ubi exempla conferentur
meretricum aliarum.

Ovid. Metam. VII. 696.

Si faciem moreſque velis conferre *duarum.* Veſterhov.

Noſter Hec. I, 2. 88.

Ad

Rei dare operam, ruri esse [16] parcum, ac sobrium?
[17] Nullum hujus simile factum. Haec quum [18] illi, Micio,
Dico, tibi dico: [19] tu illum corrumpi sinis.

Mi.

Ad exemplum *ambarum* mores earum existimans,
Ubi vide Interpretes.

15. NON FRATREM VIDET REI DARE OPERAM.] Satis comice hoc infertur legentibus argumentum: nam magis in culpa ille ipse est, quem laudat. *Donatus.* REI DARE OPERAM.] Rei familiari sustentandae & augendae, non amori, incumbere. *Minell.* FRATREM.] Mss. & editi quidam vetusti: PATREM. *Vesterhov.*

16. PARCUM AC SOBRIUM. Contra illud: *Cur amat? cur potat?* Donatus.

17. NULLUM HUJUS SIMILE FACTUM.] Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum est, & ardentibus in Micionem oculis. *Donatus.* Sensus est: Nullum Ctesiphonis factum Aeschini fratris simile est. Quod cum impetu dictum quum non videretur ad animum referre Micio, pergit Demea: HAEC QUUM ILLI, &c. In quibus verbis major etiam stomachus est, & acerbior objurgatio. q. d. Ita haec Aeschino dico, itaque ad Aeschinum haec omnia pertinent, ut facile intelligas, etiam tibi dici, atque adeo etiam ad te pertinere. *Vesterhov.*

18. ILLI, pro *In illum*: & TIBI, pro *In te*: Donatus. Phaed. IV. 19. 18.
Tibi dico, *avare, gaudium heredis tui.*
Et V. 9. 5.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.
Ubi τὸ *Sibi* valere, *in se*, ex ipso Phaedro evincitur. Ita ille I. 22. 10.
Hoc in se dictum *debent illi agnoscere.* Vesterhov.

19. TU ILLUM CORRUMPI SINIS.] Deest *Nam.* sed ferventius ἀσυνδέτως dicitur. Et hoc TIBI & TU pronuntiandum est intento digito; & infestis in Micionem oculis. nam hoc agi stomacho adversus dissimulatores solet. Mitius modo dixit, SINIS CORRUMPI: mox vehementius dicet, *An laudi putas fore, si perdideris gnatum?* Donatus.

Mi. [20] Homine imperito numquam quidquam injuſtius,
[21] Qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.
De. [22] Quorſum iſtuc? *Mi.* Quia tu, Demea, haec male judicas.
[23] Non eſt flagitium, [24] mihi crede, [25] adoleſcentulum

Scortari,

20. HOMINE IMPERITO NUMQUAM QUICQUAM INJUSTIUS.] Miro ſtomacho apud ipſum de ipſo tanquam apud alterum loquitur. *Donatus.* Menander:
Οὐκ ἐς' ἀνοίας ἐδὲν τολμηρώτερον.
Mſſ. Bodl. Boenderm. & Lipſ. cum editione Anonyma & anni 1469. NIHIL QUIDQUAM INJUSTIUS EST. *Veſterh.*

21. QUI, NISI QUOD IPSE FECIT, &c.] Αὐθάδεια. hoc enim proprium ruſticorum eſt, atque imperitorum. Proprie PUTAT. nam hoc verbum imperitorum eſt. *Donatus.* Mſ. Bodl. QUIA, NISI — FACIT. *Veſt.*

22. QUORSUM ISTUC?] Deeſt *Pertinet*, aut *Dicis.* QUIA TU, DEMEA. Id eſt, homo imperitus. *Donatus.*

23. NON EST FLAGITIUM.] Non peccatum negat eſſe: ſed FLAGITIUM non eſſe contendit, & ideo ſubindignanter pronuntiandum eſt: ut ſi dicat, Scortari quidem adoleſcentulum delictum eſt, ſed non eſt FLAGITIUM. Et veniae locus non tam in facto, quam in perſona eſt conſtitutus. *Donatus.* NON EST FLAGITIUM.] Eun. II. 3. 90. Hec. IV. 1. 27. Plaut. Pſeud. I. 5. 19. & 20. Neque tamen haec ex inſtituto vel Graecorum vel Romanorum dicta, ſed nimia indulgentia in vulgo patrum notatur. Quamquam non abſolute patribus diſplicuiſſe ſcortationes filiorum, multi loci evincunt. Heaut. I. 2. 32. Mirum *etiam*, quod de Catone, quem cum continentia ex eodem naturae utero prodiiſſe ferunt, Horatius refert, Serm. I. 2. 31. ad 35. *Veſterhov.*

Scortari, neque potare; non eſt: neque fores
Effringere. haec ſi neque ego, neque tu, fecimus,
[26] Non ſivit egeſtas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum [27] feciſti inopia?
Injurium eſt. nam ſi [28] eſſet, unde id fieret,
Faceremus. Et tu illum tuum, [29] ſi eſſes homo,

Sineres

24. Mihi crede.] Quaſi imperito dixit, Mihi crede. Non enim, *Me intellige.* Quod imitatus *Cicero* ſic * Caelium exagitat: *Magna ſunt, mihi crede: noli haec contemnere.* Hic enim & auctoritas dicentis, & contemtus oſtenditur audientis. *Donatus.* * Hadr. Junius in Append. Animadv. legit, *Caecilium.* recte. Lege autem: *Magna ſunt ea, quae dico, mihi crede*: &c. Vid. in Q. Caecil. Divin. cap. 12. *Veſterb.*

25. Adolescentulum scortari.] In adoleſcentulis quidem crimen ſcortationis impune abibat; in viris honoratis & magiſtratum gerentibus non item. Niſi quod in juvenibus culpam dignitas faceret, non voluntas, per ancillulas & lupanaria libidine permiſſa. Unde adeo Micio non objurgat Aeſchinum ob ſtuprum commiſſum, quam quod virginem vitiaſſet. Infra IV. 5. 52. *Veſterhov.* Scortari.] Cum meretricibus conſuetudinem habere. *Paraphraſtes Delph.* praeeunte Donato.

26. Non sivit egestas.] Non voluntas prohibuit, ſed neceſſitas: & ideo nulla laus. *Donatus.*

27. Nota Fecisti, in eo quod ſignificat, *Non feciſti.* Donatus.

28. Si esset, unde id fieret, faceremus,] Id velle videtur, ſuam & fratris jam praeteriiſſe aetatem, neque jam aptam amplius eſſe ad libidinem. Ne enim de re familiari intelligam, faciunt ejusdem Micionis verba, verſu 41. Est, Dis gratia, unde haec fiant Linacro, Boeclero, aliis enallage eſt temporis, pro. *ſi fuiſſet, unde id fieret, feciſſemus.* Veſterh..

29. Si esses homo.] H. e. Humanus, non tyrannus, erroribus juvenum ceu

fla.

Sineres nunc facere, dum per aetatem licet:
Potius quam, ubi te [30] exſpectatum [31] ejeciſſit foras,

flagitiis iraſcens, cum veniam te illis deceret dare. Sed & ſimpliciter Homo dicitur Homo alicujus pretii, & nomine hominis dignus. Infra V. 8. 11. Plaut. Epid. III. 4. 57.

pugnaſti, Homo *es.*

Curius ad Ciceronem Fam. VII. 29. 2. *Veſterhov.* Poteſt & eſſe, *Si ſuperes*: de quo conſulas Gottlieb Cortium, ad Cic. Fam. XV. 16. 6.

30. Eo rem perduxit, ut ipſe magis videatur conſulere diſciplinae, quam Demea. Exspectatum.] Odioſum & malae [*moleſtae*. Mſ. Hulſt. & Lindenbr.] vitae. Nam filiis parentes aut amabiles ſunt, aut exſpectati. amabiles, boni: *exſpectati*, mali: quorum mors in dies ſingulos exſpectanda & optanda ſit. nam *exſpectamus* ante diem, *ſperamus* ad diem. Unde avidior intelligitur qui exſpectat, quam ille qui ſperat. *Donatus.* Exspectatum.] Sic infra V. 4. 20. Hec. IV. 2. 20. Quinctil. Inſtit. Orat. IX. 3. ubi de Antanaclaſi agit, quae ſit ejusdem verbi contraria ſignificatio: *Quum Proculejus quereretur de filio, quod is* mortem ſuam exſpectaret; & *ille dixiſſet, ſe vero non* exſpectare: *immo, inquit, rogo* exſpectes. Scilicet *exſpectare* & opperiri & deſiderare notat. Juvenal. Sat. XIV. 248.

ſed grave tardas
Exſpectare *colos.* [Parcarum ſc.]

Ovid. Metam. I. 148.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Faſt. II. 625.

Cui pater eſt vivax, qui matris digerit annos. Veſt.

31. Ejecisset.] Ut quiddam abjiciendum. *Donatus.* Ejecisset foras.] Cicero in Piſonem, cap. 9. *Ab hoc* ejecto *cadavere, quidquam mihi aut opis, aut ornamenti expetebam?* Explicat Turnebus Adverſ. XXI. 15. Ejecta cadavera *quae ſunt? Nempe quibus bonos ſepulturae non tribuitur, quod ultimae apud veteres cenſebatur ignominiae: & qui propter paupertatem, quum ſum-* *tur*

[32] Alieniore aetate, post faceret tamen.
De. Prô Juppiter! [33] tu homo [34] adigis me ad insaniam.
[35] Non est flagitium, facere haec adolescentulum! *Mi.* Ah!
Ausculta: [36] ne me obtundas de hac re saepius.
Tuum filium dedisti [37] adoptandum mihi:
Is meus est factus: si quid peccat, Demea,
[38] Mihi peccat: ego [39] illi maxumam [40] partem feram:
[41] Ob-

tus deessent funeri, e cellis ejecti moriui a sandapilariis in exquilinum bustum puticulosque portabantur in arcis. Inde Cicero pro Mil. 32. *Ut sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudatione, sine funere, — amburetur abjectus.* Horat. Sat. I. 8. 8.
Huc prius angustis ejecta *cadavera cellis*
Conservus vili portanda locabat in arca. Vesterhov.

32. Alieniore.] Comparativum gradum pro positivo posuit. *Donatus.* Sic Plautus, Cas. III. 1. 4.
Cano capite! aetate aliena. Cic. Fam. III. 10. *De qua* alienum tempus *est mihi tecum expostulandi.* Vesterh.

33. Tu homo dicens, negat illi familiaritatem. *Donatus.* Heaut. V. 3. 1.

34. Mss. & editi quidam: Adiges. Alii, Rediges. Rursus alii, in quibus Ms. Graev. Redigis. *Vest.*

35. Non est flagitium, &c.] Moraliter indignatio expressa est, iisdem verbis, quae frater dixerat, repetitis. *Donatus.*

36. Ne me obtundas.] Ne me saepe & moleste interpelles. Nam *Obtundere* est aliquid saepe odiose repetere. *Donatus.* Vide ad And. II. 2. 11. *Vest.*

37. Mss. & Edd. quidam veteres Adoptatum. Vide de ritu & jure adoptandi Gell. V. 19. *Vesterhov.*

39. Mihi peccat.] Meo damno & periculo. Cic. Fam. II. 18. *Sin quid offenderit:* sibi *totum, nihil* tibi offenderit. Petron. cap. 45. *Sed* sibi *quisque* peccat.
Et

[41] Obsonat? potat? [42] olet unguenta? [43] de meo.

Aaaa 3 Amat?

Et cap. 46. *Quicquid discis*, tibi discis. Cic. Fam. VI. 6. *Apud quem quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia*, valebo tibi. *Vesterhov.*

39. Errant, qui putant ILLI esse pronomen, quum sit adverbium loci: — ILLI ergo, *ibi*, ubi ille peccat. Quare quidam etiam *li* syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripiunt. *Donatus*. ILLI &c.] Possit sensus esse: Ego ibi maximum damnum accipiam. ILLI pro *illic* usitatum. Hec. I. 2. 19. *Vesterhov.* Non tamen videtur absurdum ILLI intelligere, in ejus gratiam, ad ejus voluntatem. & est oppositio quaedam; *Mihi peccat: illi feram*.

40. MAXUMAM PARTEM, optime dicit. Non enim universam, quia non solus pater Aeschini est: sed MAXUMAM, quia ejus magis est, cujus filius coepit esse per adoptionem. *Donatus*. PARTEM vocat infortunium. Plaut. Rud. I. 3 6.

Hanccine ego partem capio ob pietatem praecipuam?

Dixit igitur PARTEM FERAM, uti infra II. 1. 24. *Ferres infortunium*. Vesterhov. Cui adeo FERAM est, accipiam: Donato autem, sustinebo, tolerabo.

41. Convivia frequenter parat, laute & opipare vivit. *Minell.* Lautis epulis & coenis insumit plurimum. *Paraphrastes Delph.*

42. OLET UNGUENTA.] Ἀρωματίζει, ναρδίζει. Plaut, Asin. V. 2. 79.

Murrham olet.

Suet. Vesp. 8. *Adolescentulum* fragrantem unguentis, *quum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: maluissem* allium oboluisses; *litterasque revocavit*. Vesterhov. Unguentorum odore fragrat. Quod est mollium & lascivorum virorum in cute curanda laborantium. *Minell.*

43. DE MEO.] Impensis meis haec facit. *Paraphrast. Delph.* Plaut. Bacchid. I. 1. 65.

facere sumtum de tuo.

Phaed. IV. 19. 26.

Libitina ne quid de tuo *faciat lucrum*. Vesterhov.

Amat? dabitur a me argentum, [44] dum erit commodum:
[46] Ubi non erit, [47] fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur. discidit
Vestem? * resarcietur. est, Dîs gratias,
Et unde [48] haec fiant, & adhuc non molesta sunt.
Postremo, aut desine, aut cedo quemvis arbitrum:
Te plura [49] in hac re peccare ostendam. *De.* Hei mihi!
Pater esse disce [50] ab aliis, qui vere [51] sciunt.

Mi

44. Dum erit commodum.] Dare scilicet. *Donat.* Dum libuerit. Sic Eun. III. 2. 31. & 49. Cicero in Verrem. Lib. II. 13. *Aut eum judicem, quem commodum erat.* Ubi Asconius: *vetuste posuit pro eo, quem volebat.* Sic Terentius:
Amat? dabitur a me argentum, Dum erit Commodum.
Nam meretrici dare, quando est commodum? sed est positum pro eo, quamdiu libuerit. Vesterhov.

46. Ubi non erit.] Argentum scilicet. sed *Commodum dare* subaudiendum est. *Donatus.*

47. Fortasse excludetur foras.] Hoc ita protulit, quasi dicat, nihil sibi deperiisse, si forte gratis fuerit ad amicam admissus. *Donatus.* Excludetur.] Subaud. *ab amica;* non autem, *a me*, ut intellexisse videtur Paraphrastes Delphini.

* Resarcietur.] Re abundat. *Donatus.*

48. Haec fiant.] Facta & lacerata reficiantur: Potest etiam intelligere sumtus filii in convivia, amicas, &c.

49. In hac re.] In instituendo filio. *Minell.* Quidam Libri. In hanc rem. Sic infra II. 1. 20. *Vest.*

50. Superbum fuisset, *A me* dicere. melius ergo, Ab aliis, dictum est. *Donatus.* Mss. quidam editique, ab illis. Alii, Ab his. *Vesterhov.* Tangit hoc versu coelibatum fratris.

51. Conjectabat Palmerius: Sient. Non male. Atque ita etiam legi obser-
vat

Mi. [52] Natura tu illi pater es, consiliis ego.
De. [53] Tun' consulis quidquam? *Mi.* Ah! si pergis, [54] abiero.
De. [55] Siccine agis? *Mi.* An ego [56] toties de eadem re audiam?
De. * Curae est mihi. *Mi.* Et mihi curae est. verum; Demea,

vat Pareus. In Mf. Traject. est, SUNT. *Vesterhov.* Id est, Qui patres sunt natura, non adoptione. *Minell.*

52. NATURA TU ILLI PATER ES, CONSILIIS EGO.] Urbane Micio CONSILIIS subjunxit. Plus enim valet ad laudem *consilium*, quam *natura*. Donatus. Infra V. 7. 4. Ita autem reponit Micio Demeae exprobranti, quod nesciret fungi officio patris, qui nunquam genuisset liberos, ut videatur id velle, non se tanti putare, quod natura, quam quod ratio & deliberatum judicium faciat; se vero non fortuito, sed destinato proposito consulere filio semel a se adoptato; atque adeo longe praestare ei, qui natura sit pater & necessitate. Idem Phaedri judicium III. 15. 17. *Vesterhov.* Sallust. [Catil. 6.] *Curae similitudine* patres *appellabantur.* Eugraph.

53. TUN' CONSULIS QUIDQUAM?] Apertior contumelia: & ideo sequitur denuntiatio discedendi. Quia dixit *Consiliis ego pater sum*, a conjugatis argumentatus respondit, TUN' CONSULIS QUIDQUAM? quia a consulendo *consilia* dicuntur, & *consultores*. Donatus. CONSULIS, aut, cum consilio agis, aut, utiliter provides. * Codd. Bemb. & Argent. item Wetteri citante Georg. Fabricio, CONSILIIS. *Vesterhov.*

54. ABIERO.] Ἀρχαϊσμὸς, pro *Abibo*. Et hoc gestu abeuntis, vel abituri pronuntiatur. *Donatus.*

55. SICCINE AGIS?] Quasi revocantis correptio est. *Donatus.* Sic Eun. I. 2. 19. Mff. Mark. & Omnes Boecleri: SICCINE AIS. *Vesterhov.*

56. Mf. Graev. & Editio Mediol. TOTIENS. *Vesterhov.*

* Mf. Graev. bis, CURA. *Vesterhov.*

[57] Curemus aequam uterque partem: tu alterum,
Ego item alterum. nam [58] ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti, *De.* [59] Ah! Micio.
Mi. Mihi sic videtur. *De.* [60] Quid istuc? tibi si istuc placet;
[61] Profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet.
[62] Jam si verbum unum posthac. *Mi.* Rursum, Demea,
[64] Aegre

57. CUREMUS AEQUAM UTERQUE PARTEM.] Proprie UTERQUE & AEQUAM, quasi particeps fratris. *Donatus.* Aequaliter partiamur curas filiorum tuorum. *Paraphrastes Delph.* AEQUAM PARTEM.] pro, aequa ex parte: aut suam quisque partem.

58. AMBOS CURARE.] In Mss. Bodl. supraseriptum erat TE. *Vesterhov.*

59. AH! MICIO.] Religiose commotus est: ac veluti incusatio est perfidiae. Et ideo exclamat dolens, & transit in iracundiam, concessionemque, quae ἐπιτροπή dicitur. *Donatus.*

60. QUID ISTUC?] Deest *Loquar* aut *Resisto*: nam proprie significatio est de sententia sua decedentis. *Donatus.* Sic And. III. 3. 40. Heaut. V. 5. 9. Eun. I. 2. 91. *Vesterhov.*

61. PROFUNDAT, PERDAT, PEREAT.] Haec sic pronuntianda sunt, ut ostendatur gestu, nolle quod loquitur. *Donatus.* Citat Servius ad Virg. Aen. IV. 381. *I, sequere Italiam ventis.* Additque: *Satis artificiosa prohibitio, quae fit per concessionem.* Plaut. Cas. II. 3. 31.

Immo, age ut lubet,
Bibe, es, disperde rem.

Cic. pro Coel. 16. *Dide ac dissice, per me licebit. stegebis, tibi dolebit.* Vesterhov.

62. SI VERBUM UNUM POSTHAC.] Ἀποσιώπησις. Deest, *Tibi fecero*, aut tale hujusmodi. *Donatus.* Uni Codicum Boecleri adscriptum,

Irafcere. *De.* [63] An non credis? repeton' quem dedi?

[64] Aegre 'ſt. [65] alienus non ſum. ſi obſto: [66] hem! deſino.

Unum vis curem, curo: & [67] eſt Dis gratia,

Quum ita, [68] ut volo, eſt. [69] iſte tuus, ipſe [70] ſentiet

Aaaa 5 Poſte-

tum, *Jam peream*, *Si* &c. Mſſ. & edd. vett. quidam: VERBUM ULLUM. *Veſt.*

63. AN NON CREDIS?] Iraſci ſcilicet. *Donatus*. Q. d. Merito iraſcor. *Minell.* Pareus ex uno Mſſ. Pall. edidit, AH! NON CREDIS? Mallet Palmerius AH! NON CEDIS? q. d. *Quousque tandem mibi reſiſtes?* Veſterh.

64. AEGRE 'ST.] Quaſi dictum ſit, *Quid ergo loqueris? quia aegre eſt. Cur aegre eſt? quia alienus non ſum.* Donatus. Aegre fero ejus luxum & libidinem. *Paraphraſtes Delph.*

65. ALIENUS NON SUM.] Quamvis per adoptionem eum tibi ceſſerim, tamen cognationis jure naturali extraneus non ſum. *Paraphraſt. Delph.* Satis cum ſtomacho, quaſi dicat, Si patrem me eſſe jam non licet, ALIENUS NON SUM. *Donat.* SI OBSTO.] Si moleſtus ſum tibi, ſollicitudine de ſalute filii.

66. HEM! DESINO.] Mſ. Boend. JAM DESINO. Mſ. Bodl. DESINO. Mſ. Graev. SI OBSTO. DESINO. *Veſt.* HEM EST modò cum indignatione concedentis.

67. Mſſ. quidam, EST DIIS HABENDA GRATIA. quae gloſſa eſt. *Veſterhov.*

68. UT VOLO.] H. e. Ex mei animi ſententia. Plautus ſaepius utrumque conjunxit. Merc. I. 1. 93.

Omnes, ut volui, *vendidi ex ſententia.* Veſterhov.

69. ISTE TUUS.] H. e. Aeſchinus. Eſt autem cum ſarcaſmo dictum ad illa Micionis, ſupra verſu 35. *Is meus eſt factus.* Veſterhov. ISTE cum ſtomacho additum. Nulla autem diſtinctio eſt in Edd. Delph. & Minell. poſt ISTE TUUS: neque video cui uſui ſit. Si tamen ſervetur,

Posterius. [71] nolo in illum gravius dicere.
Mi. [72] Nec nihil, neque omnia haec sunt, quae dicit, tamen
[73] Nonnihil molesta sunt haec mihi: sed ostendere,
Me

tur, sensus poterit esse: *Quod ad istum tuum attinet.*

70. Ipse sentiet Posterius.] Quantumvis & quantumque eum ames, decipietur per indulgentiam tuam. *Donatus* ex correctione Vesterhovii: nam prius apud eum scriptum fuerat, *Quantus sis, quantumque eum ames.* * Sentiet Posterius.] Comminandi formula. Vide ad Eun. I. 1. 21. Sensus autem est: Is, cui nunc liberius vivendi est potestas, discet olim experiundo, quid periculi sit, ita vivere. Tibull. I. 4. 29.

Vidi jam juvenem, premeret cum serior aetas,
Moerentem, stultos praeteriisse dies. Vesterhov.

71. Nolo in illum gravius dicere.] Formula cohibendi iracundiam. Cic. Fam. I. 7. Graviori *enim* verbo *uti non libet.* Fam. III. 6. *Ut levissime dicam.* Philipp. I. 11. *Ne gravius quippiam dicam.* In Fragmentis Menandri fertur:

Οὐδέποτ' ἀληθὲς οὐδὲν οὔθ' υἱῷ πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.

Nihil unquam verum nec filio pater
Consuevit minitari, nec amans amatae.

Utitur autem hac formula Demea, quod crederet, parentum diras non esse irritas. Qua de re vide Interpretes ad Genes. IX. 25. Adde Elect. Plaut. Tit. Abominationum, Dirarum. *Vesterh.*

72. H. e. Neque nullius momenti sunt, neque vera omnia, quae dicit. Eun. IV. 2. 10. & 13. Cic. in Verr. Lib. IV. 6. *Sunt ista.* Quod possit videri formatum ad Platonicum illud: ἔστι ταῦτα. quo usus ille in assentiendo & confirmando legitur. *Vesterhov.*

73. Nonnihil molesta haec sunt mihi.] Optime Poëta Micionem fecit commotum: ne, si omnino im-

Me aegre pati, illi nolui: nam [74] ita 'ſt homo;
Quum [75] placo, advorſor ſedulo, & deterreo:
Tamen vix [76] humane patitur: verum ſi augeam [77],
Aut etiam adjutor ſim ejus iracundiae,
Inſaniam profecto cum illo. [78] etſi Aeſchinus

Non-

immobilis eſſet, non indulgere adoptivo filio, ſed omnino eum non curare videretur. Ergo ſic in eum ſervat placidum animum, ut tamen retineat patris affectum. *Donatus.*

74. ITA 'ST HOMO.] And. V. 4. 16. Eun. III. 1. 18. Heaut. III. 1. 27. Phorm. III. 2. 42. *Veſterhov.* Homo dixit moraliter: ſic enim de iis dicimus, quos parce reprehendimus. Ut alibi, *Ut homo eſt, ita morem geras.* Donatus.

75. QUUM PLACO.] Id eſt, quum volo placare. *Donatus.* QUUM PLACO, ADVORSOR SEDULO, &c.] Cum eum placidum ex irato reddere volo, ei acerrime [de induſtria] repugno, & per vim & metum ab ira revoco. *Paraphraſtes Delph.* Locus Plauti Amph. II. 2. 71. ad 73. quem affert Veſterhovius, nihil huc attinet; nam oſtendit contrariam rationem iratos placandi, obſequio ſcilicet. Opportunius citavit Virg. Aen. XII. 46.

exſuperat magis, aegreſcitque medendo.

76. HUMANE.] Placide, moderate, uti hominem decet. Veſterhovius adducit Cic. Tuſc. Quaeſt. II. 27. *Graeci — homines non ſatis animoſi, — hoſtem adſpicere non poſſunt, ſed iidem morbos toleranter, atque* humane ferunt. Att. I. 2. *Sin aliter acciderit,* humaniter feremus. Confert etiam Heaut. I. 1. 47. Ubi legendum cenſuit *Humaniter*, pro *Humanitus*, & *non humaniter* expoſuit, duriter & inclementer.

77. Sc. concedendo illi & obſequendo, dicendo jure eum iraſci.

78. ETSI, & NONNULLAM NOBIS, temperamento ſunt poſita. *Donatus.* IN HAC RE.] Hoc facto, raptu ſcilicet meretricis. ſed poteſt etiam loqui de moribus Aeſchini diſſolutis, ut oſtendunt

Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.
79 Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? postremo, nuper, 80 credo, jam omnium
Taedebat, dixit velle uxorem ducere.
81 Sperabam jam 82 defervisse adolescentiam,
Gau-

dunt sequentia. NOBIS FACIT INJURIAM.] Nam genere suo indignè vivit, & indulgentià abutitur ad nequitiam.

79. QUAM HIC NON AMAVIT —? AUT CUI NON DEDIT ALIQUID?] Ἦθος ὑπερβολῆς, QUAM NON, & CUI NON. Ea tamen haec sunt, ut non gravi sono proferantur, sed solam reprehensionem contineant. ALIQUID vero, admirantis est. Donatus. QUAM NON, & CUI NON, interrogative, item ALIQUID, valent ad temperandam accusationem. Nam potuerat dicere pronuntiative: *Omnes amavit meretrices; omnibus multum dedit.*

80. CREDO.] Addimus ad ea quae apud nos parum certa sunt, aut *Credo*, aut *Puto*. Donatus. CREDO.] Hoc verbo utimur vel in re dubia, vel ironice. Prior sensus h. l. occurrit. Posteriori utitur Servius ad Ciceronem, Fam. IV. 5. [n. 5.] *Licitum est tibi*, credo, *pro tua dignitate, ex hac juventute generum deligere, cujus fidei liberos tuos te tutò committere putares.* Vesterhov.

81. SPERABAM &c.] Recte SPERABAM, pro *Gaudebam:* [Atqui mox sequitur, *Gaudebam:* forte *Credebam* scripsit Interpres.] sic enim dicimus, quum errasse nos cernimus. *Donatus.*

82. DEFERVISSE ADOLESCENTIAM.] Servat propositum circa aetatis veniam. DEFERVISSE.] Quasi deorsum a fervore tenuisse. Legitur & *Defaevisse*. Donatus. Cicero Fam. IX. 2. *Dum* defervescit *haec gratulatio*. Idem pro Coel. cap. 18. *Multi — summi homines, & clarissimi cives fuerunt; quorum cum* adolescentiae cupiditates defervissent, *eximiae virtutes, firmata jam aetate, extiterunt.* Dixit igitur DEFERVISSE, ob natu-

Gaudebam. [83] ecce autem de integro. [84] nisi, quidquid est,
Volo scire, atque [85] hominem convenire, si apud forum est.

turalem adolescentiae fervorem. Unde Cicero de Senect. 13. *Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat quidam* fervor aetatis: *qua progrediente, omnia fiunt indies mitiora.* Est autem metaphora ab aestu& fervore maris translata. Quidam Libri DEFERBUISSE. Alii, DESAEVISSE. *Vesterb.*

83. ECCE AUTEM DE INTEGRO.] In Msf. Bodl. τὸ AUTEM est a secunda manu. Vid. ad And Prol. 26. *Vesterhov.* ECCE, usurparunt de re improvisa & repentina. consule Servium & Donatum ad Virg. Aen. II. 203. DE INTEGRO.] Denuo, sub. *amat.* Sallust. Jugurth. 62. De integro *bellum sumit.*

84. NISI, QUICQUID EST.] Sic Eun. III. 4. 10. Existimat Erasmus in Annotat. ad I Corinth. VII. 5. Terentium expressisse Graecanici sermonis figuram, εἰ μὴ; qua loquendi forma solent uti, quoties omissis, quae incerta sunt, ad id quod certum est, redimus; q. d. *Utcunque est*, aut, *in summa. Vesterb.*

85. HOMINEM.] pro *ipsum*, eleganter. Confer etiam Donatum supra ad vers. 64.

ACTUS SECUNDI

SCENA PRIMA.

* *SANNIO. AESCHINUS. PARMENO.*

Sa. [1] OBSECRO! populares, ferte misero, atque innocenti auxilium!

Sub-

* Huic Scenae in editione anni 1469. praefixa sunt nomina, SANNIO. PARMENO.

Subvenite inopi! *Aes.* [2] Otiose jam nunc illico hic consiste.
Quid respectas? nihil pericli est: [3] nunquam, dum ego adero, hic te tanget.
Sa. [4] Ego istam invitis omnibus.
Aes. Quamquam est scelestus, non [5] committet hodie unquam, [6] iterum ut vapulet.

Sa.

NO. MERETRIX AESCHINUS. Guyetus suo Codici adscripserat, FIDICINA, κωφὸν πρόσωπον. *Vest.*

1. *Hic exemplum est contumeliosi per potentiam divitis, & in perniciem suam pauperis contumacis.* OBSECRO! POPULARES.] *Popularitas* in omnis rei consortium sumitur. nunc autem POPULARES cives dicit. Et hoc est, quod veteres *Quiritari* dicebant, Quirites conclamare. *Donatus.* Expressa e Plauto Rud. III. 2. 1. seqq. Lucil. apud Non. v. *Quiritare :*

Hic, inquam, rudet e rostris, atque ejulitabit,
Concursans uti arenarius, claraque quiritans. Vest.

2. OTIOSE NUNC JAM ILLICO HIC CONSISTE.] OTIOSE, *secure* significat. ILLICO modo locum, non tempus significat. *Consistere*, est audacter & constanter stare, ut [Virg. Aen. V. 426.] Constitit *in digitos extemplo arrectus uterque.* Donat. Libri quidam: OTIOSE JAM ILLICO HIC CONSISTE NUNC. Alloquitur Citharistriam, quam ex aedibus lenonis eripuerat. Sic And. V. 2. 1. Phaed. I. 25. 6.

quamlibet lambe otio.

Puella autem identidem respectans periculum timebat a Sannione. *Vesterhov.*

3. NUNQUAM.] Pro *non.* *Virgilius* [Aeneid. II. 670.] Nunquam *omnes hodie moriemur inulti.* Donatus.

4. EGO ISTAM INVITIS OMNIBUS.] Bona ἔλλειψις. nemo enim plene loquitur, qui luctatur. Deest *abducam.* Donat. EGO ISTAM INVITIS OMNIBUS.] Sub. Non tangam tantum, sed abripiam. quod dicens simul manum injicit puellae, Aeschino & Parmenone contra luctantibus. *Vesterhov.*

5. COMMITTET.] Perficiet.

Sa. Aeſchine, audi: ne te ignarum fuiſſe [7] dicas meorum morum;

Leno ego [8] ſum. *Aeſ.* Scio. *Sa.* At ita, ut usquam fuit [9] fide quisquam optuma.

Tu [10] quod te poſterius purges, hanc injuriam mihi nolle

Factam

ciet. ſed hoc proprie de illicitis & puniendis facinoribus dicimus. *Donat.* Fieri ſinet, occaſionem dabit. Vide omnino Anton. Schorum, de Phraſibus Linguae Latinae.

6. Iterum &c.] Vapulaverat igitur jam intus in ipſis aedibus. Quo ſpectant Demeae verba ſupra I. 2. 8. ſeqq. *Veſterhov.*

7. Dicas.] Poſtea in judicio. *Minell.* Ne te ignarum fuisse dicas &c.] Ne te excuſes, quod ingenium & inſtitutum vitae meae haud noveris. *Paraphraſtes Delph.*

8. Leno sum.] H. e. puellarum mercaturam facio. Honeſte enim de ſuo mangonio loqui voluit. quod aliter accepit Aeſchinus, dicens, Scio. H. e. Novi te lenonem eſſe improbum, fallacem, perfidum. Poterat vero vel ex verſicolore veſtitu, & capite calvo raſoque internoſci leno, notante Turnebo, ad Plaut. Pſeud. IV. 2. 23. Mox igitur Sannio ſubjungit, At ita, ut usquam fuit fide &c. volens vulgus lenonem abs ſe ſegregatum, nec dubitans, quin ſibi liceat reum facere Aeſchinum ereptae per vim mulieris. *Veſterhov.*

9. Fide quisquam optuma.] *Fides* in concipiendis comminationibus denunciatio comminantis eſt. *Donatus.* Fide.] Praeſtandi ſcilicet, quod vel pollicitus, vel minatus fuero. *Minell.* Fide tamen hic cepiſſe videtur Veſterhovius, de exiſtimatione publica fidei & probitatis. Confer Me ad Phorm. V. 7. 11.

10. Quod te posterius purges.] Sic Hec. V. 1. 16. Eſt autem ſententia ex ipſo jure petita, quo nemo tenetur privatim tranſigere, aut poenitentia ejus qui vim intulit contentus eſſe. Citat Boeclerus ex l. 5. ff. Vi bon. rapt. *Nec prodeſt ei, qui vi rapuit, ad evitandam* poe-

Factam eſſe, [11] hujus non faciam. crede hoc, ego meum [12] jus perſequar:
[13] Neque tu verbis ſolves unquam, quod mihi re male feceris.
Novi ego veſtra haec; [14] nollem factum: [15] jusjurandum dabitur, te eſſe

In-

poenam, ſi ante judicium reſtituat rem, quam rapuit. Veſterhov.

11. Hujus, δεικτικὸν eſt. Aut enim ſtipulam, aut floccum moverat, aut ſummum digitum. *Cicero* [Verr. II. 50.] *Ne tantulum quidem commotus eſt* Donatus. Hujus non faciam.] Δεικτικῶς vel cum crepitu digitorum, vel ſimili geſtu exprimendum. Ita Graeci, Τȣτȣ ȣκ ἄξιον, de re nihili & contemta. *Veſterhov.*

12. Meum jus.] Meam libertatem. Meum jus.] Meam vindictam. Nam ut illa *injuria* eſt, quae fit innoxio: ita Jus vindicta illa, quae redditur reo [Sic Phaed. I. 26. 2. *mulcandum ſimili jure.* Vide infra II. 27. *Veſt.*] Perſequar, Ulciſcar. *Cicero: Tu dum tuas injurias per te, id quod non potes, perſequi conare.* Donatus. Cujus haec ultima non placent: Nam quid eſt, *Ulciſci vindictam?* Ergo aut Perſequar modo, exercebo, perficiam; ſi jus pro vindicta ſumatur, ſignificabit: aut *Aſſequi conabor;* (actione legis ſc.) ſi jus proprie ſumatur. Cicero pro Caecina 33. citante Veſterhovio: *Et lege agant, & jus ſuum perſequantur.*

13. Neque tu verbis ſolves unquam quod mihi re &c.] Νομικῶς. Et Solves, lues, perſolves, id eſt, ſatisfacies. Re male feceris.] Acuendum eſt Re, & ſignificanter proferendum. Ibi enim eſt ſententia. Et plus dixit, Re male feceris, quam *Injuriam feceris.* Donatus. Bene Solves; nam qui laeſit, eò debitor fit laeſi. Re, ſolita oppoſitione ad *Verba*, dixit.

14. Nollem factum: jusjurandum dabitur &c.] Elegans mimeſis, qua ſimul juventutis mores tanguntur. Ejusmodi autem ſatisfactione

Indignum injuria hac; indignis quum egomet sim acceptus modis.

Aes. [16] Abi prae strenue, ac aperi fores. *Sa.* Ceterum [17] hoc nihil facis.

Aes. [18] I intro nunc jam. *Sa.* [19] At enim non sinam. *Aes.* Accede illuc, Parmeno;

Nimium [20] istoc abisti: hic [21] propter hunc adsiste. [22] hem! sic volo.

Cave

ne quandoque placatos esse laesos, patet ex Plauto, Amph. III. 2. 8. & 9. Cic. Off. 1. 2. *Est enim ulciscendi & puniendi modus. Atque haud scio, an satis sit, eum, qui lacessierit, injuriae suae poenitere.* Imitatus Nostrum, ut solet, Livius XXIX. 19. *Locrensibus coram Senatum respondere, Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque Senatum, neque populum Romanum factas velle.* Vesterhov. Facti me poenitet. Satisfaciendi formula. *Muell.*

15. JUSJURANDUM DABITUR &c.] Hoc est, Jurabimus te esse indignum cui injuria fiat hujusmodi. *Donatus.*

16. Parmenonem praeire jubet. *Farnab.* Utrumque Comicum est, & *ire prae*, & *ire strenue*. Plaut. Poen. IV. 7. 79. Strenue, *mehercle*, isti. *Vesterhov.*

17. HOC NIHIL FACIS.] NIHIL pro *non* [i. e. Hoc non efficis.] legitur & NIHILI. *Donatus.* Qui frustra sunt, & inanem sumunt operam, *nihil facere*, *nihil agere* dicuntur. Infra V. 8. 12. Adde Erasm. Chil. Donatus non cepit. *Vesterhov.*

18. Foribus Micionis a Parmenone apertis, Aeschinus fidicinam, quam manu ducebat, ire intro jubet. *Vesterhov.*

19. ENIM inceptiva particula apud veteres fuit: sed & convenit perturbationi. *Donatus.* Vide eum ad Phorm. V. 7. 90. AT ENIM NON SINAM.] Hoc leno dicens puellam apprehendit, retrahitque, ne in aedes intrare queat. Quare mox Aeschinus, versu 18. *Omitte mulierem.* Vesterhov.

20. NIMIUM ISTOC ABISTI.] Quasi ex contumacia le-

Cave nunc jam [23] oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos:

Ne mora sit, si [24] innuero, quin pugnus continuo [25] in mala haereat.

Sa.

lenonis appareat, quod multum abierit. *Donatus.* Nimis longe abscessisti ab istoc, Lenone scilicet: an ISTOC, isto modo, ita? Hae minutiae difficiles intellectu sunt, quoniam a nutu & gestu dependent. ISTOC, hinc. *Paraphrast. Delph.*

21. PROPTER HUNC.] Juxta hunc. ut *Virgilius* [Georg. III. 13.]

templum de marmore ponam

Propter *aquam*. Donatus. Plaut. Mil. I. 1. 9.

stat propter *virum.*

Vide porro Eun. II. 3. 81. *Vesterhov.*

22. HEM! SIC VOLO.] Haec in Edit. Anonyma, Tarvis. & anni 1469. Sannioni tribuuntur. *Vesterhov.* Quando cum contemtu & provocatione dicerentur; q. d. *Sta sane propter me, si audes.* Ita & mox versu 18. *Istuc volo erga ipsum experiri.* Receptae lectionis sensus est: *jam stas, uti debes*, seu, *quo loco debes.*

23. OCULOS A MEIS OCULIS QUOQUAM DEMOVEAS.] Plusculi Mss. DIMOVEAS. Plaut. Aul. IV. 1. 13.

Herile imperium ediscat, ut, quod frons velit, oculi sciant.

Pseud. III. 2. 69.

Tum ut hujus oculos in oculis habeas tuis:
Quoque hic spectabit, eo tu spectato simul.

Cicero Philipp. I. 1. *Nec a republica dejiciebam oculos.* Vesterhov. Jubet eum intentis in se oculis nutum suum exspectare.

24. INNUERO.] Sic Plautus Rud. III. 4. 26.

Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis.

In aliis est, INNUERIM. *Vesterhov.*

25. Mss. quidam IN MALAM. quod Plautinum est. *Vesterh.* *Mala* est illa pars faciei prope oculos, quae more mali, id est, pomi, est rotunda. *Minell.* HAEREAT, impingatur, illidatur.

Sa. Istuc volo [26] ergo ipsum experiri. *Aes.* [27] Hem! serva. Omitte mulierem.

Sa. [28] O facinus indignum! *Aes.* [29] Geminabit, nisi caves. *Sa.* [30] Hei misero mihi!

Aes. Non innueram: verum [31] in istam partem potius peccato tamen.

tur. & utitur *haerendi* verbo, ad validitatem sive vehementiam ictuum demonstrandam.

26. Mss. Mark. & omnes Boecleri, Ego. *Vesterh.* ISTUC VOLO &c.] Hoc illo dicente, Servus lenonem verberat. *Donatus.*

27. HEM! SERVA.] Nescias cui dicat haec Aeschinus, an lenoni, an servo: sed servo magis est verisimile. *Donatus.* Si lenoni dicat, sensus est *Habe tibi hunc colaphum.* * HEM! SERVA.] τήρει. Haec Aeschinus ad Parmenonem. q. d. Hoc age, me intuere. Mox ad lenonem, OMITTE MULIEREM. In Ms. Graev. omnia haec, HEM, SERVA, OMITTE MULIEREM tribuuntur Parmenoni. *Vesterhov.*

28. Mss. quidam, cum Edd. Anonyma & anni 1469. O MISERUM FACINUS! *Vesterhov.* Ita exclamat leno vapulans a Parmenone, postquam mulierem noluit omittere.

29. GEMINABIT, NISI CAVES.] Hoc comminantis est, non jubentis ferire. sed quia longe stat Parmeno, GEMINA putavit dictum. Et GEMINABIT, subaudiendum est *plagam*: quasi dicat, *geminato duplicatoque numero inferet.* Donatus.

30. HEI MISERO MIHI!] Leno pulsatur. *Donatus.* Parmeno ad vocem, GEMINABIT, neque exspectans verba, NISI CAVES, rursus ferit. Quidam vetusti Codices, cum edit. Anon. HEI MISERIAM! quomodo & in Donato reperit Rivius, & edidit Rob. Stephanus. Sed & est in Ms. Traject. Quinque Mss. Leidenses & Bodl. cum editione 1469. EI MISERIAM! *Vesterhov.*

31. IN ISTAM PARTEM POTIUS PECCATO.] Ut verberes non jussus potius, quam jussus non verberes. *Do-*

[32] I nunc jam. ↓ *Sa.* Quid hoc rei est! [33] regnumne, Aeschine, hic tu possides?
Aes. Si possiderem, [34] ornatus esses ex tuis virtutibus.

Aes.

Donatus. Bene. Eodem autem modo dictum, quo illud Heaut. III. 1. 31.
Vehemens in utramque partem.
Plaut. Mostell. I. 1. 31.
Is nunc in aliam partem palmam possidet.
Cic. pro S. Rosc. Amer. cap. 20. In eam partem potius peccant, *quae est cautior.* Vesterhov. Si quidem transgredi vis meum imperium, transgredi potius nimis feriendo, quam nihil feriendo.

32. I NUNC JAM.] NUNC JAM. Duae partes istae sunt. Et bene JAM, quia sero, & post plagas. Et utrum hoc lenoni, ut abeat, an puellae, ut introeat, dicitur? sed facetius est, si lenoni intelligas dici: quasi hoc factum sit quod voluerit: & quasi venerit ut vapulet. Et JAM etiam tarditatis incusatio est. Ut, *Virgilius* Aen. XII. 179.
Jam *melior*, jam, *diva, precor.* Donatus.
I NUNC JAM.] Alloquitur rursus Fidicinam, uti supra versu 14. Nisi forte formula est in irrisum & male habitum lenonem. Sic Virg. Aen. IX. 634.
i, *verbis virtutem illude superbis.* Vesterhov.

33. REGNUMNE, &c.] Invidiosa moraliter exclamatio & ardentior ad plagas. Bene HIC, id est, Athenis, ubi gravius crimen est dominari velle. Nam tyranni ibi semper oppressi sunt, & maxime a proximis. *Donat.* Sic Phorm. II. 3. 58. Sallust. Jugurth. 31. *Impune quaelibet facere, id est, Regem esse.* Adi Barthium Adverf. XXI. 21. *Vesterh.*

34. ORNATUS ESSES EX TUIS VIRTUTIBUS.] Ἀλληγορεῖ; Regum enim est, ornare Duces & quoscunque alios ex virtutibus eorum. Plaut. Capt. V. 3. 20.
incedit huc ornatus ex suis virtutibus.
Aliter Heaut. V. 1. 77. Adde Erasm. Chil. Mf. Lips. Ex TUIS MERITIS. sed suprascriptum, VIRTUTIBUS.

Ve-

Sa. [35] Quid tibi rei mecum eſt? *Aeſ.* [36] Nihil. *Sa.* Quid? [37] noſtin' qui ſim? *Aeſ.* [38] Non deſidero.

Veſterhov. Veteres per *εἰρωνείαν virtutes* pro flagitiis dicebant. Lucilius, *Animo, ac virtutibus.* Donat.

35. QUID TIBI REI MECUM EST?] Hoc, quia verberatus eſt, dicit. ut ſit, *Quid tibi debeo?* non quia nihil ſibi debeatur. *Donatus.* QUID TIBI REI MECUM EST?] Idem valere, atque *Quid tibi debeo, quod jure a me repetas?* erudite obſervat Donatus. Et elegans locus eſt, quo ſenſum hunc firmat Boeclerus, Heaut. IV. 4. 20.
B. *Etiamne tecum res hic mibi eſt.* Sy. *Minime: tuum tibi reddo.*
Unde recte Guido Juvenalis: *Quid in me actionis habes? aut, quod tibi debeo?* Aliter Heaut. I. 1. 3.
Nec rei fere ſane amplius quidquam fuit.
H. e. Nihil mihi tecum negotii fuit. *Veſterhov.*

36. NIHIL.] Facete: quia ipſe abſtulit, & NIHIL vult a ſe repeti. *Donat.*

37. NOSTIN' QUI SIM?] Proprie: ſic enim dicit, qui nihil quidquam debet, *Non me novit:* non quod ignoretur, ſed quod in jure non cernatur. *Donatus.* Quae Donatus hic habet de *jure*, auctoritate carent. Et contrarium videtur patere e reſponſo Aeſchini. *Veſterhov.* Id reſponſum nihil probat contra Donatum, nam ſaepe in Comoediis verba alio ſenſu capiuntur atque dicta ſunt: ſicuti hic forſan ab Aeſchino τὸ *Noſſe* capitur ſenſu proprio, quod ab lenone dictum fuit ſenſu improprio. Poteſt tamen ſic intelligi haec interrogatio: *An expertus es, qui ſim?*] an quicquam meae malitiae expertus es? Confer infra verſ. 34. & 35. Solent etiam feroces & minitantes tali interrogatione uti, is tamen ſenſus huc minus convenit, nunc enim leno a minis ad querelas tranſiit.

38. NON DESIDERO.] Sic Plaut. Menaechm. II. 2. 22.
Ego te non novi, neque noviſſe adeo volo.
Catull. Carm. XC.
Nil nimium ſtudeo, Caeſar, tibi velle placere;

Nec

Sa. [39] Tetigin' tui quidquam? *Aes.* Si * attigisses, ferres infortunium.

Sa. [40] Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?

[41] Responde. *Aes.* [42] Ante aedes non fecisse, erit melius, hic [43] convicium:

Nam

*Nec scire, utrum sis * ater, an albus homo.* Vesterh. * Passeratius edidit *albus, an ater* &c.

39. TETIGIN' TUI QUIDQUAM?] Attrectavi. *Paraphrast. Delph.* Diripui. Liv. II. 5. *Diripienda plebi sunt data: ut contacta regia praeda spem in perpetuum cum his pacis amitteret.* Possit & valere, *Abstuli, furatus sum.* Unde ICti furtum *contrectationem rei alienae* definiunt. *Vesterhov.* Minellius hic distinguit, inter *tui*, & *tuum*; vultque *tui* ad corpus pertinere, *tuum* ad rem. frustra.

* SI ATTIGISSES.] Plus dixit ATTIGISSES, quam *Tetigisses*. Est enim multo * majus *attingere*, quam *tangere*. Donatus. * MSS. & Impressi veteres, *minus*. quod cum Aeschini verbis convenire videtur. *Vesterhov.* FERRES &c.] Sic Juvenal. XIII. 105.

Ille crucem sceleris pretium tulit; hic diadema. Vest.

40. QUI TIBI MAGIS LICET &c.] Hic non tam ratiocinatio est, quam exclamatio per dolorem. *Si mihi*, inquit, *non licet attingere tuam* [forte, *tuum*]*: cur tibi licet meam, non tangere* [modo] *sed habere* [i. e retinere.] MEAM suffecerat: sed magna moralitate additum, PRO QUA EGO ARGENTUM DEDI, ad vociferationem. simul esse ostendit leno quod repetat. *Donatus.*

41. RESPONDE.] Ita solent, qui indignantes quid rogant. Sic Eun. IV. 7. 22. Phorm. II. 1. 25. *Vesterhov.*

42. ANTE AEDES NON FECISSE, &c.] Non erat quod ad haec juste responderet. Et ideo sic respondet, ut CONVICIUM dicat, quod verum est. *Donatus.* ERIT MELIUS.] H. e. Auctor tibi sim. sed comminantium est. Gr. πολλῷ γὰρ ἄμεινον.

Eodem

Nam si molestus pergis esse, jam [44] intro abripiere, atque ibi
[45] Usque ad necem operiere loris. *Sa.* [46] Loris? liber! *Aes.* Sic erit.

Eodem sensu Belgae, *ik zoude u raden.* Liv. III. 48. *Proinde* quiesse erit melius. *I, inquit, lictor: summove turbam.* Vesterh.

43. Convicium.] Ita dictum quasi *convocium*, seu multorum junctus clamor. Inde contumelia, maledictum. Vid. Scheff. ad Phaed. I. 6. 5. & Boecleri Chrestomath. Plaut. Bacchid. IV. 8. 32.
Vis tibi ducentos nummos jam promittier,
Ut ne clamorem *hic facias, neu* convicium.
Cic. pro Arch. 6. *Quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures* convicio *defessae conquiescant.* Pro Hic Mss. Mark. & duo Boecleri, habent Hoc. *Vesterhov.*

44. Mss. plusculi, Edd. Junt. aliaeque veteres, Arripiere. Sic And. V. 2. 20. Intelligit autem aedes Micionis. *Vesterhov.*

45. Ibi usque ad necem operiere loris.] Dicit usque ad necem, uti And. I. 2. 28. Plaut. Rud. III. 4. 27.
Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.
Flor. III. 16. 7. Fustibus *saxisque* coopertum. *Vesterhov.* Innumeris lororum plagis caederis. *Paraphrastes Delph.* Totus obrueris lororum notis, vibicibus ex lororum percussione. *Minell.*

46. Loris? Liber! Duplex indignatio lenonis, primum quod caedendus esset, tum quod serviliter, lesgesque oppressas esse quiritatur, si liberum corpus servili poena mulctetur. Ut autem Magistratus virgis in noxios utebantur, ita domini in servos loris. Plaut. Poen. Prol. 26.
Ne & hic varientur virgis, & loris *domi*
Exemplo autem juris Attici etiam civem Romanum virgis caedi nefas erat, per legem Porciam. Cic. pro C. Rabir. 4. *Porcia lex virgas ab omnium*

Sa. 47 O hominem impurum! 48 hiccine libertatem ajunt aequam esse omnibus?

Aes.

omnium civium Romanorum corpore amovit; hic misericors flagella retulit. Verr. V. 63. *O nomen dulce libertatis! o jus eximium nostrae civitatis! o lex Porcia, legesque Semproniae.* Eodem jure Paulus Apostolus usus legitur in Actis, cap. XXII. 25. *Vesterhov.* *Lora* apud veteres *laura* dicebantur, a lauro triumphorum: * sub qua mos erat captivos vinciri, ducique per pompam. ideo autem ut conditionis reminiscantur, loris caeduntur mancipia. Nam mancipia dicuntur, quod manu capta sunt: *Servi*, qui servati sunt, quum eos occidi oporteret jure belli. unde *Virgilius* sic inducit captivum rogantem [Aen. X. 524.]

Per patrios manes, per spes surgentis Juli,
Te precor, hanc animam serves *natoque patrique.*
Donatus.

* *Sub qua mos erat* &c.] In edit. Paris. 1552. legitur in margine: *Vide, an detrahenda sit praepositio* sub, *ut intelligas, captivorum manus laureis virgultis fuisse vinctas.* Quae Nannii sententia est, Miscell. II. 9. laudata etiam Vossio Etymol. v. LORUM. Verum aut vehementer fallor, aut immerito Donati verba sollicitantur a summis viris. *Sub qua mos erat captivos vinciri*, si quid video, valent Interpreti, captivos revinctis post tergum manibus ita praecessisse triumphalem currum; ut sub corona laurea ipsius triumphantis quasi vincti incesserint. Neque enim virgultis laureis vinciri captivos morem fuisse, apud quemquam veterum me legere memini. *Vesterh.*

47. O HOMINEM IMPURUM!] Sic veteres IMPURUM generaliter pro *improbo* ponebant: Ut in eadem hac fabula, *Persuasit ille impurus, sat scio.* Donatus. In conviciis erat *impuri* & *impurati* appellatio. Plaut. Bacchid. IV. 8. 43.

Quid nunc; impure, nunquid debetur tibi?

Contra mediocriter laudantis formula est, *Haud impurus.* Eun. II. 2. 4. Heaut. IV. 1. 16. *Vesterhov.*

48.

Aes. Si satis jam debacchatus es, leno, audi, si vis, nunc jam.

Sa. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? *Aes.* Mitte [49] ista, atque ad rem redi.

Sa. [50] Quam rem? quo redeam? *Aes.* Jamne me vis dicere id, [51] quod ad te attinet?

Sa. Cupio: aequi modo aliquid [52]. *Aes.* Vah! [53] leno iniqua me non volt loqui.

48. Hiccine Libertatem.] Scilicet Athenis. Et bene Omnibus: ut ne lenones quidem videantur excepti. *Donatus.* Phaed. I. 2. 1.
Athenae quum florerent aequis legibus.
Cic. Off. II. 23. *Eaque est summa ratio, & sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes aequitate eadem continere.* Cic. pro Arch. cap. 4. *Venit Heracleam: quae cum esset civitas* aequissimo jure *ac foedere, adscribi se in eam civitatem voluit.* Liv. III. 31. *Communiter Legumlatores, & ex plebe, & ex patribus, qui utrisque utilia ferrent, quaeque* aequandae liberbatis *essent, sinerent creari.* Ubi forte legendum, *aequandae libertati.* Vesterhov. Q. d. Annon vivimus in Republica populari, ubi omnes cives, eo ipso quod cives sunt, aequo jure agitant, & libertatis beneficiis perfruuntur? *Minell.*

49. Ista.] Quae antea sunt facta. *Minell.* Malim, *convicia.* * Ad rem, ad negotium, de quo agitur, dicit. *Donatus.*

50. Quam Rem?] *Quam abduxisti? Res* enim, pecunia intelligitur [a lenone scilicet, verba *Rem* & *Redire*, aliorsum, accipiente, quam Aeschinus dixerat:] vel id pro quo pecunia danda est. Quo Redeam?] Ad, *quam evertisti domum?* quia *fores effregit, atque in aedes irruit alienas.* Donatus. Quasi dicat leno in vocum ambiguitate ludens; *Cur redeam domum* meam, quam tu evertisti? *quam habeo domum, quò redeam, cum tu meam everteris?*

51. Quod ad te attinet.] Quod tibi prodest, & commodum est. *Donatus.*

Sa. [54] Leno ſum, fateor; [55] pernicies communis adoleſcentium;
Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla [56] orta eſt injuria.
Aeſ. [57] Nam hercle etiam hoc reſtat. *Sa.* Illuc, quaeſo, redi, [58] quo coepiſti, Aeſchine.
Aeſ. Minis viginti tu illam emiſti; [59] quae res tibi vortat male!

Argenti

52. Sub. *dicas*. Donatus.

53. VAH! LENO INIQUA ME NON VULT LOQUI.] Nomen ſacrilegum, & injuſtum LENO, iniquitatem agitat, juſtitiae patrocinatur. Hoc totum εἰρωνικῶς pronunciandum eſt. *Donatus.* Verba ſunt mirantis, & ſimul lenoni iniquitatem exprobantis. *Veſterhov.*

54. LENO SUM.] Figura συγχώρησις. *Donatus.*

55. PERNICIES COMMUNIS &c.] Plaut. Aſin. I. 2. 7. itidem de lenone:

Perlecebrae, pernicies, adoleſcentum exitium.

Noſter autem videtur tranſtuliſſe verſus Diphili:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲ τεχνίον ἐξωλέστερον
Τοῦ πορνοβόσκου.

Non eſt ulla ars peſtilentior Lenonis. Veſterhov.

56. ORTA, coepta. *Donatus.* ORTA, nata. *Minell.* ORTA EST, Facta eſt. *Eugraph.* Obvenit, contigit.

57. NAM ETIAM HOC RESTAT.] Ironice dictum. Gr. τοῦτο γὰρ ἔσθ' ὑπόλοιπον. Cic. Att. XIII. 13. *Id hercle* reſtabat. Virg. Aen. X. 29.

equidem, credo, mea vulnera reſtant. *Veſterhov.* Intuliſſe mihi injuriam reliquum eſt, id eſt, unus ego ſum adhuc, cui tu injuriam non feceris. *Minell.*

58. ILLUC, QUAESO REDI, QUO COEPISTI.] Figurate: rectum enim erat, UNDE COEPISTI. niſi forte QUO pronomen eſt modo accipiendum: ut ſit, *a quo*. Donatus. QUO COEPISTI, ad quod redire coepiſti. *Minell.*

59. QUAE RES TIBI VORTAT MALE.] Imprecandi formula. Phorm. IV. 3.73. Plaut. Curc. II. 2. 23.

quae res male vortat tibi.

Virg.

Argenti tantum dabitur. *Sa.* [60] Quid? si ego tibi illam nolo vendere,

Coges me? *Aes.* [61] Minime. *Sa.* Namque id metui. *Aes.* [62] Neque vendundam censeo,

Quae

Virg. Ecl. IX. 6.

quod nec bene vertat.

Contrarium est, *Bene vertat.* Et, *Dii vertant bene, quod agas.* Vesterhov. *Vertumnus* dicitur Deus, qui rebus ad opinata revertentibus [Forte, *se vertentibus.* Vesterh.] praeest. Saepe autem male cedit, quod bonum putatur: & hoc est *male vertisse*: ut ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginae pereunti, de quo *Virgilius* [Aen. IV. 646. ubi nunc *recludit* legitur],

ensemque reclusit
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus. Don.

Confer eundem ad Hec. I. 2. 121.

60. Quid? si ego tibi illam nolo vendere.] Haec majoris sunt stomachi: & ideo stultiora: nam quod jam amisit, venditurum se negat. Potest autem dici, Quid si nolo? Coges me? *Donatus.* Nititur jure, quo nemo cogitur invitus rem suam vendere, aut alii, quam cui vult, vendere. l. 14. C. de contrah. emt. & l. 11. eod. Adde l. 9. ff. de act. rer. amot. l. 16. C. de jure delib. *Vesterhov.*

61. Minime.] Εἰρωνεία. *Donatus* Namque id metui.] Εἰρωνεία. Cogi enim ut venderet virginem invitus, per leges non potuit. *Vesterhov.* Namque, pro scilicet, ut supra Nam versu 36.

62. Neque vendundam censeo, quae libera 'st.] Edd. Anonyma, Tarvis. & anni 1469. Venundandam. Apulej. Metam. VIII. *Quanquam enim prudens crimen Corneliae legis incurram, si* civem Romanum pro servo *tibi* vendidero. De Plagiariis certe est lex Fabia, qua tenentur, qui hominem liberum vendunt emuntve. l. 1. D. de lege Fabia de Plagiar. l. 15. C. eod. l. 2. C. ubi de Criminib. agi oport. *Vesterhov.*

Quae libera 'ſt? nam [63] ego liberali illam aſſero cauſa manu,

Nunc

63. Ordo eſt, Ego LIBERALI CAUSA, MANU ASSERO. Et ſunt juris verba: a quibus etiam *Aſſertores* dicuntur vindices alienae libertatis. Nam & cauſa ipſa, *liberalis* dicitur, quae actionem in ſe continet libertatis. *Donatus.* LIBERALI ILLAM ADSERO &c.] In V. C. Pithoeorum, *Liberali am aſſero.* quomodo etiam in Eugraphio. *Am* igitur antique eſt *Eam*, ut *Im*, *eum*, αὐτὸν. Gloſſar. Feſt. & XII. Tabb. *Liberali manu aſſerere*, id eſt, liberali judicio natalibus reſtituere. Et *Aſſertor*, vindex, καρπιστής. Lindenbrog. Senſus eſt: *Quia liberam mulierem, quae vendi non poteſt, alienare vis, ego illam liberali cauſa, h. e. directa legis, qua liberos homines alienare prohibitum eſt, actione, aſſero manu.* Quod quum dicit Aeſchinus, Sannioni pactionem recuſanti, extemporali aſtutia calumniae metum injicit. Plaut. Poen. IV. 2. 83.

manu *eas* aſſerat
Suas populares, liberali cauſa.

Curc. V. 2. 66. ſeqq. Inde Vindices alienae libertatis dicti *Aſſertores*, & cauſa quae aſſertionem libertatis in ſe continet, *liberalis* dicitur. Coel. ad Cic. Fam. VIII. 9. *Agit cauſas liberales.* Locutio inde orta, quod qui hominem in ſervitute conſtitutam defendere vellet, & eſſe liberum dicere, eum juxta ſe collocatum coram Praetore, & manu apprehenſum quaſi aſſereret ſeu plantaret, dicens: *Hunc ego hominem jure Quiritium liberum eſſe ajo.* Eſt enim *ſerere* non tantum ſemen in terram mittere, ſed & plantam vel ſurculum figere. Unde *aſſerere* ſimpliciter pro defendere uſurpatur. Flor. I. 11. 1. *Latini quoque Tarquinios aſſerebant.* Simili fere locutione Graeci ὑπερέχειν τινὸς τὴν χεῖρα dixerunt. q. d. Belgice, *Jemand de hand boven 't hoofd houden*, quod itidem Galli, *maintenir* dicunt. Vide quae ex Homero notavit Lamb. Barlaeus ad Lucian. Tim. ὑπερέσχε γὰρ αὐτῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. *Obtendit enim ei ma-*

Nunc [64] vide, utrum vis: argentum * accipere, an [65] causam meditari tuam?
[66] Delibera hoc, dum ego redeo, leno. *Sa.* [67] Pro supreme Jupiter!
[68] Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria:
Domo

manum Pericles, i. e. manu obtenta eum protexit. *Vesterhov.* Similiter dicunt Islandi: At halda Hendi yfir einum. i. e. *protegere*, *tueri*, *servare*. Quod autem Eugraphius combinat LIBERALI MANU, id quidem facit auctoritate Plauti, loco ex Curculione citato, ubi versu 68. legitur:

Si quisquam hanc liberali asseruisset manu.

Facit quoque cum eo Lindenbrogius, cujus verba supra attuli. Et sane *Liberalis manus*, per *libertatis* vindicem commode exponi potest, CAUSA autem pro *lite* accipi. In loco tamen Terentii tutius fuerit sequi Donatum.

64. VIDE.] Tecum cogita. *Minell.* Delibera. *Paraphrastes Delph.*

* Edd. Anonyma & Tarvis. RECIPERE. *Vesterhov.*

65. CAUSAM MEDITARI TUAM?] Adagii speciem habet. Cic. Att. VIII. 11. *Vides, quam* causam mediter. Idem & *Commentari causam* dixit. *Vesterhov.* Te praeparare ad judicium de libertate, ad quod te provoco. *Paraphrast. Delph.*

66. Hoc apud te constitue. *Paraphrast. Delph.* Studiô variavit, nam quod antea *Vide*, nunc DELIBERA, dixit significantius. * DUM EGO REDEO, LENO.] Conclusit id, quod convicio dolorem pareret. Cum mora igitur pronuntiandum LENO. *Eugraph.*

67. Non abhorret a persona & plebeii, & lenonis, & vim passi, Jovem ipsum convicio persequi, ut quotidie videmus ab hominibus ejus loci & ordinis fieri. *Donatus.*

68. MINIME MIROR, QUI INSANIRE &c.] Sensus hic est: Insanos fieri per injuriam plerosque mirabar, sed jam non miror, postquam ego ipse per injuriam quam sum passus, insanire compellor. — Simul adverte vigi-

Domo [69] me eripuit: [70] verberavit; me invito abduxit meam:
[71] Ob malefacta haec [72] tantidem emtam postulat sibi tradier.
[73] Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

[74] Ve-

vigilantem Poëtam, ut ubicunque in Comoedia vocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere faciat. Sic supra, *Pro Juppiter! tu homo adigis me ad insaniam.* *Donatus.* QUI INSANIRE OCCIPIUNT EX INJURIA.] Ita plane Regum sapientissimus, Eccles. VII. 7. Menandri fertur illud, Οἴ μοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυςυχεῖν μανίαν ποιεῖ. Vesterhov.

69. Per vim extraxit. *Minell.* Mallet Guyetus: HOMO ME ARRIPUIT. citans verba Ciceronis, Fam. V. 10. *Hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, cives Romanos occidit*, arripuit, *disperdidit*. Sed praeterquam quod nullis Codicibus adjuvatur, stomachantis est non nominare, de quo queraris. And. I. 5. 4. *Vest.*

70. Editio anni 1469. VERBERAVIT ME. INVITO ABDUXIT MEAM. *Vesterhov.* Leno bene addidit, ME INVITO. nam abducuntur meretrices & cum voluntate lenonum [Ita edidit Lindenbrogius: Mss. Hulst. & Boend. *Et cum voluptate.* Vulgo *absque voluntate.* Vesterh.] *Donatus.*

71. OB MALEFACTA HAEC.] Rarior usus vocabuli OB. Sic Eun. I. 2. 91. Ob haec facta *abs te spernor.* Gall. *Non obstant.* Belg. *Niet tegenstaende.* Vesterhov.

72. Legitur & TOTIDEM. *Donatus.* TANTIDEM EMTAM.] Ita dixit, quantitatem similem pretii ostendens, teste Prisciano Instit. Grammat. Lib. XII. *Vesterh.* Pro eodem pretio, quo emta est. *Minell.* Et POSTULAT, ut praemium, ob malefacta haec.

73. HOMINI MISERO — COLAPHOS INFREGIT MIHI.] Flebiliter pronuntiandum est. hoc enim exprimitur,

ut

74 Verum enim quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat.
Age, jam cupio, si modo argentum reddat, sed ego hoc 75 hariolor;

76 Ubi

ut tamen incuset in alieno facto fortunam suam. Et vide quantum hoc distet ab illo quod supra dicebat, *Istuc volo ergo ipsum experiri*. hoc; quia solus est: illud, quia cum adversario. COLAPHOS INFREGIT.] Contumeliosa caedes, *colaphus*, & digna lenone. INFREGIT.] Ut illudens hoc fecisse Aeschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. INFREGIT autem, illisit, inflixit: ut sensus sit, *Inflixit homini misero plus quam quingentos colaphos*. Donat. Juvenal. Sat. IX. 5.

Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo:

Virg. Aen. V. 435.

erratque aures ac tempora circum
Crebra manus: duro crepitant sub vulnere malae.

Vesterhov.

74. VERUM ENIM &c.] Quanquam ironice haec dicit Sannio, [ut modo vers. 45.] mitescere tamen videtur, & de suo jure concedere. *Vesterhov.* BENE PROMERUIT.] BENE; multum. PROMERUIT, adjuvit, profuit [sc. *antehac*, *amando & potando apud me*.] Nam *mereri* & *promereri*, est praestare beneficium. *Virgilius* [Aeneid. VI. 664.]

Quique sui memores alios fecere merendo.

Et, [Aeneid. IV. 334.]

nunquam, regina, negabo Promeritam. *Donatus.*

PROMERUIT.] Hoc est, multa mihi praestitit. *Eugraph.*

75. HARIOLOR.] Fabulas & somnia narro. Sic Phorm. III. 2 [vers. 7. ubi vide:] Cic. Fam. II. 16. *Sed ego fortasse vaticinor: & haec omnia meliores habebunt exitus.* Sumta locutio ab iis, qui futura, quorum nulla certa est cognitio, praedicere se fingunt. *Vesterhov.* Nihil tamen obstat, quo minus HARIOLOR intelligamus modò *suspicor*, cum Minellio, & referamus ad sequens TESTES FACIET &c.

[76] Ubi me dixero dare tanti, teſtes [77] faciet ilico
Vendidiſſe me. [78] de argento, ſomnium: [79] mox, cras redi

[80] Id

76. Ubi me dixero dare tanti.] Recte dixit. Ubi enim pactio interceſſerit pretii, ereptionis actio ſublata erit. *Donatus.*

77. Faciet.] Vocabit. *Paraphraſtes Delph.* Capiet, adhibebit. *Minell.* Testes faciet.] Senſus idem, qui eſt verborum Plauti Curc. IV. 4. 9.

Ne facias teſtes: *neque equidem debeo quidquam.*

Quae ita παραφράζει ὁ πάνυ. J. Fr. Gronovius: *Noli ſperare, verbis me abs te circumventum iri, ut ſi quid ambiguum dixero, tu arreptum, id appellatis teſtibus mandes.* Ubi idem Vir ſummus, noſtrum hunc locum laudat tanquam παράλληλον, poſtquam dixiſſet: *Si quis in re dubia, aut unde lis oriri poſſet, audiebat adverſarium imprudenter dicentem, quo convinceretur aut teneretur, praeſentes aut ſubito praetereuntes appellabat, meminiſſent hoc ab iſto dictum, inque eam rem, ubi opus fores, teſtimonium perhiberent.* Adde Parei Lexic. Plaut. v. *Anteſtari.* Aliud eſt Μάρτυρας ποιεῖν, μαρτυροποιεῖν, μαρτυροποιεῖσθαι. Veſterhov.

78. De argento, Somnium.] H. e. Quod ad argentum mihi reddendum attinet, *ſomnium* merum videbitur, & inanis erit exſpectatio. Guyetus in Ἀνεκδότοις παραφράζει, *Argentum non videbo, niſi per ſomnium. i. e. nihil accipiam.* Veſterhov. Quemadmodum cum aliquis ſomniat ſe accepiſſe pecuniam: tandem cum expergiſcitur nihil invenit in manibus ſuis. *Minell.*

79. Mox; Cras redi.] Senſus eſt: *Mox flagitanti mihi argentum reſpondebit,* Cras redi. Quae malorum nominum formula, nec expedire rem expetentium. Donatus vero ad verſ. ſeq. ita cepit, quaſi ſenſus ſit, Mox redi, Cras redi. Ennius:

Si luci, ſi nox, ſi mox, *ſi jam data ſit frux.* Veſt.

[80] Id quoque possum ferre, si modo reddat: quamquam injurium 'st.
Verum cogito [81] id, quod res est: quando eum [82] quaestum occeperis,
[83] Accipiunda, & mussitanda injuria adolescentium 'st.

Sed

80. ID, MOX, CRAS REDI, id est, moram. *Donatus.* SI MODO REDDAT, sc. aliquando, tandem. QUAMQUAM INJURIUM 'ST, sc. primo cogi ad vendendum, & deinde redditionem pretii in longum differri.

81. ID, QUOD RES EST.] Pro, *id quod verum est:* bona locutio. *Donatus.*

82. QUAESTUM OCCEPERIS.] Ut in Andria, *Dein quaestum occipit.* Donatus. Mss. Bodl. Graev. & edit. anni 1469. INCEPERIS. *Vesterhov.*

83. ACCIPIUNDA, ET MUSSITANDA INJUTIA.] H. e. Silenda. Plaut. Mil. II. 3. 40.

quidquid est, mussitabo *potius*, *quam inteream male.*

Truc. II. 2. 57.

egone haec mussitem?
Jam enim eccere ibo in forum, atque haec facta narrabo seni.

Virg. Aen. XI. 345.

sed dicere mussant.

Et versu 454.

Flent moesti, mussant*que patres.*

[Haec tamen duo loca minus huc conveniunt. Consule Servium.] *Mussare* autem, teste Varrone L. L. VI. *dictum, quod muti non amplius quam* μῦ *dicunt.* Unde & pro sonitu & bombo apum usurpatur a Virgilio, Georg. IV. 188.

Fit sonitus, mussant*que oras & limina circum.*

Vide ad And. III, 2. 25. *Vesterhov.* ACCIPIENDA.] Suscipienda. *Paraphrast. Delphini.* Toleranda. *Minell.* Cum quo fortasse faciat Eun. IV. 7. 1. At potest tamen simpliciter hic accipi, ut sit sensus, *Necesse est ut ab adolescentibus afficiaris injuria, & eam dissimules.* Senec. Epist. XCV. *Nec accipere injuriam queunt, nec facere.* * MUSSITANDA.] Patienda, consideranda cum silentio, & ut in amatore putanda, at-

Sed [84] nemo dabit: [85] frustra egomet mecum has rationes puto.

atque per hoc perferenda. *Mussitare* enim proprie est dissimulandi causa tacere, dictum vel a *muto*, vel ab *M*. quae litera est nimium pressae vocis ac pene nullius; adeo ut sola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur atque subsidat. Hinc Virgilius [Aen. XII. 657. Ubi *mussat* Servio valet *dubitat*. Vesterhov.]

Mussat rex ipse Latinus. Donatus.

84. NEMO, neutiquam, prorsus non. Antimeria. DABIT, reddet, solvet, sc. argentum pro puella.

85. FRUSTRA EGOMET MECUM &c.] Praeparationis genus ad accipiendas viginti minas, totius summae desperatio. *Donatus* FRUSTRA — MECUM HAS RATIONES PUTO.] Id Belgae dicunt, *De rekening zonder den waerd maken* Plaut. Cas. III. 2. 25.

altroversum cum eam mecum rationem puto.

Quum vero RATIONES dicit, proprie loquitur, intelligens *rationes nummarias*. Sic Phorm. I. 1. 2. Est autem *secum rationes putare*, Gr. παρ' ἑαυτῷ νοεῖν. παρ' ἑαυτῷ λογίζεσθαι. Mss. Graev. & quidam alii. item Edd. 1469. cum Anonyma, Junt. Tarvis. Mediol. DEPUTO. *Vesterhov*.

ACTUS SECUNDI

SCENA SECUNDA.

SYRUS. SANNIO.

Sy. [1] TACE! egomet conveniam jam ipsum: cupide accipiat [2], faxo; atque etiam

[3] Bene

1. *In hac Scena actus est, exemplum continens vitae avarorum, qui saepe in damnum ipsius avaritiae rationibus ruunt: simul etiam duorum inter se nequam hominum spectanda quaedam vicissim, &* do-

³ Bene dicat fecum effe actum. ⁴ Quid iftuc, Sannio, eft, quod te audio
⁵ Nefcio quid concertaffe cum hero? *Sa.* Nunquam vidi ⁶ iniquius

 Con-

dolofa captio eft. TACE! EGOMET CONVENIAM JAM IPSUM.] TACE, fi pro adverbio eft, omnibus dicitur: fi pro verbo ponitur, dicitur Ctefiphoni maxime follicito, & fupplicanti omnibus, ob metum patris. JAM autem, non tarditatis eft; fed properationis fignificatio. *Donatus.* TACE.] Hoc Syrus in profcenium procedens Aefchino, qui intus erat, dicit. *Vefterhov.*

2. Sub. *Argentum pro puella oblatum.*

3. BENE DICAT SECUM ESSE ACTUM.] H. e. Se fortunatum effe. Cic. Fam. IV. 5. *Hifce temporibus*, non peffime cum iis effe actum, *quibus fine dolore, licitum eft mortem cum vita commutare.* Idem Fam. IX. 24. *Hoc denique animo fum, ut, fi in hac cura, atque adminiftratione vita mihi ponenda fit*, praeclare actum mecum *putem*. Vefterhov.

4. QUID ISTUC, SANNIO, EST, QUOD TE AUDIO.] Ita rogare admirabundi folent. *Vefterhov.* Vide quam ingeniofe *Terentius*, qui fupra ab Aefchino Lenonis nomine facit Sannionem vocari, utpote ab homine arroganti & feroci ob aetatem & negotium: at hunc blande circumvenientem honorificentius inducit cum Lenone loqui, & Sannionem eum vocare. Sane qui in fordidis profeffionibus agunt vitam, honorifice nomine proprio appellas: fed qui in fplendidis artibus funt conftituti, gaudent artis nomine nuncupari, ut Imperator, Orator, Philofophus. Sic & in Eunucho [III. 2. 2.] *Audire vocem vifa fum modo militis*, apud fe loquens meretrix: & poftquam illum cominus videt, *Salve, mi Thrafo*, inquit, non, *Salve miles:* quod erat duriffimum. Et mox irata perfonat [Sufpicor legendum, *perfona*. Vid. Eun. IV. 7. 46.], *Miles, nunc adeo edico tibi.* Donatus.

5. NESCIO QUID CONCERTASSE.] Argute pofitum NESCIO QUID: vult enim ex il-
lo

Concertationem comparatam, quam [7] haec hodie inter nos fuit:
[8] Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.

Sy.

lo audire, ut nanciscatur initium, quod persuadendum suscepit. *Donatus.* Callide dissimulat se scire, quid rei actum sit, ut ita familiariter eliciat omnia ex ipso lenone. Sed & imminuit rem, atque ita loquitur, quasi rixa tantum verborum fuerit. *Vesterh.*

6. CONCERTATIONEM COMPARATAM.] διασύρει, quia ille CONCERTASSE dixit, non *caesum esse*. COMPARATAM.] Proprie; alias *constitutam*. Et COMPARATAM ad dictum Syri refert, qui ait *concertationem* fuisse, pares faciens Aeschinum & Lenonem. Et proprie dixit *Concertationem*, ipsum actum. nam *certamen* est res ipsa de qua certatur; uter [Forte, *Ut uter*. Vesterh.] columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Nam sic *Virgilius* in Bucolicis [Immo in Georgicis II. 530. *Vest.*]
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo.

At vero *certatio*, ipse actus contentioque certantium est. *Donatus.* INIQUIUS CONCERTATIONEM COMPARATAM.] An διασυρμὸς est? respicit autem certamen gladiatorum, qui *comparari* propriè dicebantur. Cic. Fam. XII. 22. *Nos hic cum homine gladiatore, omnium nequissimo, collega vestro, Antonio, bellum gerimus; sed* non pari conditione, *contra arma verbis.* Ms. Bodl. Edd. Anonyma, Tarvis. & Junt. CERTATIONEM. *Vesterhov.*

7. QUAM HAEC HODIE.] Mss. & edd. quidam: QUAM QUAE HODIE. *Vesterhov.*

8. EGO VAPULANDO, ILLE VERBERANDO.] Sic Juvenal. Sat. III. 289.

Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum. Vest.

Incerta est distinctio, vel VAPULANDO USQUE, vel USQUE DEFESSI. Et est USQUE adverbium, significans aut *diu*, aut *multum*. Donatus.

Sy. Tua culpa. *Sa.* [9] Quid agerem? *Sy.* [10] Adolescenti morem gestum oportuit.

Sa. [11] Qui potui melius, qui hodie usque os praebui? *Sy.* [12] Age, scis quid loquar?

[13] *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum 'st lucrum.* *Sa.* [14] Hui!

Cccc 3 *Sy.*

9. QUID AGEREM?] Ita solent purgantes se, quique vel innocentes sunt, vel videri volunt. Vide ad Eun. V. 1. 15. Libri quidam scripti & editi: QUID FACEREM? *Vesterhov.*

10. ADOLESCENTI MOREM GESTUM OPORTUIT.] *Morem gerere*, proprie lenonis & meretricis est. Cum ἐμφάσει ADOLESCENTI pronuntiandum est, scilicet qui facilius assentatione caperetur. *Donatus.*

11. QUI POTUI MELIUS, QUI HODIE USQUE OS PRAEBUI?] Subauditur, *morem gerere.* Et hoc subtiliter Leno, quum morem gerendum in meretricis pretio dixerit Syrus. HODIE autem, non tempus significat sed iracundam eloquentiam ac stomachum. Ut *Virgil.* [Aen. II. 670.]

numquam omnes hodie moriemur multi. Donatus. Editio Juntina: QUID POTUI MELIUS? USQUE OS PRAEBUI. *Vesterh.* PRAEBUI, pulsandum sc.

12. MODO AGE corripientis est adverbium. SCIS QUID LOQUAR?] Argute: quia simulaverat Leno non intellexisse, quid dixerat servus. Legitur & sic: SED SCIS, QUOD LOQUAR? *Donatus.*

13. PECUNIAM IN LOCO NEGLIGERE.] Menander: Βέλτιστον ἐ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκοπεῖν.

Plautus Capt. II. 2. 75.

Non ego omnino lucrum omni esse utile homini existimo.
Scio ego; multos jam lucrum luculentos homines reddidit.
Est etiam, ubi profecto damnum praestet facere, quam lucrum.

IN LOCO NEGLIGERE.] Sic infra V. 3. 41.

in loco *vereri.*

Cic. Off. I. 40. Locum *autem actionis opportunitatem temporis esse dicunt. Vest.* IN LOCO.] Ubi oportet. *Eugraph.* Opportune & tempestive, tem-

Sy. Metuisti; si * nunc [15] de tuo jure concessisses paululum, atque
Adolescenti esses [16] morigeratus, hominum homo stultissime,
Ne non tibi istuc, [17] foeneraret? *Sa.* [18] Ego spem pretio non emo.

Sy.

tempori & loco convenienter. *Farnab.*

14. Hui, Interjectio ridentis est, quasi leno rideat dicta servi, & contemnat. *Guido Juvenalis.*

* Nunc.] Mss. Mark. & duo Boecleri, Edit. Anon. & Tarvis. Huic. *Vesterhov.*

15. De tuo jure concessisses paullulum.] Non velle cogi ad vendendam puellam a se emtam, jus erat Sannionis. *Concedere de jure suo*, est paululum de jure suo remittere. Cic. Off. II. 18. *Est enim non modo liberale*, paullum *nonnunquam* de suo jure decedere, *sed interdum etiam fructuosum.* Vesterh. De tuo jure, de lenonia duritia: ut alibi [Phorm. III. 2. 48. ubi tamen paullo aliter legitur.] Meo jure *utar, ut potior sit, qui prior ad dandum sit.* Donatus.

16. Morigeratus.]Quod Lucas dicit Act. XIII. 18. Ἐτροποφόρησεν, id Guyetus a Graecis neotericis ad phrasin, *morigerari*, *morem gerere*, formatum esse existimat. *Vesterhov.*

17. Foeneratum, est cum lucro redditum & multiplicatum. Foeneraret ergo, non Aeschinus, sed ipsa res in qua foeneratio est. *Donatus.* Foeneraret.] H. e. multiplicem usuram & lucrum redderet. *Vesterhov.* Istuc, sc. concessio de tuo jure: & obsequium erga adolescentem.

18. Spem pretio non emo.] Malo pretium, quam emam pretio spem. quasi si id amisero, postea plura accepturus. *Eugraph.* Lucrum incertum damno certo non adfecto. Ejusdem fere argumenti est adagium alterum, *Aureo hamo piscari.* Vide Erasm. Chil. *Vesterh.* Non novum est, etiam spem vendi & emi recte posse. l. 73. §. 1. ad L. Falcid. Veluti cum quis jactum retis, aut

cap.

Sy. [19] Nunquam rem facies. [20] abi, nescis [21] inesca-
re homines, Sannio.
Sa. [22] Credo istuc melius esse: [23] verum ego nunquam adeo astutus fui,

capturam avium vel ferarum, aut futuros partus, foetusve arboreos praestinat. L. 8. §. 1. de contr. empt. l. 11. §. ult. & l. 12. ff. de act. emp. vend. Vel cum quis malum nomen emit, quod forsan ex improviso lucro bonum posse fieri sperat. l. 82. in fin. ad L. Falcid. *Lindenbrog.*

19. NUNQUAM REM FACIES.] Secundum personam servi, Lenonem Syrus hortatur, hominem ad lucrum excitans, non ad honestatem. Nota, REM, & litem, & negotium meretricis, & patrimonium, & omnem pecuniam nominari. *Donatus.* REM FACIES.] Divitias comparabis. *Vesterh.*

20. ABI.] Non est imprecationis formula; neque sensus est, *Abi in malam rem*, quod ait Guyetus; sed notat, *Apage te.* Vest. Discede a tua professione, quam nescis exercere. *Minell.*

21. INESCARE HOMINES.] Μεταφορὰ ab aucupibus, qui avibus capiendis offundunt cibum. *Donatus.* NESCIS INESCARE HOMINES.] H. e. Parum leno es. Sic lena apud Plautum Asin. I, 3. 63. ad amatorem:

Non tu scis? hic noster quaestus aucupii simillimu 'st.
Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.
Aves adsuescunt. necesse est facere sumtum, qui quaerit lucrum.
Saepe edunt: semel si captae sunt, rem solvunt aucupi.
Itidem hic apud nos. aedis nobis area est; auceps sum ego;
Esca est meretrix; lectus illex est; amatores aves.
Vesterhov.

INESCARE.] Astutia & illecebris fallere. Similitudo petita est ab iis, qui praefixo aeri cibo pisces alliciunt. *Minell.*

22. CREDO ISTUC MELIUS ESSE.] ISTUC, sc. quod tu dixisti, *de jure suo concedere, & morigerari adolescentibus;* MELIUS ESSE, sc. ad rem faciendam.

Quin quidquid possem, mallem [24] auferre potius in praesentia.

Sy. [25] Age; novi tuum animum: [26] quasi jam usquam tibi sint viginti minae,

Dum huic obsequare. [27] praeterea autem te ajunt proficisci [28] Cyprum. *Sa.* [29] Hem!

Sa.

23. Ego nunquam adeo astutus fui.] Cic. Fam. XI. 28. *Non agam astute, fateor me ad istum gradum sapientiae non pervenisse.* Vesterhov.

24. Auferre, accipere. * Potius.] Πλεονάζει. Cic. Fam. XV. 5. *Cujum* potius, *quam te laudari* mavis. In praesentia.] Contrarium est, *in diem.* Hinc *pecunia praesens*, &, *Repraesentare pecuniam.* Mſ. Mark. addit, Quam in futurum. Editio Tarvisiana, Quam in futuro. Utrumque ex glossa. Similis sententia lenae apud Plautum, Asin. I. 3. 50.

Semper oculatae nostrae sunt manus: credunt quod vident. Vesterhov.

25. Age, novi tuum animum.] Age nunc verbum est, significans *dic*, quia jam prope est, ut consentiat persuadenti. Tuum animum.] Deest, *liberalem.* Donatus. Age.] Serio loquere mecum, aufer dissimulationes; ut supra versu 7. Minellio est adverbium hortantis ad attendendum.

26. Quasi jam usquam tibi sint viginti minae.] Sensus: Quasi numero in aliquo ducas, & in aliqua aestimatione constituas: & non, si velis, contemnas viginti minas, dummodo huic obsequaris. *Donatus.* Sensus est: Quasi tu, qui es in re lauta, & bona parte aucta, de possessione viginti tantillarum minarum tantopere sis sollicitus, & quasi non multo malis obsequi Aeschino, quam tantulam summam accipere. Sic οὐδαμοῦ λέγειν τινά, nullius pretii quem dicere. Eadem fere ratione *nullo loco esse* dicitur, qui contemnitur. Est autem salsa ironia. Vide Turnebum Adverf. XX. 31. *Vesterhov.*

27. Praeterea autem.] Ἀρχαϊσμὸς est figura. Nam

Sa. Coemisse, hinc quae illuc veheres, multa. [30] navem conductam, hoc scio.
[31] Animus tibi pendet? ubi illinc, [32] spero, redieris, [33] tamen hoc ages.

Nam veteres libenter conjunctiones multiplicabant. TE AJUNT PROFICISCI CYPRUM.] Et eum non profecturum dixit, sed jam PROFICISCI: & non ab uno dicit se audivisse, ne negaret: sed AJUNT inquit. *Donatus.*

28. CYPRUM.] Insula haec Veneri sacra mancipiorum emtione & venditione nobilitata fuit. De ipsa autem locutione, PROFICISCI CYPRUM, pro, IN CYPRUM, vide Sanct. Min. Lib. IV. Cap. 6. init. Infra tamen II. 4. 14. dixit, IN CYPRUM. quomodo & Mss. quidam h. l. legunt. *Vest.*

29. HEM! Hic est novo aliquo ac insperato dicto percussi. Q. d. Quid dicit! *Minell.*

30. CONDUCTAM NAVEM addidit, ut dilationem res habere non possit. *Donatus.* COEMISSE, —, MULTA. NAVEM CONDUCTAM, HOC SCIO. ANIMUS TIBI PENDET?] NAVEM CONDUCTAM, Hoc scio, ita dixit, uti Phorm. V. 7. 60.
Nisi me dixisse nemini, id certo scio.
Et And. V. 4. 26.
hoc certe scio,
Rhamnusium se ajebat esse.
Id vero, ubi dixisset Syrus, leno quasi meditabundus tacet. Unde servus iterum, ANIMUS TIBI PENDET? & quae sequuntur. *Vesterhov.*

31. ANIMUS TIBI PENDET?] *Animus pendere* dicitur, dum in dubio est, & paullo momento huc illuc impellitur. And. I. 5. 31. Iidem & *pendere animi* dicuntur. *Vesterhov.*

32. UBI ILLINC, SPERO, REDIERIS.] Ex spe sua vult Syrus ostendere, quid leno debeat sperare, id est, non se accepturum modo. *Donatus.* Incertum est, an SPERO referendum sit, ad REDIERIS, *quod*, vel *uti*, subaudito ante, an ad HOC AGES: posterius placuit Donato, prius mihi; nam sic in SPERO est ironia, & servus

Sa. [34] Nuſquam pedem. [35] perii hercle! [36] hac illi ſpe hoc inceperunt! *Sy.* [37] Timet.
Injeci ſcrupulum homini. *Sa.* O [38] ſcelera! illud vide
Ut [39] in ipſo articulo oppreſſit! [40] emtae mulieres

[41] Com-

vus lenoni blandiens, obiter fingit, reditum illi proſperum ſe optare. Ex Veſterhovii etiam ſententia, Spero ſarcaſmum habet

33. Hoc ages.] Exiges debitum. nam *hoc agere* dicimus eum, qui inſtat negotio ſuo. *Donatus.* In hac lite perſequenda occupaberis. *Minell.* Debitas minas ab Aeſchino accipies. *Paraphraſt. Delph* Omnes melius quam Veſterhovius, cui ſenſus eſt: *Facies, quod ut nunc faceres, tibi ſuaſi.* i. e. *Aeſchino obſequere, & ex pecunia in tempore neglecta magnum lucrum exſpectabis.*

34. Nusquam pedem.] Quia exclamatio eſt, per ἀποσιώπησιν non completur. *Donatus.* Nusquam pedem.] Sub. fero. Sed iratorum eſt elliptica oratione uti. *Veſterhov.*

35. Perii hercle! Hac illi spe &c.!] Haec Sannio ad ſpectatores converſus, quaſi non audiente Syro. *Veſterhov.*

36. Hac illi spe hoc inceperunt!] Verba ſunt tandem intelligentis, quid rei ſit. Sic And. I. 1. 98. *hoc illud eſt.* Veſterhov.

37. Timet. Injeci scrupulum homini.] Servus ſecum gaudens haec ait, & ſimul lenonem paulliſper relinquit ſolum. Injeci scrupulum.] H. e. dubium movi. And. V. 4. 37. Phorm. V. 7. 61. infra IV. 5. 76. *Veſterhov.* Hic oſtendit Syrus, quo haec conſilio locutus ſit. *Donatus.*

38. Sceleſtos homines. *Minell.* * Illud vide.] Vide, τῷ ἰδιωτισμῷ dixit. *Donatus.* Rem inopinatam ſeu magnam cum admiratione narrantes, Vide, dicebant. *Veſterhov.*

39. In ipso articulo oppressit.] Plaut. Menaechm. I. 2. 31.
Commoditatis omnes articulos ſcio.
Cic. pro P. Quintio 5. In ipſo articulo *temporis.* Veſter-

41 Complures: & item hinc alia, 42 quae porto Cyprum.
Nisi eo ad 43 mercatum venio, damnum maxumum 'st.

44 Nunc

sterhov. Articulo, temporis puncto, momento quo mihi ad mercatum eundum erat, id est, quam tempestive [aut *sibi*; aut *mihi*, per ironiam, quomodo And. I. 5. 52. & IV. 5. 16.] Cic. *Ut cum* [forte, *eum*] *suis conditionibus* in ipso articulo temporis *astringeret*. Ab articulis membrorum, id est juncturis, qui commode ad varios vitae usus flectuntur, metaphora est. *Minell.* Oppressit, subito me & improviso invasit, aut etiam vim, seu injuriam mihi intulit; Vide infra vers. 30. Primum magis placet. Minellio est, *praeoccupavit*.

40. Legitur Emta, & emtae. *Donatus.*

41. Complures.] Guyetus substituit, In Cypro: quomodo & Eugraphium legisse autumat: quod meretrices non Athenis in Cyprum, sed e Cypro Athenas deportarentur. Crediderim causam sollicitandi fuisse acri Critico, quod cogitaret, Cyprias mulieres statis diebus ad littus exspatiantes ex corporibus vulgatis dotem quaesivisse; ne scilicet sola Κυπρογενὴς Dea impudicitiae argueretur. Ast cogitasse debebat, lenones, praesertim Atticos per omnem Graeciam conquisitas puellas ad mercatum Cyprium portasse; atque inde de iis non violandis pulsandisve cautum fuisse. *Vesterh.*

42. Quae porto Cyprum.] Hanc insulam posuit Poëta, vel quod Veneri sacrata sit. ut *Horatius*, [Carm. I. 3. 1.]
Sic te diva potens Cypri.
Vel quod mercatus in ea sit, ut idem: [Carm. I. 1. 13.]
Numquam dimoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare. Donatus.
Porto, portare constitui.

43. Mercatum, locum tempusque significat. *Donatus.* Recte. Nam & *Ludorum* vocabulum passim de loco & tempore usurpatur. Dixit autem Venio pro *eo*

[Hoc

[44] Nunc si hoc omitto; [45] actum agam. ubi illinc rediero,
[46] Nihil est; [47] refrixerit res. [48] nunc demum venis?

Cur

[Hoc praeter necessitatem statuitur], uti vicissim *ire* pro *venire* usurpant. Infra III. 3. 7. Eun. II. 3. 13. Virg. Aen. II. 375.
vos celsis nunc demum a navibus itis. *Vesterhov.*

44. Nunc si hoc omitto.] H. e. Si negligo persequi jus meum, de argento pro fidicina, vel de puella ipsa. *Vesterhov.* Hoc dicit negotium cum Aeschino. *Donatus.*

45. Actum agam.] Proverbium, id est, *nihil agam.* quod enim in jure semel judicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. Sic in Phormione, *Actum, ajunt, ne agas.* Donatus. Actum agam.] H. e. Frustra operam sumam. Phorm. II 3. 72. Adde Erasm. Chiliad. *Vesterhov.*

46. Novè Nihil est: pro, *nulla spes est.* Donatus. Vide ad Phorm. V. 8. 6. *Vesterhov.*

47. Refrixerit.] Pro *refrigescet.* Donatus. Refrixerit res.] H. e. In oblivionem venerit. Plaut. Poen. IV. 2. 92.
At enim nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur.
Metaphora a ferro translata, quod ubi *refrixit*, frustra cuditur. Cic. Fam. IX. 10. *Unum vereor, ne hasta Caesaris* refrixerit. Philipp. V, 11. *Teretur interea tempus: belli apparatus* refrigescent. Contra *fervere* res dicitur, quae cum maxime concitate agitur. sed & *calere.* Cicero Philipp. V. 4. Calebant *in interiore aedium parte totius reip. nundinae.* Vesterh. Res erit obsoleta & rejecta. *Paraphrastes Delph.* Res, actio, negotium. Refrixerit, languebit, cessabit, deficiet, non procedet, carebit effectu.

48. Nunc demum venis? ubi eras?] Quasi mimesis est eorum, quae aliquando áb Aeschino vel quovis alio objici poterant lenoni. q. d. *Nunc demum venis questum injurias, & res repetitum? Cur passus tibi*

Cur paſſus? ubi eras? [49] ut ſit ſatius perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum [50] perſequi.

Sy. [51] Jamne enumeraſti id, quod [52] ad te rediturum putes?

Sa.

tibi eripi? ubi eras, ſtolide, quum eriperetur? Veſterhov.

49. UT SIT SATIUS PERDERE.] Per ὑπερβολὴν hoc accipe. nam non convenit perſonae lenonis damna contemnere. *Donatus.* PERDERE, Sub. *Debitum.* Paraphraſtes Delph. Ex animo delere ſpem hujuſce pecuniae unquam adipiſcendae. *Minell.* UT SIT SATIUS &c.] Oratio inconſequens, ita ex prioribus ſupplenda: *In profectione dilata tantum damni eſt, & in actione dilata tantum difficultatum,* aut *periculi, ut ſatius* &c. Poteſt & brevius ſuppleri: *Ita ſit. Ita hae res ſe habent. in eo loco ſunt res.*

50. PERSEQUI.] Subaudi, jus meum, vel lites ſequi. And. IV. 5. 16. Cic. Verr. III. 13. *Bona tua repetere, ac* perſequi lite, *atque judicio.* Veſterhov.

51. JAMNE ENUMERASTI.] Finxit Syrus ſe non intellexiſſe, quid apud ſe ipſum Leno locutus ſit, ideo illi aliud ait, quam ille ſecum diſputaverat. *Donatus.* Poſt exigui temporis moram rurſus Syrus adoritur Sannionem. Eſt autem interrogatio ironica. *Enumerare* valet exputare. Numerabant autem per digitos. qua de re multa habet P. Colvius ad Apulej. Apol. *Veſterhov.* ENUMERASTI.] Computaſti, & rationem ſatis ſubduxiſti. *Minell.*

52. AD TE REDITURUM.] H. e. Tibi deberi. And. IV. 5. 4. Hec. I. 2. 97. Niſi REDITURUM quaſi fugitivum argentum pro puella expenſum intelligit, quod ut *Retrahi* eleganti metaphora dicitur Heaut. IV. 2. 11. Ita *redire* non incommodè dicas. Aut forte Syrus callidè avertere ſermonem inſtituit a puella ad lucrum, quod e mercatura & venditione omnium aliarum mercium ad ſe rediturum putet Sannio. Aut, ſi & id minus placet, poſſit ſenſus eſſe,

Sa. [53] Hoccine illo dignum 'ſt? [54] Hoccine incipere Aeſchinum?
Per [55] oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet?
Sy. [56] Labaſcit. [57] unum hoc habeo: vide, ſi [58] ſatis placet:

Potius,

eſſe, Satisne rationem ſubduxiſti, quantum lucri ſis facturus, Cyprium mercatum negotio Aeſchini, aut hoc illi praeferendo. Simulat autem Sannio ſe iter Cyprium prae pecunia praeſenti neglecturum. Prior ſenſus Tanaq. Fabro, poſterior Boeclero placebat. *Veſterhov.* Mihi nihil aliud videtur intelligere, niſi lucrum ex actione in Aeſchinum.

53. Hocciine illo dignum 'st?] Hujusmodi comploratio ſummam deſperationem lenonis oſtendit. *Donatus.* Illo dignum est.] Sic Heaut. I. 1. 55. Phorm. II. 3. 26. Eun. V. 2. 25. *Veſterhov.*

54. Hoccine incipere Aeschinum?] Quaſi de magno facinore dixit [*incipere.*] Ut in Heautontimorumeno, *Vide quod inceptet facinus.* Aeschinum autem cum laudatione dixit: quaſi quem non deceat male facere. Et vide quam omnia experiatur impotens & miſer, ob recuperandam rem ſuam. *Donatus.*

55. Oppressionem, Vim. *Minell.* Repentinam & violentam invaſionem, in me ſecurum & imparatum factam. * Postulet, velit, aut ſperet. Eripere postulet.] Ἐν τῷ ἤθει dixit, non *eripuerit*: tanquam adhuc non fecerit. Et ſic loquuntur, qui nolunt circa ſe perſeverare injuriam. *Donatus.*

56. Labascit.] Hoc preſſe dicitur. Et proprie dixit Labascit, ut & ſuam inſtantiam, & cunctationem tarde incipientis conſentire monſtraret. nam inchoativum verbum eſt. Et eſt metaphora ab arbore facta: quae multis ſucciſa ictibus, ferri tandem incipit in caſum ponderis [Mſ. Hulſt. recte: *pendere.* Lego igitur & diſtinguo: — *ictibus ferri, tandem incipit in caſum pendere.* Veſterhov.], ruinamque

Potius, quam venias in [59] periculum, Sannio,
Servesne, an perdas totum, [60] dividuum face:
Minas decem [61] corradet alicunde. *Sa.* [62] Hei mihi!
Etiam

que minitari. *Donatus*. Sensus est, Non amplius stat ei sententia. Eun. I. 2. 98. Plaut. Rud. V. 3. 38. *Vesterbov*. Confer Eun. III. 3. 3.

57. UNUM HOC HABEO.] Hoc clare: & subaudiendum est, *Quod dicam*, vel *Dicere*. Donatus. UNUM HOC HABEO.] Intelligit consilium. Sic And. IV. 2. 21. Ubi Davus dixisset, *Consilium quaero*, mox Charino roganti, *Quid est?* respondet, *Huic, non tibi habeo*. Palmerius legit, VIRUM HOC HABEO, ad Plaut. Cas. II. 8. 34. refertque ad formulam adagii, in manifestò deprehensos. Sic Eun. V. 1. 19. *Vesterbov*.

58. Non PLACET dixit: sed SATIS PLACET. veluti magnum consilium praebiturus. *Donatus*.

59 PERICULUM.] Dubium seu metum; uti mox versu 35. de re eadem. Quod autem sequitur, SERVESNE, AN PERDAS TOTUM, id Paraphrastes Delphini exponit per, *Totum perdendi*; nempe quia PERICULUM sumsit sensu proprio, & recte putavit id non dici de re conservanda, sed de amittenda

60. DIVIDUUM FACE.] Hoc est: *divide*: Figura μακρολογία. *Donatus*. Videtur simpliciter dictum, pro, *divide in duas partes*. Sic Plaut. Rud. V. 3. 52.

Dividuum *talentum* faciam. Et mox:

dimidium tibi sume: dimidium huic cedo.

Apulej. Apol. *Sin vero uno unave superstite diem suum obiisset: uti tum* dividua pars *dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet*. MSS. quidam, DIMIDIUM FACE. *Vesterbov*.

61. CORRADET ALICUNDE.] CORRADET, cum labore expediet. *Eugraphius* ad vers. 31. CORRADET.] Vide Heaut. I. 1. 89. Phorm. I. 1. 6. Plaut. Poen. V. 6. 25.

Obsecro te, ut liceat simplum solvere.

Trecentos Philippos: credo, corradi *potest*.

Ita

Etiam de forte nunc venio in dubium mifer?
Pudet nihil: [63] omnes dentes labefecit mihi:
Praeterea colaphis [64] tuber eft totum caput:
[65] Etiam infuper defrudet? [66] nusquam abeo. *Sy.*
[67] Ut lubet.

[68] Num-

Ita diftinguo hunc locum. *Vefterhov.* ALICUNDE di-ctum eft quafi non habentis; nam nec ipfa [Lego, *Ipfae.* Sub. decem minae, *Veft.*] in promtu funt. *Donatus.*

62. HEI MIHI! ETIAM DE SORTE &c.] *Sors* eft fumma, cui extrinfecus acquiritur foenus. Ergo *fortem* dicit de pretio quo emta eft, id eft, viginti minis. Et vide illum damno potius exclamare quam injuria. IN DUBIUM.] Id eft, in periculum. *Donatus.* Hoc loco *Sors* eft fumma feu caput pecuniae, unde lucrum fit nomine ufurae & reditus. Plaut. Moftell. III. 1. 34. *Qui mihi neque* foenus; *neque* fortem *argenti danunt.* Infra V. 3. 30.
De fumma *nihil decedet.*
VENIO IN DUBIUM.] Quinctil. Declam. CCCXVIII. *Ne jus quidem dubium erat, etiam antequam veniret in* dubium. Ovid. Heroid. XVI. 138.

In dubium *Veneris palma* futura *fuit.*
Ubi vide notata Burmanno. *Vefterhov.*

63. OMNES DENTES LABEFECIT MIHI.] Injuria Lenoni tunc dolet, quum adjuncta damno eft. *Donatus.* OMNES DENTES LABEFECIT MIHI.] Id Κρέειν eft Graecis. Unde Belgicum, *Krouwen, een Krouw geven.* Vefterhov. LABEFECIT.] Labare, id eft, ruere fecit ac decidere. *Minell.* Convulfit, in fua fede laxavit.

64. TUBER.] H. e. tuberofum, tuberibus fcatens. Eft vero TUBER adverbium ἄκλιτον, ut *uber.* Veft.

65. ETIAM INSUPER DEFRUDET.] Αὔξησις apta Lenoni avaro, nam honeftior perfona non hunc ordinem faceret. *Donat.* DEFRUDET?] Meam rem mihi per fraudem eripere audebit? *Paraphraftes Delph.*

66. NUSQUAM ABEO.] Hoc dictum vim habet commi-

[68] Numquid vis, quin abeam? *Sa.* Immo hercle
hoc [69] quaeso, Syre;
Ut ut haec sunt facta, potius, quam [70] lites sequar,
[71] Meum mihi reddatur: [72] saltem quanti emta 'st,
Syre.
[73] Scio te non usum antehac amicitia mea:

[74] Me-

minantis: nisi illud cum contemtu susceperit Syrus. *Donatus.*. Mss. quidam: Abiero. *Vesterhov.*

67. Ut lubet.] Negligenter servus respondet, ut rogetur a lenone. *Donatus.* Ut lubet.] Concedentis formula. Sic And. II. 1. 10. Heaut. V. 1. 61. *Vesterhov.* Apta formula in obstinatos, quos inepto suo consilio relinquimus.

68. Numquid vis, Quin abeam?] Haec est plena locutio. Numquid vis, desiderat supplementum. Et hoc uti dicto discedentes solent. Quin nunc, *quare non* significat. *Donatus.*

69. Quaeso, expeto, oro. * Ut ut, quoquomodo. *Donatus.*

70. Lites sequar.] Vid. And. IV. 5. 16. Phorm. II. 3. 61. Plaut. Pers. V. 2. 20.
Stultitia 'st, quoi bene esse licet, eum praevorti Litibus. Vesterhov.

71. Meum mihi reddat.] Sortem, quam supra recusabat. *Donatus.* Rivius Codices emendatiores sequutus, Reddat legit. Atque ita ediderunt Rob. Stephanus, Pulmannus, Aldus. *Vesterhov.*

72. Saltem.] Τὸ ἔσχατον. Natum est autem a captivis, qui nihil aliud praeter *salutem* a victore petunt. *Donatus.*

73. Scio te non usum antehac amicitia mea.] Figura ἀξιοπιστεία, per quam ostendit, se fideliter promittere, quod promittit. *Virgilius* [Aen. III. 602.]
scio me Danais e classibus unum,
Et bello Iliacos fateor petiisse penates. Donatus.
Mss. quidam, & edit. 1469. aliaeque veteres, Scio, Te non esse &c. Ovid. Trist. III. 5. 1.

 Usus

74 Memorem me dices esse, & gratum. *Sy.* 75 Sedulo
Faciam. sed Ctesiphonem video. 76 laetus est
De amica. *Sa.* 77 Quid, quod te oro? *Sy.* Paulisper mane.

Usus amicitiae tecum mihi parvus, ut illam
Non aegre possis dissimulare, fuit. Vest.

74. MEMOREM ME DICES] Figurate est inducta promissio praemiorum. Et bene utrumque narrat, nam non continuo qui *memor* est, etiam *gratus* est. *Memor* enim est, qui apud se meminit. *Gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Nam multi sunt *memores*, *ingrati* tamen. *Donatus.* Cic. Fam. X. 11. *In amicitia* tua memorem atque gratum. [Confer & ejusdem Epistolae num. 1.] Fam. XIII. 9. *Te socios Bubyniae, si iis commodaris*, memores esse, & gratos *cogniturum.* Et Fam. XIII. 67. *Multis rebus expertus sum* gratum *hominem, meique* memorem. Ovid. Trist. V. 4. 43.

Pro quibus affirmat, fore se memoremque piumque,
Sive diem videat, sive tegatur humo. Vesterhov.

75. SEDULO FACIAM.] Sic promittit, ut nihil sua interesse credatur. SEDULO.] De industria, sine dolo. *Donatus.*

76. LAETUS EST DE AMICA.] Hoc lentius, & summisse. *Donatus.* DE AMICA.] Propter amicam quam possidet. *Paraphrast. Delph.*

77. QUID, QUOD TE ORO?] Deest, *agis:* seu deest, *ego.* Donatus. Formula quaerentium, quid decendum sit. Sic. Eun. III. 2. 51. *Vesterhov.* Sannio, ut mos est vehementer aliquid cupientium, denuo suum negotium volens commendare, aut aliquid de eo submonere, hoc inquit; i. e. Quid volui amplius *de eo, quod te oro? Minell.*

AC-

ACTUS SECUNDI

SCENA TERTIA.

CTESIPHO. SYRUS.

Ct. ABS [1] quivis homine beneficium accipere [2] gaudeas.

* Verum enim vero id demum [3] juvat, si, [4] quem aequum 'st benefacere, is facit.

[5] O frater! frater! [6] quid ego nunc te laudem? satis certo scio;

1. ABS QUIVIS HOMINE.] Bene sic coepit, dicturus, O FRATER! FRATER! Et QUI secundum regulam dixit: quia dicimus <u>*Quibus*</u>. caeterum a <u>*Quo*</u>, *quis* facit, non <u>*Quibus*</u>. Donatus.

2. GAUDEAS.] Pro, gaudium conciliat, voluptati est, delectat.

* VERUM ENIM VERO ID DEMUM JUVAT.] Sallust. Catil. 2. Verum enim vero is demum *mihi vivere atque frui anima videtur*. Ubi vide Gotl. Cort. *Vesterhov.* Ostendit plus asse quod juvat, quam gaudium. *Donatus.* Id praecipuam adfert voluptatem.

4. QUEM AEQUUM 'ST BENEFACERE, IS FACIT.] Exhibeo editiones optimas, Rob. Stephani, Mureti, Erasmi, Goveani, Bergii, Venetas, Antesignani, Fabrini, aliorum. In aliis: est, QUEM AEQUUM EST FACERE, IS BENE FACIT. Rursus in aliis: QUEM AEQUUM EST BENEFACERE, IS BENEFACIT. Donatum legisse, QUEM AEQUUM EST FACERE, IS FACIT, apparet ex ejus verbis, BENE, *subaudiendum est bis numero. Vesterh.*

5. O FRATER! FRATER!] *Virgilius* [Aeneid. X. 600.]

& fratrem ne desere frater.

Unum relatum est ad appellationem: alterum ad laudem. & subdistinguendum, ut videatur quaesivisse, quid ultra diceret, & plus invenire

[7] Numquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua.
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
[8] Fratrem [9] homini nemini esse [10] primarum artium magis principem.

Sy.

nire se non potuisse [supple, *ostendat*, aut praeced. voculam *se* expunge,] quam, FRATER! Donatus. Quasi dicat, *O mi frater nomine, & re! O mi frater sanguine, sed multo magis amore & officio!*

6. QUID EGO NUNC TE LAUDEM?] Quia laus, genus causae est, quod non adhibetur, nisi dubiae rei. QUID, pro *ad quid*, propter quid. Et NUNC τῷ ἰδιωτισμῷ additum est ex superfluo: Ut, [Virgil. Aeneid. IV. 265.]

tu nunc Carthaginis altae Fundamenta locas? Donatus. Sic Eun. III. 5. 17. Menander:

Ὡς ἡδύ γ' ἐν ἀδελφοῖς ὁμονοίας ἔρως!

Vide Interpretes ad Psalm. CXXIII. 1. *Vesterhov.*

7. Deest *quod:* ut sit, *quod numquam ita magnifice.* Duplex causa est omittendae laudis, si res aut nimium mala est, aut nimium bona. *Donatus.* NUMQUAM ITA MAGNIFICE QUIDQUAM DICAM, ID VIRTUS QUIN SUPERET TUA.] Cic. pro L. Manil. 11. *Jam vero virtuti Cn. Pompeji, quae potest par oratio inveniri?* Sallust. Catil. 3. *Facta dictis sunt exaequanda.* Ubi vid. Gotl. Cortius. *Vesterhov.* Bona περίφρασις. VIRTUS TUA potius, quam *tu.* Donatus.

8. FRATREM.] Nove dixit UNAM REM, *Fratrem.* Sed ego puto FRATREM non subdistinguendum, sed legendum contextè usque ad PRINCIPEM. Nam si distinxeris FRATREM, erit bis, ut arbitror, subaudiendum, & supra, & infra. Quod si FRATREM inferioribus junxeris, & cum admiratione pronuntiabitur, & subaudietur, *Quam mihi.* Hanc sane locutionem scire debemus, propter personam elaboratam [vox *Elaboratam* per-

Sy. [11] O Ctesipho! *Ct.* O Syre! Aeschinus ubi est? *Sy.* [12] Ellum! te exspectat domi. *Ct.* [13] Hem!

pertinet ad *locutionem*, non ad *personam*.] nam nimium gaudet, & rusticus adolescens est, qui laudare conatur Aeschinum: quasi titubans, & penè balbutiens. *Donatus*. Nempe vox FRATREM stat in ambiguo nexu; nam potest, distinctione postposita, ad antecedens referri (quod Donatus hic vocat *subdistinguere*, & *distinguere* FRATREM:) Sed tum in hoc versu subaudienda iterum est haec vox, uti & verbum ARBITROR, quod Donatus videtur praecipere his verbis: *Erit bis subaudiendum, ut arbitror*, &c. His positis, sensus horum versuum erit: *Hanc unam rem habere me arbitror magis pretiosam quam ullus alius habet, fratrem scilicet: Homini nemini fratrem esse arbitror primarum artium magis principem quam mihi.* At longe simplicius est FRATREM ad posterius referre, & utrumque versum una sententiâ sic exponere: *Arbitror me omnibus aliis in hac una re excellere* (vel, *prae omnibus aliis hac una re esse fortunatum*) *quod nemini homini frater sit primarum artium magis princeps quam mihi*. Vesterhovius observat in Mſ. Traject. punctò distingui post FRATREM.

9. HOMINI NEMINI.] Nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est. nam quum NEMINI, *hominem* significet: quid opus fuit dicere, HOMINI NEMINI? *Donatus*. Variant Mſſ. & edd. In aliis est, FRATREM HOMINI NEMINEM ESSE. In aliis, FRATREM HOMINEM ESSE. Duo Mſſ. Leid. HOMINUM NEMINEM. Duo, HOMINI NEMINEM. Unus, HOMINEM NEMINEM. Mſ. Traject. HOMINUM NEMINEM ESSE PRIMARUM MAGIS PRINCIPEM. *Vesterh.*

10. PRIMARUM ARTIUM MAGIS PRINCIPEM.] Videtur intelligere Artem Amandi. Linacer Lib. VI. locutionem hanc Hellenismum infinitae orationis vocat, cujus sensus sit, *Fratrem talem, ut nemo homo sit magis princeps pri-*

Sy. Quid eſt? *Ct.* [14] Quid ſit! illius opera, Syre, nunc * vivo. [15] feſtivom caput!

[16] Qui

primarum artium. Veſterhov. *Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* dicta eſt per ſyncopam. ἀρετὴ autem virtus eſt. *Donatus* ad And. I. 1. 4. Quem ſenſum ipſe Terentius ibidem confirmat, verſ. 5. 6. & 7. Paraphraſtes Delphini hic per *Primas artes* intellexit humanitatem, beneficentiam, addo pietatem; melius, arbitror, quam Veſterhovius; & item, quam Minellius, cui *Artes* hic ſunt, Fores effringere, puellam diripere, lenonem peſſime afficere. Autor porro, PRIMARUM ARTIUM dixit modò, pro, in primis artibus, per antiptoſin. Nepos in Attico VI. 4. de Hortenſio: *Principatum* eloquentiae *tenebat.* PRINCIPEM, egregium, excellentem: Minellius expoſuit, τῶν πρώτων ἀρετῶν κύριον, id eſt, dominum, poſſeſſorem.

11. O CTESIPHO!] Mire coepit, gaudium ſignificans. O CTESIPHO, O SYRE!] Ille ut gaudens: hic, ut qui non praeviderit, O dicit. *Donat.*

12. ELLUM!] Ecce illum: vel pronomen eſt, vel adverbium demonſtrantis. Alii interrogative legunt: ut ſit, ELLUM DICIS? TE EXSPECTAT DOMI. ut ſit, ELLUM pronomen, id eſt, *Illum.* nam & *illum*, & *ellum* & *ollum* veteres dixerunt. *Donatus.*

13. HEM!] Interjectio eſt laetantis. *Donatus.*

14. QUID SIT?] Deeſt, *quaeris*? ſed eſt admirantis magis, quam interrogantis. ILLIUS OPERA.] Dicendo OPERA, & corporeum laborem Aeſchini oſtendit, & religionem. Ut, [Virgil. Aeneid. VII. 331.]

Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte laborem,
Hanc operam.

Hanc religionem ait [Virgilius ſc. non Terentius: niſi forte OPERA de fraterna pietate debemus accipere.] ut [Georg. I. 338.]

annua magnae
Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis. Donatus.

OPERA.] Auxilio, beneficio.

* NUNC VIVO.] O miram amplificationem beneficii

[16] Qui omnia sibi postputavit esse [17] prae meo commodo:

Dddd 4 [18] Ma-

cii. non dixit, *amicam habeo:* sed quod satis grave, & satis amatorium, VIVO, inquit. *Donatus.* VIVO.] H. e. Resipisco, cum antea occidisse, & pene sepultus viderer. Cic. pro P. Sext. 31. *Res erat, & caussa nostra eo jam loci, ut erigere oculos, & vivere videretur.* Vest.

15. FESTIVOM CAPUT!] Huic contrarius sensus est, *Ridiculum caput* [And. II. 34. ubi & Donatus docuit, *Caput* pro toto homine poni.] Alii putant, FESTIVOM CAPUT, non Aeschini intelligendum, sed orationis, quam habet Ctesipho, agens gratias fratri. Ita in Eunucho, *quam venuste! quod dedit Principium adveniens!* sed male: nam *caput Aeschini*, id est [Mf. Boend. *intelligo.* expuncto commate ante & post. *Vesterbov.*] ipsum Aeschinum: ut in toto [i. e. *de toto*] pars sit per συνεκδοχὴν: in qua figura & pars pro toto ponenda est, quae aut eminet ex toto, aut majoris pretii est ad id quod agitur. *Donatus.* Edd. Anonyma, Tarvis. anni 1481. Veneta 1490. Heinsius in edit. Amstelod. 1618 Syro haec tribuunt; quod sequuta est Dacieria. Quando tamen dubium manet, Aeschinumne intelligat servus, an Ctesiphonem [aut hujus orationem, de qua Donatus in Nota monuit.] Mss. plerique omnes tribuunt Ctesiphoni. *Vesterbov.* O suavem, jucundum, hominem! Caput enim eleganter ponunt pro homine. Virgil. Aeneid. IV. 613. *Infandum* caput. Horat. Epist. II. 2. 188. de Genio natali:

mortalis *in unum*
Quodque caput.

I. e. Unicuique homini.

16. QUIN OMNIA.] Admirative QUIN. *Donatus.* Rich. Bentlejus V. Cl. ad Horat. Serm. I. 10. 21. ex Donato & Codd. Faërni, sed & e duobus Britannicis optimae notae legit, QUIN — POSTPUTARIT. Sic Hec. III. 5. 33. *Vesterbov.* Cum praemiserit *Caput*, subdidit QUI, construens hoc pronomen cum sensu nominis praecedentis, non cum ipso nomine.

[18] Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit.
[19] Nihil pote ſupra. [20] ſed quisnam? foris crepuit. *Sy.* [21] Mane, mane! ipſe exit foras.

17. Prae meo commodo.] Id eſt, mei commodi comparatione: ut in Eunucho, *Hic ego illum contemſi prae me*, id eſt, mei comparatione. *Donatus.* Editio anni 1469. Pro meo commodo. *Veſterhov.*

18. Maledicta, famam.] Maledicta, aut lenonis; aut Demeae: Famam autem, populi. nam ſi aliter acceperis, idem *maledictum* videbitur & mala fama. Meum amorem, et Peccatum.] De rapienda meretrice, & amanda. *Donatus.* Peccatum in se transtulit.] And. II. 3. 5. *Veſterhov.* Suſcepit in ſe. *Paraphraſtes Delph.*

19. Nihil pote suprá.] Ἔλλειψις per admirationem eſt: ſubaudiendum eſt enim *Eſſe* vel *Dici*. Donatus. Mſſ. quidam, Nihil supra potest. *Veſterhov.*

20. Sed quis nam? foris crepuit.] Reſonuit: ut *decrepiti* dicti ſunt clamoſi ſenes. Foris ſingularis numeri, nominativi caſus. *Donatus.* Libri quidam vetuſti, poſt Editionem Anonymam, Sed quidnam foris crepuit? atque ita Heinſius recenſuit. Mſſ. quidam, Sed quisnam fores crepuit? quomodo Leidenſes omnes, niſi quod unus, ut & Mſ. Graev. τὸ Sed omittit; in uno ſupraſcriptum, Aperuit. Mſ. Traject. & editio Juntina, Sed quisnam foris crepuit? τὸ Quisnam autem antique dictum pro Quaenam. potuitque ita dixiſſe Cteſipho exſultans gaudio, nec ſatis advertens animum, quae fores crepuerint. Niſi autem legiſſet Donatus, Fores, non annotaſſet eſſe ſingularis numeri, nominativi caſus. Sic *feles*, *vulpes*, pro, felis, vulpis. Quanquam & Foris dixerunt. Plaut. Mil. II. 1. 76.

ſed foris *concrepuit.* Veſt. Plaut. Caſin. V. 1. 17.

voſtra foris *crepuit.*

Quisnam, Sub. adeſt, vel exit. Donatus videtur legiſſe, Sed quis? nam foris crepuit. Scio tamen Nam interdum ſeparatim legi a vocula cui ſubnexum eſt.

ACTUS SECUNDI

SCENA QUARTA.

AESCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

Aes. Ubi ille est sacrilegus? *Sa.* [1] Men' quaerit? num quidnam effert? [2] occidi!
Nihil video. *Aes.* [3] Ehem! opportune: te ipsum quaero. [4] quid fit, Ctesipho?

Dddd 5 [5] In

21. Mane, mane.] Gaudentis est hoc dictum, non operiri jubentis. *Donatus.* Ipse, de quo loqueris.

1. Men' quaerit? Num quidnam effert?] Sperat nunc leno se aliquid accepturum propter convicium. Et vide, quanti faciat [pro, *quam parvi.* neque audiendus Vesterhovius, commendans ex Ms. Boend. & edit. primis, *quantam ferat leno pro lucro* &c.] Leno prae lucro injuriam, qui se *sacrilegi* nomine significari non solum non dolet, sed etiam cupit. Oportet autem Men' quaerit? cum quadam gesticulatione & subsultatione sperantis Lenonis, ad hoc se quaeri, ut accipiat, pronuntiare. *Donatus.* Vesterhovio teste pauci Libri cum Cod. Bemb. legunt, Me quaerit. quod laudat Tanaq. Faber: cui & ego lubens accedo; nam sic Leno ipse sibi applicat nomen sacrilegi. Quidam Mss. pro Effert, habent Affert. Alii, Effertur. notante Vesterhovio.

2. Occidi! Nihil video.] Occidi, non quia sacrilegus dictus est, sed quia nihil accipit. Et simul gestum considera loquentis ex verbis. Occidi! nihil video.] Mire hoc verbo apparet, in vultu lenonis & spem mortuam, & extinctum gaudium. nam & apta est ἔλλειψις haec dicentis: Occidi! Nihil video. neque enim addidit *Proferri*, aut quid tale. *Donatus.*

3. Ehem!] Interjectio repentinae rei. Opportune: te

[5] In tuto'st omnis res: [6] omitte vero tristitiam tuam.
Ct. [7] Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem. o mi Aeschine!
O mi germane! ah, vereor [8] coram in os te laudare amplius,

Ne

TE IPSUM QUAERITO.] ἀσύνδετον. deest *Venisse:* non enim sequenti nectitur. *Donatus.*

4. QUID FIT, CTESIPHO?] QUID FIT, blandum initium [Ita infra V. 5. 2. & V. 7. 3.] non enim nunc interrogat, quum ipse dicat, IN TUTO 'ST OMNIS RES. *Donatus.* Hunc & sequentem versum interpolatum esse suboluit Guyeto. distinguit ergo, AE. HEM, CTESIPHO, OPPORTUNE. TE IPSUM QUAERO. CT. QUID, AESCHINE? AE. IN TUTO 'ST OMNIS RES. OMITTE &c. Malim leviori mutatione: AE. EHEM! OPPORTUNE: TE IPSUM QUAERO. CT. QUID FIT? AE. CTESIPHO, IN TUTO 'ST OMNIS RES. OMITTE &c. In Mss. Leidensium uno est, EHEM OPPORTUNE, TE IPSUM QUAERITO, CTESIPHO, QUID FIT? IN TUTO — RES. OMITTE &c. *Vesterhov.*

5. IN TUTO 'ST OMNIS RES.] Quasi amatori, omne dixit negotium de amica. An OMNIS RES, & lenonis jurgium, & suspicio patris Demeae. *Donatus.* Plaut. Merc. II. 3. 48.
Res *adhuc quidem hercle* in tuto 'st. *Vesterhov.*
Extra periculum. *Minell.*

6. OMITTE VERO.] VERO, abundat: aut correptivum est, jamdudum non omittentis. TRISTITIAM TUAM.] Sic dixit, quasi nimiam. *Donatus.* Editio Anonyma, HANC TRISTITIAM TUAM. *Vesterhov.*

7. EGO ILLAM HERCLE VERO OMITTO.] Apparet non nunc primum dici Ctesiphoni ab Aeschino, OMITTE VERO TRISTITIAM TUAM. nec nunc primum responsum, OMITTO: & ideo additum est, HERCLE VERO: quia nunc demum data est plena securitas. *Donatus.* HERCLE VERO.] Muretus FACILE VERO defendit, quomodo erat in omnibus Mss. Boecleri, sed & in Ms. Lips. Graev. & Edit. anni 1469. Mediol. Junt. *Vesterhov.*

Ne id [9] assentandi magis, [10] quam quo habeam gratum, facére existumes.

Aes. [11] Age, inepte: [12] quasi nunc norimus nos inter nos, Ctesipho.

[13] Hoc

8. CORAM IN OS TE LAUDARE AMPLIUS.] CORAM, ad ipsum pertinet qui laudat, & ad eos qui audiunt: IN OS, ad ipsum qui laudatur. Nam CORAM *laudat*, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse praesens. IN OS, qui apud ipsum loquitur, quem collaudat. *Donatus.* CORAM IN OS TE LAUDARE.] Graeci idem varie exprimunt: ἐπαινεῖν παρόντα, κατὰ στόμα, καὶ ὀφθαλμοὺς, εἰς κεφαλήν. Gratius vero est, absentem laudari. Cic. pro Sext. 40. *Adiit ad remp. tribunus plebis Milo: de cujus laude plura dicam, non quo aut ipse haec dici, quam existimari malit, aut ego hunc laudis fructum praesenti libenter impertiam.* Contrarium est infra V. 4. 10. *Nulli laedere os.* Vesterhov.

9. NE ID ASSENTANDI.] Antiqua ἔλλειψις, deest enim *Causa*. ASSENTANDI.] Adulandi. *Donatus.* ASSENTANDI.] Ellipsis Attica etiam Livio familiaris. Ita & Graeci omittunt χάριν & ἕνεκα. Adde Taubm. ad Plaut. Rud. V. 3. 18. & Voss. Art. Gramm. Lib. VII. cap. 7. *Vesterhov.*

10. QUAM QUOD HABEAM GRATUM.] Varie: non enim intulit, *quam gratias agendi.* QUOD.] Quia. *Donatus.* QUO HABEAM GRATUM.] Ita edidi ex Codice Bembi, & auctoritate aliorum, simul metro suadente. In aliis est, QUAM QUOD HABEAM GRATUM. Editio Tarvis. [totum versum] legit, NE ID ASSENTANDI MAGIS AESTIMES, QUAM QUOD HABEAM GRATUM, FACERE. *Vesterhov.* Quo, pro, quod, seu quia. Cic. Fam. VI. 3. 1. *Superioribus litteris benevolentia magis adductus, quam quo res ita exigeret, fui longior.* HABEAM GRATUM, I. e. Beneficium tuum habeam pro tali, cui debeatur gratia, seu, obstrictum me tibi agnoscam. Paraphrastes Delph. exponit: *memor sim beneficii.* 11.

[13] Hoc mihi dolet, [14] nos pene sero sciſſe; & pene [15] in eum locum
Rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier.
Ct. [16] Pudebat. *Aeſ.* Ah! [17] Stultitia 'ſt iſtaec, non pudor, tam ob parvolam
Rem

11. Age, inepte.] Non eſt injuria, quia & major frater eſt, & blanda dicturus. *Donatus. Omitte iſta,* ſubaudit *Paraphraſtes Delph.* Age hic eſt corripientis fratrem, quod talia de ſe cogitet.

12. Quasi nunc norimus nos inter nos.] Haec varie leguntur. Edit. 1469. & aliae, item Fabrini, Quasi nunc nón norimus nos. Rurſus alii: Quasi non Norimus. Illud autem Nunc videtur exponendum per *nunc demum, nunc primum.* Nos inter nos.] Cic. Fam. III. 9. *Fuiſſe, qui* nos *quo animo* inter nos *ſumus, eſſe nolint.* Fam. XIII. 76. *Ut nihil poſſit eſſe conjunctius, quam* nos inter nos *ſumus.* Veſterhov.

13. Hoc mihi bolet.] Τῷ ἰδιωτισμῷ. Mihi dolet, pro *Doleo.* Et dolet his ſubaudiendum eſt. *Donatus.*

14. Nos pene sero scisse.] Sub. Puellam Cyprum eſſe deportandam, & pro mancipio vendendam. *Veſt.*

15. In eum locum redisse.] Sic Phorm. I. 2. 5. ex quo loco conficias, τὸ Rem hic excidiſſe; quod Guyetus in tribus Codd. veteribus ſcriptum invenit. Legerim igitur, Et pene rem in eum &c. Atque ita habet editio Anonyma, & Tarviſiana, anni 1481. ſed & Veneta, anni 1490. *Veſterhov.* Poſſit tamen ſubaudiri *Te*, & redisse, pro, redactum eſſe, accipi.

16. Pudebat.] Deeſt *Fateri.* Donatus. Pudebat.] Sub. Amorem meum aperire patri. *Veſterhov.*

17. Stultitia 'st istaec, non pudor.] Ideo *ſtultitiam* vocat Aeſchinus, quidquam celare patrem, quod ipſe nihil celaret Micionem. Supra I. 1. 29. *Veſterhov.* Tam ob parvolam rem.] Ergo

Rem [18] pene ex patria? turpe dictu. [19] Deos quaeso, ut [20] istaec prohibeant.

Ct. Peccavi. *Aes.* [21] Quid ait tandem nobis Sannio? *Sy.* Jam [22] mitis est.

Aes. Ego [23] ad forum ibo, [24] ut hunc absolvam: [25] tu intro ad illam, Ctesipho.

Sa.

Ergo diminutivis adjungitur Tam particula. Et deest *Perire*; sed τῷ εὐφημισμῷ tacetur. Tam ob parvolam rem.] Id est, meretricem. *Donatus.* Parvolam, Parvi momenti. *Minell.* Ex eo quod Donatus hic subaudit *Perire*, verisimile est eum post Rem commate aut colo distinxisse.

18. Pene ex patria?] Deest, *Fugere*: quia amatores comici cito comminantur, patriam se deserturos, ut amicas sequantur. Pene ex patria?] Ἀποσιώπησις εὐφημισμοῦ χάριν. *Menander*, mori illum voluisse fingit: *Terentius* fugere. *Donatus.* In Editione Delph. colo distinguitur post Patria; quod mihi nihilo pejus videtur.

19. Deos quaeso, ut istaec prohibeant.] Syro haec tribui mallet Vesterhovius; eo quod non ipsius narrantis, sed alterius verba esse soleant. allegat quidem pro hac sententia. Heaut. V. 4. 18. & Hec. II. 1. 10. Sed opponi potest And. III. 3. 36. & praeterea in hac deprecatione vis est amoris fraterni.

20. Istaec.] Id est, exilium, fugamque patriae. *Donatus.*

21. Quid ait tandem nobis Sannio?] Nobis, τῷ ἰδιωτισμῷ additum est. non enim Nobis intelligendum est. *Donatus.* Emphasin habent voces Tandem & Nobis. Sic infra IV. 5. 31. & III. 4. 30. *Vesterh.*

22. Jam mitis est.] Nimirum ex debacchante. Sic IV. 1. 18.

Quum fervet maxume, tam placidum quam ovem reddo. Cic. de Senect. 4. de Fabio Maximo: *Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. Vesterhov.*

23. Ad forum ibo.] Tunc enim, in foro & de men-

Sa. Syre, insta [26]. *Sy.* [27] Eamus: namque hic properat in Cyprum. *Sa.* [29] Ne tam quidem.

[30] Quam-

mensae scriptura magis, quam ex arca domoque, vel cista, pecunia numerabatur. *Donatus.* AD FORUM IBO, UT HUNC ABSOLVAM.] Respicit morem veterum, ab argentariis, quorum mensae & tabernae in foro erant, nummos solventium. Vide ad Phorm. V. 7. 29. *Vest.*

24. UT HUNC ABSOLVAM.] Id est, ut hunc, reddito illi pretio, dimittam. Nam veluti ligati sunt, quibus debetur aliquid. — Est ergo ABSOLVAM, pro, *a me solvam.* An jocatur in tristitia Lenonis, qui illum cum barba lenonia, & moesto vultu sequitur, tanquam reus? *Donatus.* UT HUNC ABSOLVAM.] Mire dictum, quum debitor proprie sit absolvendus, utpote obligatus creditori. Plaut. Mostell. III. 1. 120. [de importuno creditore.]
Absolve *hunc, quaeso, vomitum, ne hic nos enecet.* Vesterhov.

25. TU INTRO AD ILLAM, CTESIPHO.] Bona ἔλλειψις, significans laetitiam potiundae meretricis. *Donatus.*

26. Sub. Ut mihi argentum renumeretur. *Vester hov.*

27. EAMUS: NAMQUE HIC PROPERAT IN CYPRUM.] Haec dicens servus vult videri partes Lenonis agere, ejusque caussam tueri, quum revera eidem fraudi sit hic sermo. Certe ita accipit ipse Leno. MSS. quidam & editi vetusti, PROPERAT CYPRUM. *Vester hov.* PROPERAT, sub. proficisci.

29. NE TAM QUIDEM.] TAM pro *Tantum.* & deest, *propero.* Donatus. Existimat Guyetus, τὸ TAM δεικτικῶς dictum, extensione summi digiti; ut rei minimae. Mihi contra videtur Sannio velle significare, se *non tam* properare in CYPRUM, ut non malit ante argentum recipere pro rapta Fidicina. Certe hunc sensum hoc loco firmant sequentia. Unde recte Fabrini: NE TAM QUIDEM, *scilicet propero*; vertitque: *Jo non ho tanta fretta.* Edd. Anonyma & Tarvisiana, NE TAM CITO QUIDEM. *Vesterhov.*

[30] Quamvis etiam maneo otiosus hic. *Sy.* Reddetur: ne time.

Sa. At [31] ut omne reddat. *Sy.* Omne reddet: tace modo, ac sequere hac. *Sa.* [32] Sequor.

Ct.

30. QUAMVIS ETIAM.] Pro, *In quantum vis.* [I. e. quantum tu putas, vel dicis. Itaque ex mente Interpretis τὸ *Quam vis* respondet ad praecedens *Tam propero;* estque punctum de fine versus superioris tollendum, substituto commate, & post ETIAM, aut certe post QUAMVIS, collocandum; ut sit ordo & sensus: *Ne tam quidem propero etiam* i. e. adhuc, *quam tu vis me properare. volo hic in otio manere.* Sed fatendum est aliam esse mentem Interpretis in verbis sequentibus.] ETIAM particula, utrum consentientis adverbium, an conjunctio, qua significat & properare se, & non in tantum, ut negligat quod sibi debetur. MANEO OTIOSUS HIC.] Hoc separatim inferendum est [Haec verba firmant meam conjecturam, huic Notae supra insertam. Quae autem sequuntur verba Interpretis, ut sensu cassa, omitto.] *Donat.* QUAMVIS ETIAM MANEO OTIOSUS HIC.] Sensus commodissimus videtur esse: Quanquam profecto otiosus futurus sim, si hic maneo, i. e. quanquam hic manendo nihil agere possim, quod in rem meam sit; seu, quamquam mansio mea hic loci, nihil mihi afferat emolumenti. Potest etiam Synchysis in verbis esse, ita explicanda: *Etiam maneo hic, quamvis otiosus,* i. e. Adhuc (profecto) manere volo hic, quamvis &c. Tertium sensum ex diversa interpunctione existentem, superius attuli. Vesterhovius QUAMVIS exponit, quantumlibet. valde; & advocat Phaedr I. 28. 1.

Quamvis *sublimes debent humiles metuere.*

Quando sensus fuerit: Maneo hic adhuc valde securus, seu in summo otio.

31. AT UT OMNE REDDAT.] Dividuum facere non vult Leno, quod suaserat Syrus, ne scilicet de sorte quid perdat. Ms. Mark. AH,

FAC

Ct. [33] Heus! heus! Syre. *Sy.* Hem! quid est? *Ct.* Obsecro hercle, [34] hominem istum impurissimum

Quamprimum absolvitote: [35] ne, si magis irritatus fiet,

[36] Aliqua ad patrem hoc permanet; atque ego tum [37] perpetuo perierim.

Sy.

Fac ut omne reddat. Quae manifesta glossa est. *Vesterh.* Hoc cum trepida & vultuosa supplicatione pronuntiandum est. *Donatus.*

32. Hoc verbo Leno satis commitigatus ostenditur. *Donatus.*

33. Heus! Heus!] Vox est de longinquo revocantis. *Donatus.*

34. Satis mansuete, quasi Lenonem, aut non possit rusticus, aut non audeat dicere, Hominem dixit. Istum impurissimum.] Avarissimum. Et totum cum exsecratione Lenonis. *Donat.* Hominem istum impurissimum.] Convicium in lenonem passim apud Plautum & Terentium, notans *avarum.* Cic. pro Cluent. 25. *Quae pecunia simul atque ad eum delata est*, homo impurissimus *statim coepit in ejusmodi mente, & cogitatione versari: nihil esse suis rationibus utilius.* Vesterh. Crediderim tamen hoc vocabulo, cum de lenonibus usurpatur, simul designari quaestus obscenitatem.

35. Ne, si magis irritatus siet.] Velut clamet scilicet: & proprie de Lenone, quem irritari dicit ut canem. Nam *irritari*, proprie canes dicuntur. * *Lucilius* de litera R.:

Irritata canis quod, homo quam, plurima dictat.

Donatus. * Verba Lucilii e Sat. Lib. I. ita exhibentur in Fragmentis

Irritata canes quam homo quam planius dicit.

Plaut. Amph. II. 2. 75.

So. *Irritabis crabrones.* Vest.

36. Aliqua ad patrem hoc permanet.] Non dicit quid: sed nos intelligimus *raptum puellae* significari. Aliqua ad patrem — permanet.] Proprie secretum latens latici comparatur, intra vas clausum existenti: quod,

Sy. Non fiet: bono animo es: [38] tu cum illa te intus oblecta interim:
Et [39] lectulos jube sterni nobis, & parari caetera:
Ego jam, transacta re, [40] convortam me domum [41] cum obsonio.

Ct.

quod, quum effunditur, *manat*. Donatus. Sic Plaut. Capt. II. I. 25.
Neve permanet palam haec nostra fallacia.
Eadem metaphora Eun. I. 2. 23. & 41. Cic. Fam. VIII. 6. *Invidiosum ubi sit, si emanarit. Vesterhov.*

37. TUNC PERTETUO PERIERIM.] Quasi & nunc se periisse sentiat, sed non PERPETUO. *Donatus.* Videtur metuere abdicationem & exheredationem. de cujus caussis vide Quinctil. Instit. VII. 4. Plin. VII. 45. Cod. VIII. 47. de patr. potest. *Vesterh.* PERPETUO, omnino. *Paraphrast. Delph.* Confer Eun. V. 9. 13. Et PERIERIM dixit potius quam *peream*, ad inevitabilem interitum demonstrandum

38. TU CUM ILLA TE INTUS OBLECTA.] Moraliter ILLA dictum est. ut, *Daturne illa hodie Pamphilo?* & *Illa quidem mea erit* [Phorm. I. 2. 84. Ubi tamen legitur, *Nostra erit.*] CUM ILLA TE OBLECTA.] Honeste explicavit turpe dictu [Mss. Boend. & edd. vett. *Turpe factum*. Vesterh.] *Donatus.* Suavius hoc protulit, quam, *Cum illa mane*. neque puto turpe quicquam subesse.

39. LECTULOS JUBE STERNI NOBIS.] Vide ut totum superbe & magnifice loquatur Syrus. *Donatus.* Loquitur ex more servorum, quorum animus, heris vel gravissimis rebus districtis, semper in patinis erat. *Vesterh.* LECTULOS.] Discubitorios. *Minell.* CAETERA.] Ad coenam necessaria. *Paraphrast. Delph.*

40. CONVORTAM ME DOMUM.] CONVORTAM, magnifice dictum. verbum est enim magni moliminis & agminis ingentis. Nam *Convertere se* dicitur, quem pompa praecedit; ut Imperator proprie convertit exercitum. *Donatus.* CUM OBSONIO.] Eduliis, quae adduntur ultra panem & vinum. *Minell.* *Opsonium* maxime significare pisces observat Vester-

Ct. [42] Ita quaeso: quando hoc bene successit, [43] hilarem hunc sumamus diem.

hovius ad And. II. 2. 23. ex Plutarch. Sympos. Lib. IV. Corn. Nepote, Themist. X. 3. & Plauto, Bacch. I. 1. 63. & 69. ubi *piscatus* & *opsonium* ἰσοδύναμα sunt. Verba autem Plutarchi sunt haec: ὡς γὰρ πολλῶν ὄντων ποιητῶν, ἕνα τὸν κράτιστον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν· οὕτως πολλῶν ὄντων ὄψων, ἐκνενίκηκεν ὁ ἰχθῦς μόνων ἢ μάλιστά γε ὄψον καλεῖσθαι, διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. *Quemadmodum enim ex multis Poetis unum, qui reliquis praestat, eximio nomine Poetae afficimus: ita quum multa opsonia sint, piscis tamen obtinuit, ut vel solus, vel praecipue* opsonium *vocaretur, quia nobilitate reliquis omnibus antecellit.*

42. Ita quaeso.] Volunt quidam & hunc versum Syri personae adjungendum. *Donatus.* Quando, postquam, vel quoniam, MSS. plusculi non agnoscunt τὸ Hoc. Neque editio anni 1469. docente Vesterhovio. Intelligitur autem negotium de amico potiunda, & placando Lenone.

43. Hilarem hunc sumamus diem.] Sic infra V. 3. 68. Lucil. Sat. III.

& spatium curando corpori honestum
Sumemus.

Plaut. Epid. I. 2. 54.

eamus intro huc ad te, ut hunc hodie diem
Luculente habeamus.

Valet autem τὸ Sumamus idem quod Consumamus. Quid Helenius Acron hic notaverit & observaverit, vide apud Charisium Lib. II. *Vesterhov.* Sumamus.] Sc. nobis, usurpemus, ἰδιοποιῶμεν, fruamur hoc die. *Minell.* Hilarem sumamus, Hypallagen sapit, pro, ad hilaritatem sumamus, hilaritati impendamus, aut per hilaritatem consumamus.

AC-

ACTUS TERTII

SCENA PRIMA.

SOSTRATA. CANTHARA.

So. OBSECRO, [1] mea nutrix, [2] quid nunc fiet? *Ca.* Quid fiet, rogas?
[3] Recte, aedepol, spero. *So.* [4] Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.

Eeee 2 *Ca.*

1. MEA TU NUTRIX.] MEA nunc pro blandimento ponitur. *Donatus.* OBSECRO, MEA NUTRIX.] Ita praestantissimae editiones, Juntina, Aldina, & his vetustiores. In aliis, OBSECRO TE, MEA NUTRIX. Rursus in aliis, OBSECRO, MEA TU NUTRIX. MSS. variant. *Vesterhov.*

2. QUID NUNC FIET?] Imploratio est magis trepidantis, quam ignoratio & interrogatio. namque illius nutrix est, quippe anicula est: sed non sapientior nutrix est, quam domina sua. *Donatus.*

3. RECTE, — SPERO.] Sic Heaut. I. 1. 107. *Vest.*

4. MODO DOLORES, MEA TU, OCCIPIUNT PRIMULUM.] Evidenter hic MODO temporis praesentis adverbium est. Et rursus MEA TU, blandimentum est: sine quo non progreditur colloquium foeminarum, & maxime trepidantium. PRIMULUM.] Initium, & ipsa origo dolorum, diminutive demonstrata est. *Donatus.* DOLORES, Sub. *partus*: quos *dolores* κατ᾽ ἐξοχὴν (Gr. ὠδῖνας). vocari, observat Vesterhovius ad And. I. 5. 33. ubi allegat Plaut. Cistell. I. 2. 22.

Sine obstetricis opera, & sine doloribus.

Hic porro affert Plaut. Amph. V. 1. 40.

Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperae.

Et Propert. IV. 1. 93.

Idem ego cum Cinarae traheret Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram.

Censet autem in his verbis esse causam timoris, quid por-

Ca. Jam nunc times, [5] quasi numquam adfueris, numquam tute pepereris?

So. [6] Miseram me! [7] neminem habeo: solae sumus. Geta autem hic non adest:

Nec [8] quem ad obstetricem mittam; nec qui arcessat Aeschinum,

Ca. Pol is quidem jam hic aderit: nam [9] numquam unum intermittit diem,

Quin

porro futurum sit, quum filiae doloribus primulum occipientibus ipsa jam adeo graviter laboret.

5. QUASI NUMQUAM ADFUERIS, NUMQUAM TUTE PEPERERIS.] Docte duo proposuit, quibus experientes scientesque rerum sumus, videre & pati. *Virgilius* sic [Aen. II. 5.]

quaeque ipse miserrima vidi:
Et quorum pars magna fui.
Donatus.

ADFUERIS.] Sub. Parientibus. Sic And. IV. 4. 32. *In pariundo aliquot* adfuerunt *liberae:* Vesterhov.

6. MISERAM ME!] Proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiri: ut, [Virgil. Aeneid. IV. 634.]

Annam, chara mihi, nutrix,
huc siste sororem.

Aut se commiserari. ut [Virgil. Aeneid. IV. 420.]

miserae hoc tamen unum
Exsequere, Anna, mihi.

Nam haec omnia [sc. quae hoc & sequenti versu continentur,] muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in acervum rediguntur, & enumerantur nullius momenti querelae. *Donatus.*

7. NEMINEM HABEO: SOLAE SUMUS.] Sic Eun. I. 2. 67. *Vesterhov.* Muliebriter queritur, & ex perturbatione sua aestimans, metu multa facit ea, quae pauca sunt. SOLAE SUMUS.] Quum hoc nomen singularitatis sit, mire SOLAE pluraliter dixit. *Donatus.*

8. NEC QUEM AD OBSTETRICEM MITTAM.] Deest *Habeo.* Sed in consuetudine est sic loqui, quum utrumque nobis, non alterutrum, deesse conquerimur. *Donat.*

9. NUMQUAM, pro *Non.* Et SEMPER non ad omne tem-

Quin semper veniat. *So.* Solus mearum miseriarum est remedium.

Ca. [10] E re nata melius fieri haud potuit, quam factum 'st, hera:

Eeee 3 [11] Quan-

tempus retulit: nam qui potest? sed ad omnes dies. *Donatus.*

10. E RE NATA.] Sic proprie dicimus de iis, quae contra voluntatem nostram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo E RE NATA, ex vitio virginis. *Donatus.* E RE NATA MELIUS FIERI HAUD POTUIT.] Sensus erit: E RE NATA, i. e. postquam res ita nata erat, ut nimirum filiae tuae offerretur vitium, MELIUS FIERI HAUD POTUIT, i. e. Malum illud ad majorem salutem converti non potuit, quam, quod ad Aeschinum attinet, illum esse talem. Dixit vero *Rem natam*, i. e. comparatam. Plaut. Cas. II. 5. 35.

ita rem natam *intelligo.*

Bacchid. II. 2. 40.

ut rem *hanc* natam *esse intelligo.*

Cic. Att. VII 8. Pro re nata. Quod vero Budaeus *rem natam* dicit, quae repente accidit, & nuper, πρᾶγμα γνεωςὶ συμβεβηκὸς, φυόμενον πρᾶγμα, in eo quidem falli videtur. Vel enim *nata res* idem est, quod comparata, vel τὸ *nata* πλεονάζει, ut si dicas, *aptus natus*, pro eo, quod est simpliciter *aptus*. Naevius incerta Fabula:

An nata est sponsa praegnans?
vel ai, vel nega

Neque alio sensu dixit Cicero Fam. VI. 5. *Ea natura est rerum.* Plaut. Pers. III. 1. 23.

Inimici famam non ita, uti nata est, ferunt.

Nasci porro dicitur res, quae accidit. Cic. Att. XI. 25. *Nihil unquam simile natum puto.* In Mss. Leidens. quinque, Mark. Lips. Graev. E RE NATAE, q. d. ex usu filiae. quam lectionem e quindecim Mss. post Rivium defendit Guyetus. Sed scire licet, Terentium NATAM pro filia nunquam, GNATAM saepius dixisse *Vesterb.* E RE NATA, Danice efferrem: Efter den Leylighed. Efter Omstændighederne. Efter den Sagens Beskaffenhed.

Islan-

[11] Quando vitium oblatum eſt; [12] quod ad illum attinet potiſſimum;

[13] Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.

So.

Iſlandice autem: Að ſo vorſnu máli Ur Því ſem ráða er. Ur Því ſem af er að giøra. Ad exempla a Veſterhovio allata addo hoc Ciceronis ad Att. XIV. 6. *Antonii colloquium cum heroibus noſtris* pro re nata *non incommodum.*

11. QUANDO VITIUM OBLATUM EST.] Hoc eſt, E RE NATA. *Donatus.* Nempe id vult Interpres; haec verba reſpicere iſta verſus prioris, E RE NATA, & eorum quaſi interpretamentum eſſe. Sic autem duos hoſce verſus exponit: *Nihil potuit melius e re nata fieri, quam id quod factum eſt, hera. ut quandoquidem vitianda erat virgo, ab eo vitiaretur, qui erat expetendus ad matrimonium.* * VITIUM OBLATUM.] Sic Hec. III. 3. 23. Eadem ratione dixit Hec. V. 1. 14. *Inſcitum* offerre injuriam *tibi immerenti, iniquum eſt.* Veſterhov.

OBLATUM modò, allatum, ſeu illatum.

12. QUOD AD ILLUM ATTINET POTISSIMUM.] Hoc eſt quod MELIUS HAUD FIERI POTUIT, QUAM FACTUM EST. *Donatus.* Sumit ergo, ut mihi videtur, QUOD pro *eo quod, quia.* Ita ſenſus horum fuerit: *Melius evenire non potuit, quam evenit, eô quod vitium filiae oblatum ad illum attinet potiſſimum*, i. e. quod Aeſchinus potius, quam alius quiſpiam, hoc vitium obtulit filiae. Sciendum tamen Donatum ſibi non conſtare; mox enim QUOD per *quantum* interpretatur. ſequitur eum Veſterhovius ad verſ. praeced. nec tamen perſuadet mihi; nam quae eſt cohaerentia hujus orationis: *Malum illud ad majorem ſalutem converti non potuit, quam, —, illum eſſe talem?* Recte autem dici puto, *factum attinet ad illum*, pro ille perpetravit, ille facti auctor eſt.

13. TALEM, TALI &c. laudantis ſunt modò. * TALI GENERE, —, EX TANTA FAMILIA.] *Genus* jam ad vivos pertinet. *Familia* etiam ad defunctos. Alii *Genus* ad no-

So. Ita pol eſt, ut dicis: [14] ſalvos nobis, Deos quaeſo, ut fiet.

nobilitatem referunt, *Familiam* ad copias: ut ſit, EX TANTA FAMILIA, ex tam divite domo. ATQUE ANIMO.] Id eſt, ſapientia, modeſtia. Haec omnia [*omnis.* Veſt.] παρένϑασις tragica, eſt gaudiorum introductio, ante funeſtiſſimum nuntium. *Donatus.* ATQUE ANIMO.] Mſſ. & Impr. quidam, TALI ANIMO. *Veſterhov.*

14. SALVOS NOBIS, DEOS QUAESO, UT SIET.] Quam bonus eſt, quum nihil ad vota praeter ſalutem, opus eſt! *Donatus.* DEOS QUAESO.] Quaſi formulae uſum habet in bene precantibus. Sic And. III. 2. 7. Plaut. Amph. II. 2. 88.

Equidem ſana ſum, & Deos quaeſo, *ut ſalva pariam filium.*

Sed & inprecationibus. Plautus Rud. IV. 7. 30.

At ego Deos quaeſo, *ut quidquid in illo vidulo 'ſt,*
Si aurum, ſi argentum eſt, *omne id ut fiat cinis.* Veſt.

ACTUS TERTII

SCENA SECUNDA.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

Ge. [1] Nunc illud eſt, [2] quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,

1. NUNC ILLUD EST.] *Hic locus, ſecundum artem comicam ſervum currentem exprimit, & nuntiantem mala. Maxima itaque pars Scenae motoria eſt. Significat autem, nunc tale negotium eſt, nunc tale periculum eſt: aut vero* [*an vero*, cum interrogatione, conjicit *Veſterh.*] *conſignificationem temporis habet, ut ſi diceret, quando aut quo tempore.* Donatus. Mallem cum Guyeto, NUNC ILLUD EST, QUUM SI. Si enim

Atque huic [3] malo salutem quaerant, auxilii nihil [4] adferant,

[5] Quod

enim Quod si legas, simpliciter pro Si sumendum erit; quando sensus & constructio parum constabunt. Sed & Plautus dixit Capt. III. 3. 1.

Nunc illud est, quum *me fuisse, quam esse, nimio mavelim.*

Et Rud. III. 3. 31.

Nunc id est, quum *omnium copiarum atque opum*, .
Auxilii, praesidii, viduitas nos tenet.

Ms. Boend. Nunc istud est. *Vesterhov.* Quod tamen tolerari potest, junctum cum verbo afferant versu sequenti.

2. Quod si omnes omnia sua consilia conferant.] Ὑπερβολὴ cum παρονομασίᾳ, Omnes omnia. Hinc *Cicero*, *Omnes in hoc judicio conferant omnia.* Donatus. Si.] Etsi. ita Plautus frequenter. Cic. Att. V. 4. Si *jam res placeat, agendi tamen viam non video.* Mss. Leidenses quinque, Traject. Boend. Lips. Graev. omnes Boecleri, Edd. Tarvis. Mediol. Anonym. Omnia omnes. Sed Edd. Juntarum, Aldi, Rob. Stephani, aliorum, legunt ut edidi. Liv. XXVIII. 24. *Quum* omnia omnes *auderent.* Quinctil. Instit Orat. V. 12. *De* omnibus *his* omnia *dicere.* Et X. 1. Omnia *quae* omnes *auctores dixerint.* Sic Gr. πάντα περὶ πάντων. Consilia conferant.] Sic Heaut. III. 1. 64. *Vesterhov.* Conferant, simul adhibeant. *Paraphrast. Delphin.* Congregent. *Minell.* Seu conjungant. nec ita placet, *una deliberent*, quod Vesterhovius videtur intelligere.

3. Malo salutem quaerant.] Non *Remedium*, ut aegro: sed ut pereunti Salutem. Et nove dixit, Malo Salutem, pro *contra malum.* Donatus.

4. Adferant.] Mire de proximo repetitum est παρόμοιον; id est, Conferant & Afferant. Hoc convenit praesertim stomacho minus verba curantis. Sic supra, Omnes omnia. *Donatus.* Afferant.] Afferre possint.

[5] Quod mihique, heraeque, filiaeque herili eſt. vae miſero mihi!
Tot res repente [6] circumvallant, unde emergi non poteſt;
[7] Vis, egeſtas, injuſtitia, ſolitudo, infamia,
[8] Hoccine ſeclum! o ſcelera! o genera ſacrilega! [9] o hominem impurum!

5. Quod mihique, heraeque, filiaeque herili est.] Mira in ſervo fides, quum primum ſe ponat in herili malo: & poſt ſe, matrem: in ultimo puellam. Mihique, Heraeque, filiaeque &c.] πολυσύνδετον ſecundum. ut [Virgil. Georg. III. 343.]

omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumque, laremque,
Armaque, Amyclaeumque canem, Creſſamque pharetram. Donatus.

Expungit hunc verſum probae Latinitatis & artificii Guyetus, ſed πάθος currentis clamantisque ſervi valde imminuit. *Veſterhov.* Est, Adeſt, aut evenit.

6. Circumvallant.] Circumvallant ſe circa nos, & ſtipant ſe invicem. nam *circumvallamus* nos & alios. tamen rara locutio eſt. Et Circumvallant dixit, velut inimica acies contra nos: & ideo addidit, Unde emergi non potest. Quum impreſſio eſt hoſtium, ſic dicimus. Ut *Salluſtius*: *Preſſi undique multitudine.* *Cicero*, *Qui ſemper premuntur, & nunquam emergunt.* Donatus. Circumvallant.] Valli inſtar, aut hoſtilis multitudinis, nos circumdant & includunt. Metaphora ab re militari. Vid. Caeſar B. G. VII. 11. 1. & 44. 4. Unde, ex quibus, aut quapropter. Emergi, exiri, evadi.

7. Hae res ſunt quae circumvallant. Vis illata: Egestas ipſius puellae: injustitia judicum illius temporis: Solitudo a defenſoribus: Infamia ab iis, qui credunt pretio vitiatam. Nam & in ſubditis ſic habes, *Quando ego conſcia mihi ſum, neque pretium, neque rem ullam interceſſiſſe.* Donatus.

So. Me miseram! quidnam est, quod sic video [10]
timidum, & properantem Getam?

Ge. [11] Quem neque fides, neque jusjurandum, [12]
neque illum misericordia

Re-

8. HOCCINE SECLUM.] Ἐν ἤθει. Questurus de homine, SECULUM accusat prius: ut, *o tempora! o mores!* O SCELERA! O GENERA SACRILEGA!] Moris est nimis dolentibus incusare alia ex aliis. *Virgil.* [Ecl. V. 22.]

Quum, complexa sui corpus miserabile gnati,
Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.

Et [Virgil. Aen. II. 745. Legitur nunc, *Deorumque.* Vest.]

Quem non incusavi amens hominumque Deûmque?

Donatus. Haecne tempora adeo corrupta sunt? *Paraphrasis Delph.* Mox GENERA ponuntur, pro *hominibus.*

9. O HOMINEM IMPURUM!] Aeschinum scilicet. Et hoc ἠθικῶς. nam semper ultimum ponimus eum, cui maxime irascimur. *Donatus.* IMPURUM.] Ita in plerisque Mss. & editis. In quibusdam est IMPIUM. *Vesterhov.*

10. TIMIDUM, perturbatum. Non enim timet, sed dolet. Sic *Plautus* in Bacchidibus, [I. 1. 73 legendum autem, *in navi.* Vest.].

Nam ut ex navi vecta es, credo timida es. Donatus.

11. Ordo est, Hominem impurum, quem neque fides, &c Et saepe repetitum NEQUE, exaggerat crimen admissum. QUEM NEQUE FIDES.] Quia promisit. NEQUE JUSJURANDUM.] Quia juravit. NEQUE — MISERICORDIA.] Quia vim intulit. *Donatus.* FIDES.] Data puellae, de futuris nuptiis. Sic infra III. 4. 27. *Vest.*

12. NEQUE ILLUM MISERICORDIA.] Abundat ILLUM: ut; [Virgil. Aen. V. 457.]

Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.

Et ejus videlicet MISERICORDIA quam amavit, Neque REPRESSIT, ne auderet: NEQUE REFLEXIT, ne faceret. Et sic hoc dictum est, ut a *Virgilio* [Aen. IV. 369.]

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

Num

Repressit, neque reflexit; [13] neque quod partus instabat prope;

[14] Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat. *So.* Non intelligo

Satis, quae loquatur. *Ca.* Propius, obsecro, accedamus Sostrata. *Ge.* Ah!

Me miserum! vix sum [15] compos animi: ita [16] ardeo iracundia.

Nihil

Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem est? Ut [Forte legendum, *Aut*] si non potuit reprimi ne faceret, saltem ut in peccando esset mitior, debuit commoveri. sed melius, quod supra. *Donatus.* NEQUE ILLUM MISERICORDIA.] Mss. quidam & Impressi, NEQUE ULLA MISERICORDIA. Eleganter autem παρέλκει τὸ ILLE post relativum, vel nomen proprium. Ita mox versu 17. & infra III. 3. 4. *Vesterhov.* FIDES & JUSJURANDUM ad verbum REPRESSIT videntur pertinere; MISERICORDIA vero ad REFLEXIT.

13. NEQUE QUOD PARTUS INSTABAT PROPE.] Αὐξητικῶς addidit non tantum mariti, sed etiam patris scelus. *Donatus.*

14. CUI MISERAE.] Deest ei. INDIGNE.] Impie, crudeliter. ut *Virgil.* [Aeneid. II. 285.]

quae causa indigna serenos Faedavit vultus? Donatus.

15. COMPOS ANIMI.] Id est, competentis animi, [Mss. Boend. & Edit. Anon. *Compotentis animi.* Abr. Wielingius malebat; *compotens animi.* Vest.] vel sani animi. cui contrarium est, *inops animi.* Sallustius [in Fragmentis] *Neque animo, neque lingua satis compotem.* quum de amente Septimio loqueretur. Alii, *Compotem animi*, compositum animo [Editio Argentina, *compositum animi.* Vest.] intelligunt. *Donatus.* VIX SUM COMPOS ANIMI.] Id est, vix sum apud me. *Eugraph.* Ira rationi inimica tollit mentem de cardine, cujus faciem vide apud Senecam de Ira Lib. 1. cap. 1. *Farnab.* In Phraseolog. Dan. hoc & se-

Nihil eſt quod [17] malim, quam illam totam familiam mihi dari obviam,

Ut ego [18] iram hanc in eos evomam omnem; dum [19] aegritudo haec eſt recens.

[20] Satis

ſequens ſic redditur: Jeg er ſaa harm, at jeg neppe kand regiere mig ſelv. Bene ſatis quod ad ſenſum; ſed an harm rectè dicatur adjective, de eo mihi quidem non liquet. Cic. Tuſc. Quaeſt. Lib. 4. *Haut immerito iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.*

16. ARDEO IRACUNDIA.] Sic Heaut. V. 1. 48. Plaut. Pſeud. I. 2. 67.
ira incendor. Veſterh.

17. Magis optem. *Paraphraſtes Delph.* ILLAM TOTAM FAMILIAM.] Sc. Micionem Aeſchinumque, cum omni eorum caterva domeſtica: quidam Demeam quoque intelligunt.

18. IRAM HANC.] HANC [Malim, *Hic*] interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque. ut [Virg. Aen. I. 98.]
tuaque animam hanc effundere dextra?
Et [Virg. Aen. IX. 481.]
Hunc *ego te, Euryale, aſpicio?*
Sed nunc pro utroque, HANC dixit. ut *Salluſtius,* [In Fragmentis] de ſcriptione Celtiberi ait, *Hunc igitur redarguit Tarquinius.* Donatus. IRAM HANC IN EOS EVOMAM OMNEM.] Id Graecis eſt ἐμέσαι τὸν πονηρὸν χολῆς χυμόν. Sic infra III. 4. 65. Hec. III. 5. 65. Cic. Amic. 23. *Pati non poſſit, ut non anquirat aliquem, apud quem* evomat *virus acerbitatis ſuae.* Cic. pro Mil. 36. *Nec vero, ſi mihi eripueris, reliqua eſt illa ſaltem ad conſolandum querela, ut his iraſci poſſim, a quibus tantum vulnus accepero.* In quibus verbis pro *querela* malim legere *medela.* Primum enim quae conſolatio in *querela?* Tum *medela* optime opponitur vulneri. Atque ita ſolet Cicero. *Veſterhov.* Metaphora a ſerpentibus. *Farnab.* Confer omnino Donatum infra ad III. 4. 65. Phraſeolog. Dan.

[20] Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo.

Seni [21] animam primum extinguerem ipſi, qui illud [22] produxit ſcelus.

Tum

Dan. At jeg kunde ſtyre min Harm paa dem; Iſlandicè efferrem: At jeg mætti ſkeyta Skapi minu á Þeim.

19. DUM AEGRITUDO HAEC EST RECENS.] Cic. Fam. X. 23. Iracundias *autem harum rerum* recentes *habebant*. Veſterh. Iram vocat *Aegritudinem*, uti Hec. III. 5. 65.

20. SATIS MIHI ID HABEAM SUPPLICII.] Contentum eſſe, & putare ſibi ſatisfactum, *ſatis habere* dicitur. Phorm. V. 8. 40. Plaut. Moſtell. V. 2. 43.

Si hoc pudet, feciſſe ſumtum;
ſupplicii habeo ſatis.

Ita Jupiter apud Lucian. Timone, Πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσαι αὐτοῖς. Dacieria praeter mentem Comici: *Il n'y a rien, que je ne vouluſſe ſouffrir.* Guyetus inficete verſum expungit. Juvenal. Sat. XIII. 180.

At vindicta bonum vita jucundius ipſa.

P. Syrus:

Inimicum ulciſci, vitam accipere eſt alteram. Veſt.

Si particula MODO in fine verſus pro *ſtatim* ſumitur, poterit etiam *Supplicium*, vulgari notione, pro gravi poena ſumi: At ſi dicta particula pro *tantummodo* ſumitur, *Supplicium* ſumendum erit pro *ſatisfactione*, de quo ſenſu aliquid puto me annotaſſe ad Phorm. V. 8. 40. Phraſeolog. Dan. Jeg vil gierne lade mig nøye, kan jeg ikkun komme til at hævn mig paa dem.

21. SENI ANIMAM PRIMUM EXSTINGUEREM IPSI.] Bene EXSTINGUEREM: quia ignis eſt. *Virgilius* [Aen. VI. 730.]

Igneus eſt ollis vigor, & coeleſtis origo
Seminibus. Donatus.

Vitam *lumen* dixerunt, & *flammulam*. Sic Plaut. Ciſtell. III. 12. *lumen linque.* Inde *extingui* eſt morti dari. Plaut. Truc. II. 6. 43.

hic nos extinxit *fames.*

Virg. Aeneid. IV. 605.

natumque, patremque

Cum

Tum autem [23] Syrum impulsorem, vah; quibus illum lacerarem modis!.
[24] Sublimem medium arriperem, & [25] capite primum in terram statuerem,

Ut

Cum genere extinxem. Eadem metaphora Scriptoribus sacris usurpata. Sic Hiobi XVII, 1. *Vesterhov.* Minellio, ANIMAM EXTINGUEREM, valet *suffocarem*, quod & in mentem venisse Vesterhovio credibile est, alleganti hoc Lucilii apud Non. v. *Elidere:*
Injuriatum hunc in fauces invasse, animamque
Elisisse illi.

22. PRODUXIT.] Genuitne, an educavit? utrumque enim *producere* est. Plaut. Bacchid. III. 3. 51.
qui illum produxit sibi.
Asin. III. 1. 40.
Audientem dicto, mater, produxisti, *filiam.*
Dacieria: *Qui a donné le jour a ce monstre.* Videturque aptius de generatione intelligi. Lucil. Sat. Lib. XXIII.
Ducunt uxores, producunt, *quibus haec faciam, liberos.* Vesterhov.

23. SYRUM IMPULSOREM.] H. e. improbum adolescentis magistrum. Sic Eun. V. 6. 18. Et infra IV. 2. 21. *Vesterhov.* VAH, QUIBUS ILLUM LACERAREM MODIS!] Hic immodica voluntas ostenditur, poenam pro merito reposcentis. Et nota, quum SYRUM dixerit, addidisse nutus de supercilio. *Donatus.* QUIBUS.] Q. d. *quam* acerbis, asperis. LACERAREM, dilaniatem. *Minell.* Articulatim conciderem. Sic Plaut. Curc. IV. 4, 20.
Jam ego te faciam, ut hic formicae frustillatim differant. Vesterhov.

24. SUBLIMEM MEDIUM ARRIPEREM.] SUBLIMEM, in altum sublatum ut caderet gravius. MEDIUM, per medium corporis. ARRIPEREM, celeriter & cum impetu caperem eum. *Medium arripere*, est ita tenere [seu potius, apprehendere] ut extricare se nullo modo possit. *Minell.*

25. CAPITE PRIMUM IN TERRAM STATUEREM.] Assentior Palmerio & Guyeto, legentibus, CAPITE PRONUM &c. Juvat hanc lectionem, quod nonnullae editiones ha-

Ut [26] cerebro dispergat viam.

Ado-

habent, SUBLIMEM MEDIUM PRIMUM ARRIPEREM, ET CAPITE IN TERRAM STATUEREM SCILICET quia τὸ PRIMUM suspectum erat, varie collocatum est. Sed & pronus error fuit PRIMUM describentis ἀντὶ τοῦ PRONUM. Neque ullum commodum sensum habet τὸ PRIMUM, sed incuriose repetitum videtur ex versu 16. Imitatus Virgilius Aen. I. 115.

excutitur, pronusque *magister*
Volvitur in caput.

Plaut. Capt. IV. 2. 13.

qui obstiterit, ore sistet.

Et μεταφορικῶς Mil. III. 2. 36.

capite sistebas *cadum.*

Lucilius Lib. XXVII. *Hos e fenestris* in caput dejiciam, *qui prope ad ostium aberraverint.* Vesterhov. Potest tamen CAPITE PRIMUM tolerari, & exponi *praecipitem*: Forte Hypallage est, pro *Capite primo*, o: praeeunte, praeruente (ut ita dicam) reliquum corpus * STATUEREM.] Inmitterem. *Murell.* Alliderem. *Paraphrast. Delph.* Validè intruderem. Phraseol. Dan. omitt. PRIMUM: cetera reddit: Jeg skulde sette Hovedet imod Jorden.

26 UT CEREBRO DISPERGAT VIAM.] Et cerebrum & via dispergi potest: ideo videtur ambiguum. ut apud *Virgil.* [Aen. IV. 664.]

ensemque cruore
Spumantem, sparsasque manus.

Aliter enim dicitur, [Virgil. Ecl. V. 40.]

Spargite humum foliis.

Aliter, [Virgil. Aen. IV. 512.]

Sparserat & latices simulatos fontis Averni. Donatus.

UT CEREBRO DISPRRGAT VIAM.] Ita edd. veteres. Neque insolens est Enallage temporis, quam non admittentes alii DISPERGERET ediderunt. Accedit Getae prae iracundia quid dicat vix scientis furor. Observat autem Jodocus Willichius, respici historiam Polyphemi, quem ita quosdam sociorum Ulyssis mulcasse narrat Homerus. Vid. Eun. IV. 7. 33. & infra IV. 2. 32. V. 2. 7. Ennius Fragm. Lib. VI.

. *telo*
Transfeigit corpus, saxo cere comminuit brum.

Vir-

Adolescenti ipsi [27] eriperem oculos: post haec praecipitem darem.

[28] Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.

Sed

Virgil. Aen. III. 625.
Frangeret ad saxum, sanieque exspersa natarent Limina.
Idem Aen. V. 413.
Sanguine cernis adhuc, sparsoque infecta cerebro. Vest. DISPERGAT.] Diversis partibus spargeret. *Minell.*

27. ERIPEREM OCULOS.] Bene OCULOS, amoris indices [forte *illices*, ɔ: qui eum in amorem illexerunt. Sed hos puellis maxime tribui observat Vesterhovius, citatque Interpretes ad Cantic. IV. 9. & Phaed. IV. 4. 4.] adjutoresque flagitii. POSTHAEC PRAECIPITEM DAREM.] Gravior poena coecitatis, non providere quo cadas. *Donatus.* ERIPEREM OCULOS.] Idem Chaereae amatori minatur Pythias, Eun. IV. 3. 6. Quod capio de *oculis emissitiis*, quos Plautus vocat, Aul. I. 1. 2. *Vest.*

28. CAETEROS.] Sub. ex ista familia. * RUEREM.] *Ruere*, activam vim habet. *Sallustius* in secundo, *Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur.* *Ruere* enim, est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipsi praecipites alios prosternunt. Unde proprie *sues* ruere dicuntur. *Virgil.* [Georg. III. 255.]
Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.
Et *Horatius* [Epist. II. 2. 75. sed legitur nunc, *hac lutulenta.* Vest. Item, *Hac rabiosa.*]
Hanc rabiosa fugit canis, ac lutulenta ruit sus. Donat.
RUEREM.] Impetum minitantis servi juvant cum litera canina R. saepius iterata hoc versu, tum ἀσύνδετον. Loquitur autem more bellico & militari. Sic Plaut. Capt. IV. 2. 16. & 20. Trin. IV. 1. 17.
Imbres, fluctusque atque procellae infensae frangere malum,
Ruere *antennas, scindere vela.*
Cic. Att. II. 15. *Tamen seu ruet, seu eriget rempublicam.* Virg. Georg. I. 105.
cumulosque ruit, male pinguis arenae.

Aen.

Sed cesso heram [29] hoc malo impertiri propere? *So.* Revocemus. Geta!

Ge. Hem! [30] quisquis es; sine me. *So.* [31] Ego sum Sostrata. *Ge.* Ubi ea est? te ipsam quaerito:

[32] Te exspecto: oppido opportune te obtulisti mihi obviam,

Hera.

Aeneid. XII. 454.

ruet *omnia late.* Vest. AGEREM.] Prosequerer, premerem. *Virgilius* [Aeneid. IV. 245.]

Illa fretus agit ventos.

Id est, nimia celeritate persequitur, & pene occupat, praevenitque. *Donatus.* RAPEREM.] Raptim comprehenderem. *Minell.* Distraherem. *Paraphrast. Delph.* Id est, nunc in hanc partem, nunc in illam, raptarem. * TUNDEREM.] Contunderem, contererem fabrorum more, qui malleis tundunt saepe incudem [seu potius, ferrum], ictus repetentes. *Minell.* Guyetus reponit, FUNDEREM, quasi magis militare. Sed nulla Codd. auctoritate nititur. *Vesterhov.*

29. HERAM HOC MALO IMPERTIRI.] H. e. eam de hoc malo certiorem facere. Plaut. Stich. I. 1. 32.

Ubi sint, quid agant, ecquid agant,
Neque participant nos, *neque redeunt.*

Et II. 1. 27.

obsecret, se ut nuntio hoc impertiam.

30. QUISQUIS ES.] Formula qua utebantur, quum nescirent, cum quo loquerentur. Phorm. I. 4. 19. Virgil. Aen. I. 391.

Quisquis es, *haud, credo, invisus coelestibus auras*
Vitales carpis. Vesterh.

31. EGO SUM SOSTRATA.] Haec ideo inducitur, ut verisimile fit supra non visam Sostratam: quando etiam vix nunc agnoscitur ab irato. *Donatus.* Vel aversum Getam pallio prehendit Sostrata, vel servus perturbatus prae iracundia non videt heram. *Vesterhov.*

32. TE EXSPECTO.] H. e. Vehementer cupio te convenire, seu tecum loqui.

Hera. *So.* Quid eſt? quid trepidas? *Ge.* [33] Hei mihi! *So.* [34] Quid feſtinas, mi Geta? [35] Animam recipe. *Ge.* [36] Prorſus! *So.* Quid iſtuc prorſus ergo 'ſt? *Ge.* [37] Perimus!

Actum

Ex mente Donati, *Exſpectare* eſt, impatienter cupere, & ſine praeſcriptione temporis; *Sperare*, juxta certum tempus.

33. HEI MIHI!] Egregio artificio Geta feſtinando quaſi exanimatus minutatim & fere ſingulis vocibus deficiente quaſi anhelitu effert, HEI MIHI! [PRORSUS!] PERIMUS! ACTUM 'ST! JAM! AESCHINUS. donec recepta anima, ALIENUS EST AB NOSTRA FAMILIA. *Veſterhov.*

34. QUID FESTINAS.] Perturbaris. QUID FESTINAS, MI GETA?] *Probus* aſſignat hoc Softratae. *Aſper* non vult ad omnia ſervum reſpondere: [Pro *ſervum* legendum videtur *Soſtratam*. Niſi tamen potius ſcripſit Donatus: *a domina ſervum reſupinari.* Ita de altero Geta currente, Phorm. V. 6. 24. *Veſterhov.*] ſed nutricem putat hoc loqui. *Donatus.* Laudat Aſperum Grammaticum Guyetus, verba haec Cantharae nutrici, non Softratae tribuentem, utpote blandiora, quam pro matrona & ſervo dicta. Sed & heri heraeque ſervis & ancillis blandiebantur, quoties uſus veniebat. Tum Geta ſolus omnem familiam ſuſtentabat. *Veſterhov.*

35. Ideo dicitur, ANIMAM RECIPE, quia *Geta* prae anhelitu crebriore verba continuare non poſſit. *Donatus.* ANIMAM RECIPE.] H. e. Reſpira. Heaut. II. 2. 12. Phorm. V. 6. 29. Plaut. Epid. II. 2. 21.

Recipiam anhelitum.

Merc. III. 4. 16.

priusquam recipiam anhelitum.

Flor. II. 3. 1. *Ad recipiendum ſpiritum.* Sed & defeſſi currendo *exanimari* dicebantur. Et adparet, Donatum ANIMAM, legiſſe, non ANIMUM, quomodo tamen eſt in quibusdam Mſſ. & Edd. praeſtantiſſimis, quia de anhelitu interpretatur; cum *animus* ad conſternationem potius referatur. Liv. II. 50. *Mox ut reſpirandi ſuperior locus ſpatium dedit*, recipiendique a pavore tanto

Actum 'ſt! *So.* 38 Eloquere ergo, obſecro te, quid ſit. *Ge.* Jam! *So.* Quid jam, Geta?
Ge. Aeſchinus! *So.* Quid is ergo? *Ge.* 39 Alienus eſt ab noſtra familia. *So.* Hem!
Perii! quare? *Ge.* 40 Amare occepit aliam. *So.* 41 Vae miſerae mihi!

Ffff 2 *Ge.*

to animum, *pepulere etiam ſubeuntes.* Accius, Erigona: *Sapimus* animo, *fruimur* anima: *ſine* animo anima *eſt debilis.*
Lucilius Lib. XX.
Eduxique animam *in primoribus naribus.* Veſterh.

36. PRORSUS.] Commotus dicit PRORSUS, actu commoto, feſſo, & anhelanti, ob perturbationem & contentum curſum. *Donatus.* Sub. *Perimus*, quod non potuit ſimul proferre, prae anhelitu nimio.

37. PERIMUS! ACTUM 'ST!] Jam bina verba junguntur. PERIMUS! ACTUM 'ST.] Verba ſunt deſperationis. Nam ACTUM 'ST, dicitur de ea re, de qua jam lata ſit ſententia. *Donatus.*

38. Bene ELOQUERE. nam conatur tantum, quod nec explicatur, nec intelligitur: cui vitio contraria virtus eſt *Eloquentia.* * JAM.] Plus hic geſtu, quam dictu agitur, [*dictis*, corrig. *Veſt.*]: quia ut ſupra diximus, & laſſus eſt: & integratur dolor nuntii, quum apud illum loquitur, ad quam maxime calamitas pertinet: quo dolore, vox plerumque ſubtrahitur atque ſingultit: & ſimul dat ſignum perditarum rerum. *Donatus.* * Ita diſtinguendum putabam, cum antea in Donato legeretur, *jam plus hic geſtu* &c.

39. ALIENUS EST AB NOSTRA FAMILIA.] Sic verſu 40. & Hec. IV. 4. 56. *Veſterhov.* Alienavit animum ſuum a nobis. *Paraphraſt. Delph.* Aut, non amplius pertinet ad noſtram familiam, ſeu, Disjunctus a noſtra familia eſt. Vide Veſterhovium ad verſ. 32.

40. Pejus eſt AMARE OCCEPIT, quam, *Amat.* Nam in eo quod dixit, OCCEPIT, augmenta mali metuenda ſignificat. Et OCCEPIT, magnum facinus dixit. *Donat.*

41.

Ge. [42] Neque id occulte fert: [43] ab Lenone ipſus eripuit palam.

So. [44] Satin' hoc certum 'ſt? *Ge.* Certum: [45] hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata. *So.* [46] Ah! Me

41. VAE MISERAE MIHI!] Mire interponuntur [Mſ. Boend. & impreſſi veteres cum Rob. Steph. & Lindenbr. *interponitur.* Veſt.] mulieris affectus novo nuntio. *Donatus.*

42. NEQUE ID OCCULTE FERT.] H. e. Neque occulte habet, occultat, celat. Cicero Philipp. X. 7. *Sed jam video, quid loquantur. neque enim id* occulte ferunt. Ubi vulgo legitur. *faciunt.* Idem pro Cluent. 19. *Neque id* obſcure ferebat; *nec diſſimulare ullo modo poterat.* Paradox. 6. 1. *Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquam* obſcure tuliſti. Contrarium eſt *prae ſe ferre.* Cic. pro C. Rabir. 5. *Profiteor*, & prae me fero. Pro P. Sext. 28. *Ea quae ſenſit*, prae ſe tulit. Pro Arch. 11. *Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt, ſed* prae nobis ferendum. *Veſterhov.* Iſtud bene exprimeretur Iſlandicè: Hann ferr ekki leynt með það. Han hefer það í öngri launúngu (Hylmíngu)

43. Quis magis potuit impudens eſſe, quam qui poſt honeſtum amorem, AB LENONE amet? Hoc etenim ſignificat meretricem. *Donatus.* Apparet Donatum poſt LENONE diſtinxiſſe, & illud AB LENONE retuliſſe ad ſuperius, AMARE OCCEPIT ALIAM: Nota ſunt iſta Plauti, Pſeud. I. 2. 69. *Ubi ſunt, — qui* amant a lenone? & Poen. V. 2. 132. Amat a lenone *hic.* Melius tamen arbitror junctim haec legere, & AB LENONE intelligere *ex domo lenonis.*

44. SATIN' HOC CERTO?] Magnis malis non ſtatim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit, quod ſtupet audiens: non quia non habet fidem. *Donat.* Faërno Donatus legit, SCISNE HOC CERTO? Atque ita eſt in Editione Anon. cum apud Poëtam, tum apud Interpretem. ſed & Mſ. Boend. In aliis Libris eſt, So. SATIN'

Me miseram! 47 quid credas jam? aut cui credas? 48 nostrumne Aeschinum?

Ffff 3 49 No-

TIN' HOC CERTO? GR. CERTO. Rursus in aliis, inter quos Ms. Graev. & Edit. Mediol. utrobique est CERTE. *Vesterhov.*

45. HISCE OCULIS.] Ἰδιωτισμὸς asseverantis. *Donatus.* Sic Heaut. III. 3. 3. Plaut. Mil. II. 3. 19.

egomet duobus hisce oculis meis Vesterhov.

46. AH!] Interjectio est flentis. *Donatus.* Mss. & Impressi quidam veteres, AH, AH! *Vesterhov.* ME MISERAM!] Mira affectio. nam lachrymae non sinunt finire sensum. *Donatus.*

47. QUID CREDAS? AUT CUI CREDAS?] Fides, aut personae qualitate servatur, si gravis persona est, cui creditur: aut ipsius rei qualitate, si ea res creditur, in qua fallere, cui creditur, aut non potest, aut non debet. Hic ergo mire in utroque jam fidem dixit nullam esse, & in persona, & in re. Quod *Virgilius* [Aeneid. IV. 373. ubi hunc Nostri locum citat Servius.] transtulit, breviusque dixit,

Nusquam tuta fides.

Hoc est, nec in re, nec in persona. *Donatus* Ita loquitur, quia Aeschinus fidem & jusjurandum dederat, se nunquam deserturum Pamphilam. Neque enim quidquam jurejurando sanctius. Sic Heant. II. 3. 15. Hec. V. 1. 24. Plaut. Bacchid. III. 3. 87.

Satin' ut quem tu habeas fidelem tibi, aut quoi credas, nescias. Vesterhov.

48. NOSTRUMNE AESCHINUM? NOSTRARUM VITAM OMNIUM?] Ἐλλειπτικῶς omnia: quia fletus impedit verba. Deest autem, *Hoc fecisse*, vel quid tale. *Donatus.* NOSTRUMNE AESCHINUM.] Qui in eadem familia erant, *nostri* dicebantur; qui non erant, *alieni.* Plaut. Amph. I. 1. 243.

Certe aedepol, tu me alienabis nunquam, quin noster siem

Mil. II. 5. 21.

nos nostri, *an* alieni *simus.*

Et versu 23.

Certe equidem noster *sum.*

Dixit igitur Sostrata NOSTRUM AESCHINUM, quod crederet nuptias ejus cum Pam-

[49] Noſtrarum vitam omnium? [50] in quo noſtrae ſpes, omnesque opes ſitae
Erant: qui ſine hac jurabat ſe unum [51] numquam victurum diem:
[52] Qui ſe in ſui gremio poſitúrum puerum dicebat patris;
[53] Ita

Pamphila ratas futuras. In pluſculis autem Mſſ. & Edd. optimis eſt, Nostrum Aeschinum; quod licet ad metrum minus aptum ſit, videtur tamen ſubitae admirationi magis ſervire. *Veſterhov.*

49. Nostrarum, Quia hic de ſolis loquitur mulieribus, dixit pro, *Noſtrûm*, ambiguitatis vitandae cauſa. Sic Eun. IV. 4. 11. Ubi Donatum conſulas. Edd. vulgares praeferunt, Nostram. * Vitam.] Delicias & gaudium. Et eſt in blanditiis amatoriis. Plaut. Caſ. I. 47.

Mea vita, *mea mellilla* [al. *medulla*,] *mea feſtivitas.*

Aſin. III. 24.

certe enim tu vita *es Mihi.*

Stich. IV. 2. 6.

O mea vita, *o mea voluptas, ſalve.* Veſterhov.

50. In quo nostrae spes, omnesque opes sitae.] Comicum eſt, Spes & Opes jungere. Plaut. Amph. V. 1. 1.

Spes atque opes *vitae meae jacent ſepultae in pectore.*

Capt. II. 3. 85.

Tibi commendo ſpes opesque *meas.*

Salluſt. Catil. 21. *Quid ubique* opis *aut* ſpei *haberent.* Idem Jug. 114. Eleganter autem *Spes ſita in aliquo* dicitur, & *aliquis ſitus in ſpe.* Sic infra III. 4. 9. Phorm. III. 1. 6. Heaut. V. 2. 44.

Adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus *erit.*

Confer Lexic. Parei, v. *Virgo ſperata.* Veſterhov. Sitae, Poſitae. nam *ſitum* eſt quidquid in loco ſuo poſitum non evertitur. *Donat.*

51. Numquam victurum.] Plaut. Pſeud. I. 1. 92.

Profecto nullo pacto poſſum vivere
Si illa a me abalienatur, atque abducitur. Veſterh.

52. Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat.

53 Ita obfecraturum, ut liceret fibi hanc uxorem ducere.

CEBAT PATRIS.] Gerardus Falkenburgius fuo Codici adfcripferat: *Qui fe in fui gremio pofiturum puerum dicebat, patreis ita obfecraturum. Ut primitivum fit pro poffeffivo.* ἐν τῷ ἑαυτῦ κόλπῳ, In Mf. Lipf. & Boenderm. legitur eodem modo, nifi quod PATREM habent; quomodo & Fabrini edidit, & Juntae, cum Aldo. Scioppius & Georg. Fabritius exiftimant τὸ PATRIS dictum pro PATREIS vel PATRES; quafi Aefchinus dixiffet, fe utrumque patrem, Micionem adoptivum, & Demeam genuinum effe obfecraturum. Verum, praeterquam quod non folet Aefchinus, nifi de uno patre facere mentionem, vide infra IV. 4. 20. omnino fenfus & conftructio videtur effe: *Qui dicebat, fe pofiturum puerum recens natum in gremio patris fui Micionis, atque ita obfecraturum, & patris mifericordiam imploraturum, ut ex qua fufcepiffet hunc puerum, hanc fibi liceret uxorem ducere.* Neque enim videbatur non poffe ad mifericordiam moveri pater, fi puerum fcitum ipfe ulnis complecteretur. Hunc vero ritum ufitatum fuiffe Graecis, difcas ex Homero Iliad. IX. 453. ubi Phoenix ad Achillem:

πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀισθεὶς,
Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπικέκλετ' Ἐριννῦς,
Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα,

pater autem meus ftatim fufpicatus
Multa imprecatus eft, odiofa vero invocabat Furias,
Ne unquam genibus fuis imponeretur dilectus filius
Ex me genitus.

Neque aliter Clariffimi Viri, Immanuel Tremellius & Francifcus Junius ceperunt locum Genes L. 23. Suet. Aug. 34.
Accitos Germanici liberos, receptosque partim ad fe, partim in patris gremium, oftentavit. Ennius, Iphigenia:
neque unquam tuum

In

Ge. [54] Hera, lacrumas mitte: ac potius, quod ad hanc rem opus eſt, [55] porro conſule.
[56] Patiamurne, an narremus cuipiam? *Ca.* Au! [57] mi homo, ſanusne es?
An hoc proferendum tibi videtur usquam eſſe? *Ge.* Mihi quidem non placet.
Jam primum, illum alieno animo a nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc

In gremium extollas liberorum ex te genus.
Eundem porro ritum reſpexit Claudianus in Rufin. I. 92.
quem prima meo de matre cadentem
Suſcepi gremio.
De ipſo autem ritu non tantum tollendi partus, ſed & amplectendi & ſinu fovendi, conſule Alfonſum a Caranza, de partu. C. 4. n. 8. ſeqq. Adde Numer. XI. 12. Inde nata Virgilii locutio Aen. IX. 260.
quaecunque mihi fortuna, fidesque eſt,
In veſtris pono gremiis. Veſt. In Paraphraſi Delphini vocabulum PATRIS ſumitur de ipſo Aeſchino, Ea enim ſic habet: *Qui pronuntiabat ſe puerum, qui naſciturus eſſet, pro ſuo legitimo in ſuo ſinu poſitum educaturum?* Ita ſane intelligi poteſt, dum modo ante PATRIS ſubaudiamus, *utpote.* Veſterhovii tamen interpretatio multo praeſtat.

53. ITA.] Poſtea, quaſi a Gr. εἶτα. Veſterhov.

54. HERA, LACRUMAS MITTE: AC POTIUS &c.] Hinc *Virgil.* [Aen. XII. 156.]
Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Juno.
Sentit autem, non lachrymis agendum, ubi conſilio opus eſt. *Donatus.*

55. PORRO, in reliquum, deinde, vel in futurum. *Donatus.* CONSULE.] Conſilium quaere. *Paraphraſtes Delph.* Mſſ. quidam & edd. veteres, PROSPICE. Senſu & metro plane eodem. *Veſterhov.*

56. Feramus cum ſilentio. *Paraphraſtes Delph.*

57. MI HOMO, nunc eſt objurgantis.

Nunc si hoc palam proferimus, ille [58] inficias ibit, sat scio.
[59] Tua fama, & gnatae vita in dubium veniet. [60] tum si maxime
Fateatur, quum amet aliam, non est utile hanc illi dari.
Quapropter [61] quoquo pacto tacito est opus. *So.* Ah! minime gentium:
[62] Non faciam. *Ge.* [63] Quid agis? *So.* Proferam. *Ge.* Hem! [64] mea Sostrata, vide, quam rem agas.

58. INFICIAS IBIT.] Nimirum Pamphilam a se compressam, atque inde gravidam esse factam. Sic versu 49. *Vesterbov.*

59. TUA FAMA, ET GNATAE VITA.] Tibi enim crimini erit, vitiatam esse filiam: illi etiam oberit, Et utrum *Vitam*, salutem dicit? IN DUBIUM.] In periculum. *Donatus.* GNATAE VITA IN DUBIUM VENIET.] Id vult, Pamphilam videntem, se deseri ab Aeschino, prae aegritudine morituram, vel certe vitam ei suavem non futuram, Sic And. V. I. 3. *Vesterbov.*

60. TUM, deinde, secundò; hic est particula ordinis, respondens praecedenti JAM PRIMUM. * FATEATUR.] Vitiasse filiam. *Donatus.*

61. QUOQUO PACTO.] Quocunque modo. *Minell.* Quicquid horum ponamus, sive inficias iturum Aeschinum, sive fassurum. Phraseolog. Dan. reddit: Hvordan man kand.

62. NON FACIAM, dixit, pro *Non tacebo*: quasi *tacere* aliquam actionem habeat. sed moralis significatio est, & communis omnibus: sicut *advocatum* dicimus *male fecisse*, quum tacuerit. *Donatus.* NON FACIAM.] Ἀνακόλουθον. Inferendum enim fuerat, *Non tacebo.* Sed solent *Faciendi* verbo ita uti. Sic Cic. Fam. VI. I. *Narravit, te interdum sollicitum solere esse vehementius:* *quod*

So. Pejore res [65] loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt.

Primum [66] indotata eſt: tum praeterea, [67] quae ſecunda ei dos erat,

Periit:

quod facere *non debes.* Idem etiam nunc in pluſculis linguis uſitatum. *Veſterhov.*

63. Quid agis?] Edd. quaed. veteres, Quid ais? & mox rurſus, Vide, quam rem agas. *Veſterhov.*

64. Malim haec tribuere Nutrici, nam heram proprio nomine appellare, minus convenit perſonae ſervi.

65. Loco.] Statu. Heaut. II. 3. 118. *Veſterhov.*

66. *Indotatam*, pauperem modo dicit. *Donatus.*

67. Quae secunda ei dos erat, Periit.] Virginitatem intelligit, & illibatam pudicitiam. Sic Alcumena apud Plautum, Amph. II. 2. 209.

Non ego illam mihi dotem *eſſe duco*, *quae* dos *dicitur*,
Sed pudicitiam, *& pudorem*, *& ſedatum cupidinem.*

Aul. II. 2. 62.

Dummodo morata recte veniat: dotata *eſt ſatis.*

Auſonius in dictis Biantis:

Quae dos *matronae pulcherrima?* vita pudica.

Sed & formam in magna *dotis* parte exiſtimabant. Ovid. Metam. XI. 301.

quae dotatiſſima forma
Mille procis placuit.

Afranius apud Non.

Formoſa *virgo eſt.* dotis dimidium *vocant.*
Iſti, *qui* dotes *negligunt uxorias.*

Pragmaticis Virgo paupercula, ſed bella, *dotem in fronte* dicitur *gerere*; unde & *laeſae formae* actionem ei concedunt. quod tamen juri Antiquo videtur contrariari, quod *corpus liberum* aeſtimari poſſe negat. Inde quaecunque commendant rem, *dotis* nomine veniunt. Phaed. I. Prol. 3. Ita *dotes* praediis adſcribi, monebat me humaniſſimis literis Ampliſſimus Vir, Cornelius Bynkershoekius, citans l. 2. §. 1. & l. 20. 1. & 2. ff. *de Inſtr. vel Inſtr. legat. ſed & apud Plin. Lib.* I. *epiſt. ult.* Additque: *A pudicitia autem cum puellae commendentur, haec recte earum* dos *dicitur; ſed* ſecunda; *quia, ut*

Periit: [68] pro virgine dari nuptum non potest, [69] hoc reliquum est,

[70] Sin inficias ibit, [71] testis mecum est annulus, quem [72] amiserat.

Post-

ut ait ille, *virtus post nummos.* Ceterum, uti virginitas SECUNDA DOS Terentio, ita clementia Imperatorum *dos prima* dicitur a Fl. Vopisco, in Aureliano cap. 14. *Vesterhov.*

68. PRO VIRGINE: id est, virgo: ut, *Nunc plane est pro nova*, id est, nova. Aut nec virgo, necpro virgine nubere potest. non virgo: quia vitiata est. nec pro virgine: quia res diffamata est. *Donatus.* PRO VIRGINE DARI &c.] Atque adeo omnino illocabilis erat. Ἀνεκδόσιμοι enim vocabantur virgines ἄπροικοι, i. e. indotatae. Plaut. Aul. II. 2. 14. *Vesterhov.*

69. HOC RELIQUUM EST.] Hoc solum remedium huic malo relictum est; sc. *Rem proferre palam.* Et post haec verba, sic intellecta, maximam distinctionem collocandam arbitror. Minellius exponit, Quantum ad caetera. In Paraphrasi Delph. omittuntur. Vesterhovii mentem videbimus mox n. 72. falsam, mea sententia, modo SIN legatur initio versus sequentis; nisi quidem statuamus Hyperbaton, & haec sic ordinemus: *Sin inficias ibit, hoc reliquom est.*

70. SI INFICIAS IBIT.] Si negabit. *Donatus.* Magna Librorum pars, SI &c. Utrum elegantius sit, merito dubites. [Dubitaret alius quidam: at ipse Vesterhovius non debuit dubitare, quin SI praeferret.] Quod autem Boeclerus reperit, SI IN INFICIAS IBIT, atque inde τὸ SIN confirmari putat, non magis sequitur, quam ex lectione Ms. Boenderm. SI INFICIAS INIBIT. *Vesterhov.* Duae istae lectiones faciunt cum Vossio, qui *Inficias ire* dictum censet, pro, *ad inficias ire.*

71. TESTIS MECUM EST ANNULUS.] Locutio haec sic capienda est: *Hic est annulus pro me testis.* Vel sic, *Annulus & ego testes sumus.* Sed melius quod supra. *Donatus.*

Neu-

Poſtremo, [73] quando ego conſcia mihi ſum, a me culpam eſſe hanc procul:
[74] Neque pretium, neque rem ullam interceſſiſſe, illa aut me indignam, Geta,
[75] Experiar. *Ge.* [76] Quid iſtuc? [77] accedo, ut melius dicas. *So.* Tu, quantum potes,
Abi,

Neutrum horum vult; ſed ſenſus eſt, Annulus eſt penes me, teſtis, Pamphilam ab Aeſchino eſſe violatam. Donatus ad Eun. III. 3. 9. MECUM, *penes me ſignificat.* Veſterhov.

72. Mſſ. Mark. & Boenderm. Edd. an. 1469. & Veneta 1490. QUEM IPSE AMISERAT. Guyetus verſum hunc, in quo palmarium Soſtratae argumentum eſt, ſpurium vocat. Sed nec proxime praecedens ſine hoc ſtare poteſt; hoc enim reliquum erat, ex annulo convincere Aeſchinum. Sed & *Annuli* in re ſimili mentio, Hec. V. 3. 23. Dicitur porro ANNULUS TESTIS, uti *res auctor*, apud Plaut. Trin. I. 2. 70.

Id ita eſſe ut credas, rem *tibi* auctorem *dabo*. Veſt.

73. QUANDO, pro quoniam. *Donatus*. Virg. Aen. I. 265.

quando *haec te cura remordet*. Veſterhov.

A ME CULPAM ESSE — PROCUL.] I. e. Vitium filiae oblatam, nulla ratione mihi imputari poſſe, quaſi proſtituerim pudicitiam ejus, aut minus diligenter aſſervaverim.

74. NEQUE pretium, NEQUE REM ULLAM INTERCESSISSE.] Nihil, quod nomine, vel ſpecie pretii venire poſſit. Si vero pretium meretricibus pro nocte dari ſolitum interceſſiſſet, jam ſpes omnis aliquando nubendi decolaverat Pamphilae. Quam rem multis exſequutus eſt Boeclerus. *Veſterhov.* NEQUE REM ULLAM.] Hoc eſt, internuntium, pactum clam, aut promiſſum. *Donatus*.

75. EXPERIAR.] Apud judices agam. *Donatus*. Gr. ἀγωνίζεσθαι καὶ δίκην λαγχάνειν vocant actionem in judicio intendere. An autem ideo contendere judicio dixerunt *Experiri*, quod judiciorum alea eſt dubia,

Abi, atque 78 Hegioni cognato hujus, rem omnem narrato ordine:

Nam is 79 nostro Simulo fuit summus; & nos 80 coluit maxume.

Ge.

bia, & eventus incertus, atque ideo *experiendum*, quid judices decreturi sint? *Vesterhov.*

76. Quid istuc?] Verbum est aegre consentientis: quasi qui dicat, *Quid hic resistam?* Donatus.

77. Accedo, ut melius dicas.] Fateor, te rectius sentire, seu, tuam sententiam mea esse meliorem. & ut, pro *quod*, intelligere debemus, si verba hoc sensu capimus. Neque incommode exponit Vesterhovius; *Accedo ad tuam sententiam, melius esse, ut proferatur, quam ut celetur. Ac proin, dicas.* Alter autem sensus, a Vesterhovio propositus: Accedo ad sententiam tuam, ut bona verba loquaris, parum mihi probabilis fit. Abr. Wielingius, apud Vesterhovium vel cum Donato Dicam legit, vel ellipsin statuit, q. d. Ut quae melius dicas: hoc de ellipsi antea placuerat Paraphrastae Delphini. Notat autem Vesterhovius, illis, Ut melius dicas, in uno Mss. Leid. & Ms. Lips. suprascriptum esse, *Hanc causam*. Idem docet, Priscianum Instit. Grammat. Lib. XVI. legere. Accedo, ut rectius dicas.

78. Atque Hegioni.] Apud *Menandrum* Sostratae frater inducitur. Hujus.] Filiae suae [forte, *meae*.] scilicet. *Donatus*.

79. Nostro.] Cur non potius Meo? cum Simulus videatur fuisse maritus Sostratae, pater Pamphilae. *Vesterhov.* Nostro.] Meo marito, patri Pamphilae, tuo hero. * Simulo.] Nomen patris puellae: diminutivum a Simo, vel Simone. Et nota nomen in Pallita Fabula Latine diminutivum. *Donatus*. Summus.] Sub. Amicus. Eun. II. 2. 40.

80. Miserabilius Coluit dictum est; quam si diceret, *Colit: Colere*, & majoribus & minoribus convenit. Ut [Virg. Aen. I. 16. de Junone.]

Post-

Ge. [81] Nam hercle alius nemo respicit nos. *So.* Propera tu, mea Canthara,
[82] Curre: obstetricem arcesse: ut, cum opus sit, ne in mora nobis siet

Postbabita coluisse Samo. Donatus.

81. Recte facis. Bene dicis, ut id narrem Hegioni. supplent *Paraphrastes Delph.* & *Minell.* NEMO RESPICIT NOS.] Sic infra V. 8. 9. Respicit vero potentior humiliorem. Unde pro *Respicientis* Nic. Heinsius, & post eum Rich. Bentlejus legit *suspicientis*, Horat. Epist. I. 1. 105. Carm. I. 2. 35.

Sive neglectum genus & nepotes
Respicis *auctor.*

Martial. X. 10. 5.

Qui me respiciet, *dominum regemque vocabo.* Vest.

Nos.] Monosyllabo finit, vultuosam exprimens pronuntiationem. *Donatus.*

82. Mire dictum est ancillae, CURRE. QUUM OPUS SIT.] Id est, quum adesse coeperit partus. NE IN MORA NOBIS SIET.] Locutio qualis * supra. *Donatus.* * And. II. 5. 13. & III. 1. 9. Dicitur *quis esse in mora*, & *mora esse in aliquo.* Plaut. Trin. II. 2. 2.

neque tibi ero in mora.

Eodem sensu dixit Mil. IV. 6. 64.

vide, ne sis in exspectatione.

Virg. Ecl. III. 54.

in me mora non erit ulla.
Vesterhov.

ACTUS TERTII
SCENA TERTIA.
DEMEA. SYRUS.

De. [1] DISPERII! Ctesiphonem audivi filium
Una [2] affuisse in raptione cum Aeschino.
Id

1. *Hic ostenditur quod severi homines, ac recti & honesti tenaces, vel ridiculi sunt, vel odio habentur, quocunque accesserint.* Donatus.

2. In aliis est FUISSE. *Vesterhov.* IN RAPTIONE.] Rap-

Id misero restat mihi mali, si illum [3] potest,
[4] Qui alicui rei est, [5] etiam eum ad nequitiam abducere.

Ubi-

Raptio ad personam refertur, *Rapina* ad rem, *Raptus* ad stuprum, si volumus proprie loqui. *Donatus.* *Raptus* passim de hominibus, *Rapina* de rebus dicitur. *Raptio* ipse rapiendi actus est. Sic *Raptum Proserpinae* Claudianus dixit. *Vesterhov.*

3. Non dubitat velle: & ideo dicit, POTEST. *Donat.*

4. QUI ALICUI REI EST.] Sub. natus, aptus, idoneus, homo frugi. Plaut. Stich. V. 4. 38.

Nolo ego nos pro summo bibere: nulli rei erimus *postea.*

Quod & legitur, *nulli releriмus.* q. d. non releverimus posthac cados. Cic. pro Muraen. 12. *Cum ceteris rebus absurdum, tum* nullo usui. antique, pro *nulli.* Gell. IX. 2. *Erraticum hominem esse dicere, &* nulli rei, *incolamque esse sordentium ganearum.* Symmach. Lib. I. Epist. 37. *Quod genus* nulli rei est. In Mss. Traject. Mark. Boend. Edd. Anon. Tarvis. & anni 1469. Venet. 1490. & 1512. Argentina, & quibusdam aliis legitur ALICUJUS REI. Eugraphius ALICUJUS SPEI legisse videtur. Utrumque perperam. *Vesterhov.*

5. ETIAM EUM.] Πλεονάζει τὸ EUM. Vide supra III. 2. 17. quamquam abest a quibusdam Mss. & Impr. In aliis est, ETIAM AD NEQUITIAM EUM ABDUCERE.] *Vest.* AD NEQUITIAM ABDUCERE.] Quasi invitum dixit, non *Vocare*, sed ABDUCERE. *Ducimus* enim volentes: sed *abducimus* invitos. [Aliter distinguit Donatus ad Eun. II. 3. 85. *Vest.*] *Nequitia* propriè libidinosa inertia dicta est: quod *nihil queat*, nullique rei apta sit. Unde & *nugae*, quod *nihil agant*, vel a non agendo. *Donatus.* ABDUCERE.] Praestat haec lectio prae illa quorundam Codd. ADDUCERE. Quanquam ita Plaut. Bacch. I. 2. 3.

Nam ita me Dii ament, ut Lycurgus mihi quidem Videtur posse hic ad nequitiam adducier.

Id vulgo barbare *seducere* vocant, Germ. *Verführen*, Belg. *Verleiden.* Vesterhov.

Ubi ego illum quaeram? credo [6] abductum in ganeum
Aliquo: [7] persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum Syrum [8] ire video! [9] hinc scibo jam, ubi siet:
Atque hercle hic [10] de grege illo est: si me senserit
Eum

6. Non *iisse*, sed ABDUCTUM esse: quasi adhuc culpa non sit illius. IN GANEUM ALIQUO.] Veteres GANEUM, meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῶ γᾶς, τȣ̃τ' ἔςι, τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra, non ut coenacula superius. *Donatus.* Plaut. Menaechm. V. 1. 3. *Immersit* aliquo *sese*, *credo*, in ganeum. *Vesterhov.*

7. PERSUASIT ILLE IMPURUS.] *Suademus* facilia, *Persuademus* difficilia. Et *suadere* facientis est, *Persuadere* perficientis. IMPURUS autem pro improbo ponitur apud Terentium. Et hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonis, cui a majore fratre & improbo ingesta sit persuasione nequitia. *Donatu.*. Maximi stomachi nota est in Demea, Aeschinum ne nominare quidem dignante. *Vesterb.* PERSUASIT.] Induxit. *Minell.*

8. IRE, pro *venire*: ut, [Virgil. Aeneid. VI. 392. Ubi nunc, *Alciden. Vest.*] *Nec vero Aeacidem me sum laetatus* euntem *Accepisse lacu.* Donatus.

9. HINC.] Ita dixit, pro, *Ex hoc*, usus adverbio, loco relativi pronominis. Sallust. Catil. 5. *Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere: ibique juventutem suam exercuit.* Vide Eun. III. 5. 36. & Hec. II. 2. 4. Et laudat Servius ad Virgil. Aen. I. 6. *Vesterbov.*

10. DE GREGE ILLO EST.] *Ordo* vel bonorum, vel malorum dicitur, & gravium; ut *Equester ordo*, *senatorius ordo.* GREX vel bonorum; vel malorum est, & levium. ut *Cicero* [Catil. II. 10.] *In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur.* Donatus. DE GREGE ILLO.] Intelligit sodalitium. Sic Eun. V. 9. 54. An per contemtum de grege impurorum?

Eum [11] quaeritare, numquam dicet carnufex.
Non ostendam me id velle. *Sy.* * Omnem rem modo seni,
[12] Quo pacto haberet, [13] enarramus ordine:
[14] Nihil vidi quidquam laetius. *De.* Prô Juppiter!
Ho-

rum? Sic Horat. Epist. I. 4. 16.

Epicuri de grege *porcum.* *Vesterhov.*

11. QUAERITARE.] Instanter quaerere. *Donatus.*

* OMNEM REM &c.] Videtur Syrus haec ita narrare, ut male urat Demeam, quem videre se tantisper dissimulat. *Vesterhov.*

12. QUO PACTO HABERET.] In plerisque Codd. est, QUO PACTO SE HABERET. sed refragante metro. Utroque autem modo dicitur, *Res habet ita*, & *Res se habet ita*. Gr. οὕτως ἔχει. Lucil. apud Gellium XVIII. 8. ad valetudinem retulit.

Quo me habeam pacto, tametsi haud quaeri', docebo. Vesterhov.

13. ENARRAMUS, pro *enarravimus.* ut [Virgil. Aen. III. 3.]

Omnis humo fumat *Neptunia Troja.*

Et ORDINE bene: quia simpliciter fatetur. Fallax autem & captiosa narratio est [supple, *ejus*,] quod timemus fateri. *Donatus.* Bona Librorum pars ENARRAVIMUS exhibet. Sed non opus statuere crasin, quod multis verbis facit Guyetus; quum usitata satis sit temporis enallage. *Vesterhov.*

14. NIHIL VIDI QUIDQUAM LAETIUS.] Quartum παρέλκον. Donatus. Neminem unquam vidi laetiorem sene Mitione, cum ei narrassemus rem:, est enim neutra oratio pro masculina. Cic. *Quid nobis duobus laboriosius?* Minell. Cic. Fam. IV. 4. 6. de Julio Caesare: *Quô nihil moderatius.* & n. 18. *Nihil ipso melius est.* Neutrum in talibus locutionibus amplius quicquam sonat quam masculinum. Cicero e. g. in locis adductis negat Caesarem non modo ab ullo homine moderatione & bonitate superari, verum etiam ab ulla alia re, aut ullo alio

 ani-

Hominis ſtultitiam. *Sy.* Collaudavit filium:
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
De. [15] Disrumpor. *Sy.* [16] Argentum adnumeravit illico:
Dedit praeterea [17] in ſumtum dimidium minae:
Id [18] diſtributum ſane eſt ea ſententia. *De.* Hem!
[19] Huic mandes, ſi quid recte curatum velis.
Sy. [20] Hem! Demea, haud aſpexeram te: [21] quid agitur?

De.

animali, in quod moderatio & bonitas cadant.

15. DISRUMPOR.] Mirè: his enim verbis commovetur, COLLAUDAVIT ET EGIT GRATIAS. Et vide αὔξησιν ſtomachi reſervatam. *Donatus*. DISRUMPOR.] Prae iracundia nimirum, indignatione & dolore. Cic. Att. VII. 12. *Non deterreor periculo, ſed* disrumpor *dolore.* Veſterhov.

16. ARGENTUM ADNUMERAVIT.] Intelligit viginti minas Lenoni pro Fidicina dandas. Sic Plaut. Merc. I. 1. 88.

Talentum argenti ipſus ſua
annumerat *manu.*

Mſſ. quidam, cum Edd. Anon. Tarviſ. & Venetis, ENUMERAVIT. *Veſterh.* ADNUMERAVIT.] Ad numerum ab Aeſchino poſtulatum numeravit Sannioni. *Mucll.*

17. IN SUMTUM.] Syro nempe & conſervis. Dixit autem, DEDIT IN SUMTUM, ut HABERE IN SUMTUM notat ferendis ſumtibus parem eſſe. Cic. Fam. IX. 20. *Sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cum* in ſumtum habebas. *Veſterh.* IN SUMTUM, Epularum ſcilicet. Phraſeolog. Dan. reddit: Til at drikke bort og fortære.

18. DISTRIBUTUM, in diverſa tributum: id eſt, diſpartitum per pulmentaria. *Donatus.*

19. HUIC MANDES, SI QUID &c.] Εἰρωνεία eſt majoris ſtomachi: quia ille dixit, EX SENTENTIA DISTRIBUTUM: id eſt, ut indicat [malim, *judicat*] Demea, dilapidatum. Donatus. Sic Phorm. IV. 4 8. Plaut. Aſin. I. 1. 107. *Veſterhov.*

De. [22] Quid agatur! vostram nequeo [23] mirari satis
[24] Rationem. *Sy.* Est hercle [25] inepta, ne dicam dolo,
Atque [26] absurda. [27] pisces ceteros purga, Dromo:
[28] Congrum istum maximum in aqua sinito [29] ludere

20. EHEM DEMEA.] EHEM, interjectio est commoti, & quasi perculsi re subita & nova. *Donatus.*

21. QUID AGITUR?] Blandientis est, non interrogantis. ut alibi, [infra V. 5. 2.] *O noster quid fit? quid agitur?* *Donatus.*

22. In plusculis Codd. repetitur, QUID AGITUR? Quod morosius videtur, & Demeae magis conveniens. *Vesterhov.*

23. Mira sunt etiam illa, quae vehementer prava sunt. Et ideo MIRARI pro horrere & reprehendere positum est. *Donatus.*

24. RATIONEM.] Agendi modum. Sic infra V. 3. 6. Plaut. Merc. I. 1. 56. Rationem *pessumam esse.* Vesterhov.

25. *Ineptum*, est stultum tantum: *Absurdum*, quod & stultum est, & in ipsa stultitia diversum, & quasi repugnans sibi. NE DICAM DOLO.] Ne mentiar. *Donatus.*

27. PISCES CETEROS PURGA.] Desquama, exentera. Haec autem aversus ad conservos dicit. Animus enim ita est in patinis, ut Demeam non nisi παρέργως adloquatur. *Vesterhov.*

28. CONGRUM ISTUM MAXIMUM.] Διαστολή: quia erant alii, non maximi. ut e contrario, [Virgil. Georg. II. 99.] *Argitisque minor*, quia est & major. Nam ISTUM quod ait, δεικτικὸν est, videtur enim ostendere digito, quem dicat. *Donat.*

29. IN AQUA SINITO LUDERE.] Sic ostenditur bene obsonasse, qui vivos adtulit pisces: nam non ludit piscis nisi vivus. Et nihil ex mora corruptelae accessurum pisci ex eo ostendit, quod ait LUDERE, hoc est vivere, & non laesum vivere. non enim dixit, NATARE, quod etiam possunt languidi pisces. *Donatus.* LUDERE.] Athen. Deipnos. VII. 3.

Paulisper: ubi ego venero, [30] exossabitur:
[31] Prius nolo., *De.* [32] Haeccine flagitia! *Sy.* Mihi quidem non placent.
Et [33] clamo saepe: [34] Salsamenta haec, Stephanio,
[35] Fac

Ἐν δ' αὐτῇ πλωτὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοὶ,
Νήχοντες παίζουσι δ' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

Cicero, carmine Arateo, 328:

Exin squamigeri serpentes ludere *pisces.*

Virg. Aen. V. 594.

Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathium Lybicumque premunt, ludunt*que per undas.* Vesterhov.

Paulisper.] Codices quidam Tantisper. *Idem.*

30. Exossabitur.] Plaut. Aul. II. 9. 1.

Dromo, desquama pisces: tu Machaerio
Congrum, muraenam exdorsua, quantum potes;
Atque omnia, dum absum hinc, exossata *fac sient.*

In Amphitruone autem, I. 1. 162. ad pugnos & verbera transtulit:

Me. Exossatum *os esse oportet, quem probe percusseris.*
So. *Mirum ni hic me quasi muraenam* exossare *cogitat.*

Ultro istbunc, qui exossat *homines.* Vesterhov.

Ossa eximeutur, purgabitur, sicut & alii. *Exossare* enim hic est purgare, & quasi ossa removere, & auferre spinas ex piscibus. *Minell.*

31. Prius nolo.] Superbe, & pro auctoritate: non dixit *Non oportet*, sed Nolo. subauditur, *purgari eum.* Donatus. Aut familiam duxit Syrus, adolescentum etiam paedagogus, quippe qui praecipere se conservis jactat, aut nimis magnifice se effert. *Vesterhov.*

32. Mss. quidam, Haeccine fieri flagitia! *Vesterhov.*

33. Clamo saepe.] Ergo quae sequuntur cum clamore & stomacho pronuncianda. sic infra 53. *Vesterh.* Clamo saepe, ambiguum est. nam potest esse; *Clamo saepe adversus ista flagitia*, id est, ut Minellius ait, *Increpo istos profusores nostros, Mitionem & Aeschinum:* potest etiam esse; Clamo *saepe Stephanioni*, *Salsamenta haec fac*

[35] Fac macerentur pulchre! *De.* Di voſtram fidem!
[36] Utrum ſtudione id ſibi habet, an [37] laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? vae miſero mihi!
[38] Videre videor jam diem illum, quum hinc egens

Gggg 3 Pro-

fac macerentur &c. Id eſt, Salſamenta prae recentibus piſcibus commendando, frugalitatem & parſimoniam victûs inculco. Donatus tamen SALSAMENTA HAEC &c. ad diſcipulum dici vult.

34. SALSAMENTA.] Aut ſalſi piſces ſunt, aut laridum. *Donatus.*

35. MACERENTUR PULCHRE.] Mollificentur, aut madefiant, ut ſalſugo perluatur (eluatur) recte, ut decet. *Minell.*

36. UTRUM STUDIONE.] Aut UTRUM ſupervacuum eſt, aut NE: aut certe τμῆσις figura eſt, pro, Utrumne ſtudio id ſibi habet, ſi ſciens laedit filium? *Donatus.* Utrumne id cum delectatione ſtudet facere, aut in hoc ſe laudandum eſſe eiſtimat, ſi corruperit filium? *Paraphraſt. Delph.* An Mitio reputat id ad ſtudium, id eſt, ſtudioſe facit, ita ut dedita opera ejus perditioni vacet &c. *Minell.* Eò locus hic fit ſubobſcurus, quod *Studio quid ſibi habere*, & *laudi fore putare*, non ſunt contraria. haec obſcuritas tollitur duplicando interrogationem, & ſignum quaeſtionis ponendo, loco commatis, poſt τὸ HABET.

37. AN LAUDI PUTAT FORE.] Hottomannus ad Cic. Verr. IV. 1. legit, AN TANTI PUTAT FORE. *Veſterhov.* PERDIDERIT, Corruperit, ſc. ſubminiſtrando ſumtus. *Minell.*

38. VIDERE VIDEOR.] Plaut. Moſtell. I. 3. 114. *Non videor vidiſſe lenam callidiorem alteram.*
Cic. Fam. XVI. 21. *Quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum jucundiſſimum conſpectum propono*, videor *enim* videre *ementem te ruſticas res*, &c. Dixit autem VIDERE DIEM, uti Servator de Abrahamo, Evang. Johan. VIII. 56. Ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Veſt. DIEM ILLUM.] ILLUM dixit, quaſi quendam triſtem & funeſtum. *Donatus.*

Profugiet aliquo militatum. *Sy.* O Demea!
Iſtuc eſt ſapere, non, [39] *quod ante pedes modo 'ſt*
Videre, [40] *ſed etiam illa, quae futura ſunt,*
Proſpicere. *De.* Quid? [41] iſtacc jam penes vos
pſaltria 'ſt?
Sy. [42] Ellam intus. *De.* Eho, an domi eſt [43] habiturus? *Sy.* Credo, [44] ut eſt

De-

39. Non quod ante pedes modo 'st videre.] Carnifex ſententias loquendo ridet dictum Demeae. Cic. Orat. pro L. Mur. cap. 2. *Eſt boni Conſulis, non ſolum videre, quid agatur, verum etiam videre, quid futurum ſit.* Idem Div. II. 13.

Quod eſt ante pedes, *nemo ſpectat: coeli ſcrutantur plagas.*

Ante pedes.] Id Germani dicunt *für Augen*, Belgae, *voor oogen*, Galli, *devant les yeux*. Gr. ἐν ποσὶν, πρὸ ποδὸς, πρὸ ποδῶν. Iidem & ἐμποδιὸν pro *praeſenti* dixerunt. *Veſterhov.* Quod ante pedes modo 'st videre.] Hoc ſumſit Poëta de illo in phyſicum pervulgato ancillae dicto, *Quod eſt ante pedes non videt: coeli ſcrutatur plagas.* *Donatus.*

40. Sed etiam illa, quae futura sunt.] Magis ridicula eſt aſſentatio, ſiquis maxime laudetur, quibus maxime caret. *Donatus.*

41. Istaec jam penes vos psaltria 'st?] Dicendo Istaec, oſtendit jamdudum ſe hac indignari. *Donatus.* Psaltria.] Hujus ſaepius hac Comoedia meminit Poëta, nec alibi uſpiam. *Veſt.* Penes vos.] In veſtra poteſtate. Paraphraſtes Delph. exponit, *in veſtris aedibus.* quod non probo.

42. Ellam intus.] Ut, *Ellum confidens, catus.* *Donatus.* Editiones vetuſtiſſimae & probiſſimae legunt, Est jam intus. Atque ita reperi in quatuor Mſſ. Leidens. In quinto Mſ. Leidenſi, Boend. & Bodl. Etiam intus. In Lipſ. Est etiam intus. Quidam Mſſ. Boecleri, Edd. Anon. Tarviſ. Mediol. Est haec jam intus. Niſi forte Ellam dixit, digito in aedes intenſo, quomodo Davus de Critone in aedibus Glycerii; Donat. ad And.

Dementia. *De.* [45] Haeccine fieri! *Sy.* Inepta [46] lenitas

Patris, & facilitas [47] prava, *De.* Fratris me quidem [48] Pudet, pigetque. *Sy.* Nimium inter vos, Demea, ac

Non, quia [49] ades praesens, dico hoc, pernimium intereſt.

 Tu,

And. V. 2. 14. *Ellum* dicit. Plaut. Aul. IV. 10. 51. Ly. *Filiam ex te tu habes?* Eu. *Immo* eccillam *domi.* Amph. Prol. 120. *meus pater intus nunc eſt*, eccum, *Jupiter.* Veſt.

43. Habiturus.] Nempe uxoris loco. Sic in Evang. Joh. III. 29. Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐςίν. Dicitur autem vel de juſto matrimonio, uti Nep. Cim. 1. vel de concubina. Sic And. V. 3. 18. Vel ſimpliciter Habiturus secum, Cic. Fam. XIV. 4. [n. 5.] ad Terentiam uxorem: *Si te* habebo, *non mihi videbor plane periſſe.* Veſterh. Cujus poſterior interpretatio unicè placet, ut ſenſus ſit, *An volet* (Aeſchinus) *eam domi ſuae manere? An manſionem illi deſtinat domi ſuae?*

44. Ut est Dementia.] Et nominativus caſus eſſe poteſt, & ſeptimus. Si ſeptimus, *Perditus*, aut quid tale ſubaudimus. Sed melius nominativum accipimus caſum. *Donatus.*

45. Libri quidam: Haeccine flagitia! Alii: Haec. cine flagitia fieri! quod ex gloſſa videtur. *Veſterhov.*

46. Lenitas, ad permittendum: Facilitas, ad agnoſcendum [I. e. approbandum flagitium, cum patratum eſt. Praefert autem Veſterhovius *ignoſcendum*, ex Codd. vett.] Sic quidam. Sed ego *lenitatem* ad Micionem refero, qui haec leniter patitur; *Facilitatem* ad Aeſchinum, cui haec per licentiam facilitas datur. *Donatus.*

47. *Pravum* eſt, quod & ipſum laedit facientem: *Malum*, quod alios tantum. *Donatus.*

48. Pudet, pigetque.] Pudet, in his quae turpiter fa-

Tu, quantus quantus, [51] nihil nisi ſapientia es:
[52] Ille, [53] ſomnium. [54] ſineres vero tu illum tuum
Facere haec? *De.* Sinerem illum? an non [55] ſex
totis menſibus

[56] Prius

facit: Piget, in his quae cum damno ac malo. *Donatus.*

49. Ades praesens.] Sic Plaut. Amph. III. 3. 22.
Audis, quae dico, tametſi
praeſens *non* ades.
Eſt autem ſumma aſſentationis ſpecies in eo, qui adulatur maxime, dum ſe minime adulari oſtendit. Sic ſupra II. 4. 5. *Veſterh.*

50. Quantus quantus.] Id eſt, quantuscunque. *Donatus.* Plaut. Epid. V. 1. 17.
Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum.
Apulej. Metam. III. *Ab imis unguibus ſeſe totam aduſque ſummos capillos perlinit.* Gr. Ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν. Veſterhov.

51. Nihil nisi sapientia es.] Ridicule prius additum Nihil, quam quidquam, laudis nomine. Deinde ſi *Sapiens* dixiſſet, non tanta eſſet irriſio. Sed hyperbolicῶς accipitur, id eſt, ſtultus. *Donatus.* Aelian. Var. Hiſt. IV. 20. Ὅτι οἱ Ἀβδερῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν. Veſterhov.

52. Ille.] Mſ. Mark. & Boend. cum Edd. Anon. Tarviſ. Venet. Daventr. Rob. Steph. Ald. Junt. Ille futilis. Boeclerus citat e Mſ. Futile somnium.

53. Non *ſomniculoſus*, ſed Somnium. Ὑπερβολή. Donatus. Vanus, inſtar ſomnii, & iners. *Paraphraſtes Delph.* Somnium.] Foediſſimum mendum vocat Guyetus, legitque, Omnium, ad And. V. 3. 1. Quae lectio, cum nullius Codicis, quod quidem ſciam, auctoritate nitatur, ſomnianti excidiſſe videtur. Mſ. Lipſ. Somnus. *Veſterhov.*

54. Sineres vero illum tuum?] Εἰρωνικῶς interrogat. *Donatus.* Sineres vero tu.] Ita loquitur ſervus, quaſi praeſens adfuisſet, dicente Micione ſupra I. 2. 27.
& tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres *nunc facere dum per aetatem licet.* Veſterh.

[56] Prius olfeciſſem, quam ille quidquam [57] coeperit?
Sy. [58] Vigilantiam tuam tu mihi narras? *De.* [59]
Sic ſiet
Modo, ut nunc eſt, quaeſo. *Sy.* [60] *Ut quiſque ſuum volt eſſe. ita 'ſt.*

55. Totis sex mensibus.] Totis, quaſi longi ſint: id eſt integris, ut ne unum quidem diem minus a ſex menſibus ſciat, quid coepturus ſit filius. *Donat.* Sex totis mensibus.] De tempore longo. Sic Eun. II. 3. 39. Dixit autem Totis mensibus, ut *ſolidos annos* Varro apud Nonium; Cicero paſſim *ipſos dies*, Graecos imitatus, quibus τὸ αὐτὸ *integrum* notat. *Veſterhov.*

56. Prius olfecissem.] Totum ridicule. Nam quid olfeciſſet, qui nondum quicquam ſcire coepiſſet, cujusque naribus nihil objectum fuiſſet? Nam ideo *nares* a *naritate* dictae ſunt, quod nos odoratu doceant praeſto & prope eſſe, quod adhuc oculi non vident. *Donatus.* Olfecissem.] Eodem ſenſu Cicero Att. IV. 14. *Soles enim tu feſtine* odorari. *Veſterhov.*

57. Coeperit.] Faërnus, Rivius, Barthius Adverſ. XVI. I. ex Priſciano & quibusdam vetuſtis Terentii & Donati Libris Coeperet tuentur. Et laudat Boeclerus e duobus Mſſ. Adde ejusdem Chreſtomathiam. *Veſterhov.* Plaut. Menaechm. V. 5. 57.
neque ego pugnas neque lites coepio.

58. Vigilantiam tuam tu mihi narras?] Id eſt, quam maxime ſcio. *Donat.* Vigilantiam, ſagacitatem in malo providendo, & induſtriam in cavendo.

59. Sic siet modo, ut nunc est.] Non dicit *Qui:* ſed reſpice ad argumentum, & ridebis haec optantem Demeam. *Donatus.* De ſapientia Demeae explicat Guyetus. Male, ni fallor, quum ad filium Cteſiphonem ſit referendum. Unde mox Syrus: Ut quisque suum volt esse, ita 'st. Quae, ſi aliter accipias Demeae verba, inepte inferuntur. *Veſterhov.*

De. [61] Quid eum? vidiſtin' hodie? *Sy.* [62] Tuumne filium?

[63] Abigam hunc rus. [64] jamdudum aliquid ruri agere arbitror.

De. Satin' ſcis ibi eſſe? *Sy.* Oh! [65] qui egomet produxi. *De.* Optume 'ſt.

[66] Metui,

60. Ut quisque suum volt esse, ita 'st.] Hae ſunt ſententiae & ſemper probabiles, & pro perſonis ridiculae. *Donatus.* Prout ſuum quisque filium educatione formârit, talem habebit: in nobis enim ſitum eſt, quales tandem liberos habere velimus. *Minell.*

61. Quid eum? Vidistin' hodie?] Quid eum? initium interrogationis futurae de perſona alicujus. Sic in Heautont. *Sed Syrum.* Me. *Quid eum?* Donatus.

62. Tuum ne filium?] Hoc clarè. Moris eſt ut qui cogitat, quid reſpondeat, interrogatione remoretur. *Donatus.*

63. Mſ. Graev. Abiit hinc. *Veſt.* Abigam.] Hoc lentius. Et Abigam quaſi pecudem dixit: unde & *Abactores* dicti ſunt. *Cicero* in Verrinis *, *Equarum greges iſtum abigendos curaſſe.* Donatus. * I. 10. Addo II. 7. *Praeterea greges nobiliſſimarum equarum abactos.* Veſterhov. Hunc, ſub. *moleſtum ſenem.* Paraphraſtes Delph.

64. Jamdudum aliquid ruri agere arbitror.] Hoc plus eſt, quam illic eſſe: vult enim cum laude ejus loqui, ut ſupra [I. 2. 15.] *Rei dare operam, ruri eſſe parcum, ac ſobrium.*

Et Agere proprie dixit, nam * ab agendo, *ager* dictus eſt, quod in eo multa agenda ſunt. *Donatus.* * Rectè Quinctilianus Inſtit. I. 6. *Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui* Agrum, quod in eo agatur aliquid: *&* graculos, quia gregatim volent, *dictos*, *Ciceroni perſuadere volunt; quum alterum ex Graeco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus avium.* Veſterhov.

65. Qui egomet produxi.] Mutata praepoſitione, non *Deduxi*, ſed Produxi, dixit: id eſt, *porro duxi.*

[66] Metui, ne haereret hic. *Sy.* Atque iratum admodum.
De. [67] Quid autem. *Sy.* [68] Adortus jurgio fratrem apud forum,
[69] De psaltria istac. *De.* [70] Ain' vero? *Sy.* Vah! nihil reticuit.
Nam, ut numerabatur forte argentum, [71] intervenit

Homo

duxi. Donatus. QUI EGOMET PRODUXI.] Quasi magister & paedagogus. Variant Libri, etiam QUEM & QUIN legentes; quorum hoc metro repugnat. *Vesterhov.*

66. METUI, NE HAERERET.] Haec translatio ut sublevat Ctesiphonem, ita Aeschino invidiosa est. Nam haeret avis, non animo, nec voluntate: sed visco decipientis aucupis. *Donatus.* NE HAERERET HIC.] Nimirum Athenis. Mss. quidam & veteres impressi, NE HAERERET HUIC, i. e. Aeschino. Quam lectionem tuetur Janus Gulielmius; sed in Scholiis ineditis refutat Guyetus. *Vesterhov.*

67. QUID AUTEM?] QUID pro quare, vel ob quam caussam. *Virgilius* [Aeneid. I. 517.]
Quae fortuna viris, classem quo littore linquant;
Quid veniant? *Donatus.*

68. ADORTUS JURGIO EST.] *Aggredimur*, de longinquo: *Adorimur*, ex insidiis, & ex proximo. nam *Adoriri*, est quasi aliquem [*ad aliquem*, legit Abr. Wieling.] oriri, id est, exurgere. *Donatus.*

69. DE PSALTRIA ISTAC.] Hic mire senem imitatus est, & memoriter: quia ille dixerat, *Quid? istaec jam penes vos psaltria est?* Donat.

70. AIN' VERO?] Ms. Lips. AIN' VERUM? *Vesterhov.* NIHIL RETICUIT, I. e. nihil praetermisit eorum, quae ad severam objurgationem pertinent.

71. *Intervenire*, est in medio negotio, quasi ex insidiis supervenire, & opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam vellent. Et vide quam oratorie narret gestionem rei, quae nunquam facta sit: his enim fides fit. *Donatus.*

Homo de improviso: coepit clamare, o [72] Aeschine
Haeccine flagitia facere te! [73] haec te admittere
Indigna genere nostro! *De.* [74] Oh! lacrumo gaudio.
Sy. [75] Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
De. Salvos sit, spero: est similis majorum suûm.
Sy. [76] Hui!
De. [77] Syre, praeceptorum plenus istorum ille. *Sy.* [78] Phy!

[79] Domi

72. Aeschine, Haeccine flagitia &c.] Est accusatio a persona: & vide pondus in nomine Aeschini. *Donatus.* Omnis emphasis est in τῷ *Te.* Eun. V. 2. 25. *Vesterhov.*

73. Haec te admittere?] Αὔξησις. nam plus est Admittere, quam facere. *Donatus.*

74. Oh! lacrumo gaudio.] Immoderata laetitia, maxime parentum, lachrymas habet. *Donatus.* Exempla sunt, prae gaudio lacrumantium, Patres & plebs Romana. Liv. V. 7. & Marcellus, Liv. XXV. 24. In plusculis Libris est, Oh, oh. In aliis etiam Prae gaudio. Sic infra IV. 1. 20. Apulej. Metam. I. *Nam ut lacrimae saepicule de gaudio prodeunt.* Vesterhov.

75. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.] Haec figura oratoria δεινότης dicitur: qua ostenditur, non esse mediocre quod factum est. *Donatus.* Non perdis, pro, non solum perdis. & Vitam tuam, pro, te ipsum. *Paraphrastes Delph.* Lentulus apud Cic. Fam. XII. 14. 19. *Ego me de republ. puto esse meritum, ut* non *provinciae istius beneficium exspectare debeam*, sed *tantum, quantum Cassius & Bruti.* Caecina apud Cic. Fam. VI. 8. 18. Non *jam sic sperant abs te*, sed etiam *tibi imperant familiares.*

76. Hui!] Quasi admiretur ipse, quae narrat. *Don.*

77. Syre, praeceptorum plenus istorum ille.] Vide Demeam non desinere cul-

[79] Domi habuit unde disceret. *De.* [80] fit sedulo.
Nihil praetermitto: [81] consuefacio: denique,
[82] Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo:

culpam Aeschini in Micionem conferre: quum e contrario praeceptorum suorum vult esse, quod sapit Ctesipho. ISTORUM.] Quae dicis; scilicet, *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.* Donatus.

78. PHY!] Interjectio mirantis est. *Donatus.* PHY!] Vera haec videtur lectio, & vox formata ἀπὸ τȣ̃ φεῦ, φῦ. Priscian. Institut. Grammat. Lib. XV. In quibusd. MSS. & Impress. est *Phos*, in aliis *Philosophos*. Sed si alterutrum legisset Donatus τὸ UNDE [quod sequitur] non interpretatus esset, *de quo*, sed, *de quibus*. Vesterhov.

79. DOMI HABUIT.] Proverbii speciem habet. Vide omnino Taubm. ad Plaut. Mil. II. 2. 38. Plaut. Truc. II. 5. 4.
domi *modo docta dictito.*
Cic. Fam. IX. 3. *Sed quid ego nunc haec ad te, cujus domi nascuntur?* Pro Murena, 31. Domesticum *te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est quidem illud exemplum tibi propositum* domi. De Senect. 4. *Illo extincto, fore* unde *discerem, neminem.* Vesterhov.

80. Ἠθικῶς dictum est FIT. *Donatus.* Laboratur vehementer, nulli labori parcitur in filio erudiendo. *Minell.*

81. Assvetum efficio in bonis moribus. *Minell.*

82. INSPICERE, TANQUAM IN SPECULUM, IN VITAS OMNIUM &c.] Videndum, an recte *speculum* induxerit, quum *alienas vitas* dicit *inspiciendas* esse. nisi forte hoc ad caussam admovendi speculi, non ad effectum referamus. Nam caussa inspiciendi speculi emendatio est vultus: effectus, formae per imaginem resultatio. *Donatus.* INSPICERE, TANQUAM IN SPECULUM.] Plautus Amph. I. 286. proprie:
saepe in speculum inspexi.
Et Epid. III. 3. 1 ad 6. Cicero Off. I. 41. *Non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex aliis judicare: ut, si quid dedeceat alios, vitemus & ipsi. Fit enim nescio*

Jubeo: atque [83] ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito [84]. *Sy*. Recte sane. *De*. Hoc fugito.
Sy. [85] Callide.
De. [86] Hoc laudi est. *Sy*. [87] Istaec res est. *De*. Hoc vitio datur.
Sy. Probissime. *De*. [88] Porro autem. *Sy*. Non hercle otium 'st

Nunc

nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobis ipsis, si quid delinquitur. Adi Interpretes ad Phaed. III. 8. 14. Horatius Serm. I. 4. seqq locum hunc Terentii manifestò imitatus videtur. Mira autem lectionum varietas in Codd. cum Mss. tum Impressis. Videas in illis, TANQUAM IN SPECULO. Et, TANQUAM SPECULUM VITAS OMNIUM. Et, TANQUAM IN SPECULUM VITAS &c. Edd. Tarvis. & Mediol. IN VITAS HOMINUM. Vesterhov.

83. EX ALIIS SUMERE EXEMPLUM SIBI.] Sic Heaut. I. 2. 36. *Vest*. Hinc illud Mimianum: *Ex vitio alterius sapiens emendat suum*. Minell.

84. Sub. *dico illi*.

85. CALLIDE.] Perite. *Paraphrast. Delph. Callidus* dictus est etiam qui exercet dolos. *Callidus* dicitur, qui callum sibi usu artis induxerit. *Donatus*.

86. HOC LAUDI EST.] Non philosophice, sed civiliter monet. Non enim dixit, *hoc bonum*: sed, HOC LAUDI EST. Nec *hoc malum*: sed, VITIO DATUR. Ergo ut idiota & comicus pater, non ut sapiens & praeceptor. *Donatus*.

87. ISTAEC RES EST.] Non quam rem gerit Micio: non ut ille agit. Et [malim *Aut*] significat, *Hoc verum est, hoc utile est*. Donatus. Illa est vera instituendi ratio. *Minell*.

88. PORRO AUTEM.] Prope delinitus erat Demea contra institutum argumenti. Artificiose igitur Poëta subjecit ex persona servi, unde illum ad amaritudinem provocet. *Donatus*. PORRO AUTEM. SY. NON HERCLE OTIUM 'ST.] Locus huic πα-

ράλ-

Nunc mihi auscultandi. pisces 89 ex sententia
Nactus sum: hi 90 mihi ne corrumpantur, cautio'st:
91 Nam id nobis tam flagitium est, quam illa, Demea,
Non facere vobis, quae modo dixti: &, 92 quod queo,
Con-

ῥάλληλος est in And. IV. 2. 25. Plaut. Cas. II. 2. 39. *Mox magis, quum* otium *mihi & tibi erit.* Mostell. III. 2. 101. *Sent non* otium *erat.* Dixit autem ita servus, quod Demea per suum PORRO AUTEM videretur longum sermonem incepturus. *Vesterh.*

89. EX SENTENTIA.] Sc. *animi*, id est, ut volebam. *Minell.* Conf. supra vers. 17.

90. MIHI elegantius, per pleonasmum, refertur ad CORRUMPANTUR, quam ad, CAUTIO 'ST. * CORRUMPANTUR, Computrescant. *Paraphrast. Delph.* Negligantur. Phaed. II. 8. 21. *Et quia* corruptos *viderat nuper boves.* Vesterhov. Cujus expositio minus placet.

91. NAM NOBIS TAM FLAGITIUM EST, QUAM ILLA — NON FACERE VOBIS &c.] Pari modo flagitium credimus, si pisces non recte curentur, quemadmodum vos flagitium ducitis, si non recte & honeste quidem vivatis. *Eugraph.*

92. QUOD QUEO.] Quantum possum. *Minell.* QUOD QUEO.] Quod possum. Sed sic maluit [*Terentius* sc.] dicere, ut allusionem de sua arte faceret Syrus: & hac re ostenderet, nihil ab illo dici serio. QUOD QUEO.] A coquendo sumsit παρόμοιον. Sic & infra: *Sedulo moneo, quae possum, pro mea sapientia.* Et * *Ciceronis* dictum refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat: *Tu* quoque *aderas huic causae.* Nam apud veteres *coquus* non per C literam, sed per Q scribebatur, *Donatus.* * Similis jocus est Ciceronis apud Quinctilianum Instit. Orat. VI. 3. *Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret; Ego quoque tibi jure favebo.* Quumquam disputant Interpretes utra in voce ibi sit amphibolia, *quoque*, an *jure.* Possit

Conſervis [93] ad eundem iſtunc praecipio modum:
[94] Hoc ſalſum 'ſt, hoc aduſtum 'ſt, hoc [95] lautum 'ſt parum,
Illud recte: iterum ſic [96] memento. ſedulo
Moneo; quae poſſum, [97] pro mea ſapientia.
Poſtremo, [98] tanquam in ſpeculum, in patinas, Demea,
Inſpicere

Poſſit videri eſſe in utraque. Quo facit facetiſſimum dictum Axii apud Varronem de Re Ruſt. Lib. IIII cap. 17. *Hos piſces nemo cocus in jus vocare audet.* Veſt.

93. Ad eundem istunc praecipio modum.] Arguta imitatio ad deridendum Demeam, omnium quae ille seriò ſupra dixerat. *Donat.*

94. Hoc salsum est, Hoc adustum est.] Haec contexte & conjuncte dicuntur: quia non viciſſim Syro aſſentatur ſenex. *Donat.* Salsum, ſub. *nimis.* Haec & ſequentia, uſque ad Sedulo, continent Mimeſin praeceptorum Syri.

95. Lautum.] An mundum, lotumque & nitidum an delicatum? Certe *Lautae dapes* vulgari cibo opponuntur. *Veſterb.*

96. Mſſ. quidam Mementote. Forte, quod dictum *conſervis.* Mire autem exprimit ἀλαζονείαν rei culinariae Praefecti. *Veſterb.*

97. Pro mea sapientia.] Διασυρτικῶς Sapientia dixit: quia condimentum guſtu ac ſapore temperant coci. *Donatus.* Nimis argutatur Donatus, quique eum ſequuntur, exiſtimantes, διασυρτικῶς haec dicta a ſervo, guſtum & *ſaporem* tacite reſpiciente. Ubi enim verſu 40. dixiſſet: Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es, ſeſe quaſi extenuans ait, pro mea sapientia. q. d. pro mea virili, quantum mihi opis Dii dant. Quanquam ſimul καταχρηστικῶς ita de ſeſe ſervus; in quem ingenii quidem dotes collatae putantur; non Sapientia. Vid. Interpp. ad Cic. Fam. XVI. 1. [n. 7.] Mſſ. Bodl. & Lipſ. Pro mea sententia. Fabrini ad ſenſum Donati vertit: *ſecondo il mio guſto.* Daciera bifariam: *ſelon ma petite capacité, & le peu de goût, que j' ai.* Veſt.

98.

Inſpicere jubeo, & moneo, [99] quid facto uſus ſiet.
Inepta haec eſſe, [100] nos quae facimus, ipſe ſentio;
Verum [101] quid facias? [102] ut homo 'ſt, ita morem geras.
Numquid vis? *De.* [103] Mentem vobis meliorem dari. *Sy.*

98. TANQUAM IN SPECULUM.] Et hic SPECULUM non ad imaginem vultus, ſed ad contuitum contrapoſitae rei retulit. *Donatus.* IN PATINAS.] In vaſa coquinaria. Facete verba Demeae transfert Syrus. Nam quae Demea ad animum retulerat, Syrus ad culinarum ſapientiam coegit. *Minell.* Si ullum alium ſcopum haberet Syrus, quam vertere in ridiculum dicta Demeae, poſſet videri hic de mundatione patinarum loqui. ita Plautus Moſtell. III. 1. 112. aedes nitidas, *ſpeculo claras*, appellavit.

99. QUID FACTO USUS SIET.] Locutio Comica. Plaut. Amph. I. 3. 6. & 7. Et alibi ſaepius. *Veſterhov.* Quid opus ſit fieri. *Minell.*

100. Nos, pro *Ego*. Cum dilatione & vultuoſe dicendum SENTIO. *Donat.*

101. QUID FACIAS?] Pro, quid faciat. unusquisque ſcilicet. *Donatus.*

102. UT HOMO 'ST, ITA MOREM GERAS.] Utrum aptum proverbium ſit ſervis, an etiam amicis? Ut eſt, *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Et haec ſententia modo velut querela, demiſſa voce proferenda eſt. *Donatus.* Sic Plaut. Moſtell. III. 2. 36.

ut homines ſunt, ita morem geras. Veſterhov.

103. MENTEM VOBIS MELIOREM DARI.] Πρὸς τὰ *Vis*: reſpondet agreſti feritate. nam reſpondendum erat, *Recte*, aut *Valeas*. Sed hic, ne vel abiens blandus eſſet, pro ſalutationibus ipſis amara ſupponit. MELIOREM autem, pro bona ac tolerabili poſuit. non enim bonam credit, ut meliorem optet. Sic *Virgilius* [Georg. III. 513.]

Di meliora piis, erroremque hoſtibus illum! Donatus.

Ut ad ſaniorem mentem redeatis. *Paraphraſt. Delph.*

Sy. [104] Tu rus hinc abis? *De.* [105] Recta. *Sy.* Nam quid tu hic agas,
Ubi, si quid bene praecipias, nemo obtemperet?
De. Ego vero hinc abeo, quando [106] is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: [107] illum curo unum: ille ad me attinet.
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, procul quem video? estne hic Hegio
[108] Tribulis noster? [109] si satis cerno, is hercle 'st: vah!

[110] Homo

104. Tu rus hinc abis?] Qui consuetudinis memor est, animadvertit has interrogationes non inquirendi caussa poni, sed admonitionis loco esse apud eos, quos velimus abscedere. Sic igitur interrogat, ut hortetur: & sic pronuntiat, ut & sciat, & approbet quod rogat. *Donatus.*

105. Ms. Graev. Recte. *Vesterhov.* Nam quid tu hic agas?] Addidit hortatum, ut quam primum abeat. *Donatus.*

106. Nova locutio, Is, quam ob rem: pro, *Is, propter quem.* sic & alibi, *In eo me oblecto: solum id est charum mihi.* Donatus.

107. Illum curo unum.] Unum cum exceptione. Et tamen sic loquitur, ut appareat illum non posse sibi imperare oblivionem Aeschini. nam idcirco addidit, Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit. *Donatus.* Distinguo; Illum curo unum; ille ad me attinet, Quando ita volt frater. De istoc ipse viderit. Dicit autem Illum, sub. Ctesiphonem, De illo, sub. Aeschino. *Vest.*

108. Tribulis noster.] Non convenit inter Scriptores de numero Tribuum apud Atticos. Vulgo duodecim statuuntur, quasi ad numerum XII. Tribuum Israeliticarum, vel potius mensium. Tum singulis Tribubus XXX. tribuunt genera, itidem ad numerum totidem dierum in quolibet men-

[110] Homo amicus nobis jam inde a puero. [111] Dii boni!

[112] Nae illiusmodi jam nobis magna civium
Penuria 'ſt. [113] homo antiqua virtute, ac fide:

menſe. Scholiaſtes autem Ariſtophanis, ad Plut. 277. & 973. diſerte δέκα φυλῶν & proin δέκα δικαστηρίων mentionem facit. Eſt igitur Tribulis ὁμόφυλος ex eadem Tribu: Suidas in v. Γεννῆται numerum nullum definit. *Veſterhov.*

109. Si satis cerno.] Sic Phorm. V. 1. 8. Plaut. Trin. IV. 3. 64.
Satin' ego oculis plane video? &c. *Veſterhov.*

110. Homo amicus nobis jam inde a puero.] Plaut. Capt. III. 4. 112.
Philocrates jam inde uſque amicus fuit mihi a puero puer. Veſterhov.
Plenius & ſuavius dixit Homo amicus, quam ſimpliciter Amicus. Minellio Amicus nobis valet, qui nos amavit.

111. Dii boni!] Haec verba in Mſ. Mark. junguntur verſui ſeq. *Veſterh.* Exclamatio eſt propter paucitatem bonorum. *Minell.*

112. Nae illiusmodi &c.] Nae, valde. Illiusmodi.] Cujusmodi eſt Hegio, id eſt, qualis. Et magna οἰκονομία ſenex laudatur, ut poſtulationi ejus ſtatim adſit fides. *Donatus.* Ordo: *Nae illiusmodi civium magna penuria jam nobis eſt.* Simili tranſlatione, ſed ſenſu contrario uſus Horatius Epiſt. I. 12. 24.
Vilis amicorum eſt annona, &c.

113. Homo antiqua virtute, ac fide.] Omni indies in pejus ruere jam olim exiſtimatum. Unde *Antiqua* pro bonis & probis uſurpabant, utpote proxime ad Deos accedentia. And. IV. 5. 22. Hec. V. 4. 18. & 20. Plaut. Capt. I. 2. 20.
Ille demum antiquis *eſt adoleſcens moribus.*
Trin. II. 2. 16.
meo modo & moribus vivito Antiquis.
Cicero Att. IX. 15. [*al.* 18.]
Vide, quam ſim antiquorum *ho-*

[114] Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice.
[115] Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Reſtare video! vah! [116] vivere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem, & conloquar.

hominum. Idem pro P. Quint. 22. *Tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii, qui ſplendorem noſtrum & gratiam negligat?* Pro P. Sext. 3. *Graviſſimae* antiquitatis *viris*. Sed & Graeci Ἀρχαίȣς εὐήθεις dicebant. & ἀρχαιότρόπȣς, & Κρόνιον ὄζοντας, quaſi Saturnum redolentes. *Veſterhov.*

114. HAUD CITO MALI QUID ORTUM EX HOC SIT PUBLICE.] Utrum hoc optantis eſt, ne moriatur? an eſt teſtimonium vitae hominis, nunquam obfuturi reipublicae? *Donatus.* HAUD CITO.] Formulae ſpeciem habet. Cic. Bruto: *Sed neque verbis aptiorem* cito *alium dixerim, neque ſententiis crebriorem.* Veſterhov. CITO, facile. PUBLICE, in Republica. *Minell.* ORTUM SIT, pro, oriri, vel evenire poteſt.

115. QUAM GAUDEO.] Menander:
Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνει τὶς ἂν
Τȣτ' ἐςι τὸ ζῆν, ȣ̓χ' ἑαυτῷ ζῆν μόνον.
Citat Stobaeus Flor. Tit. CXXII. ἐκ τȣ̃ Φιλαδέλφȣ. Veſterhov. UBI ETIAM HUJUS GENERIS RELIQUIAS RESTARE VIDEO.] Paucos & raros bonos. nam RELIQUIAS, pro relictis paucisque dixit. ideo RESTARE etiam dictum eſt. *Donatus.*

116. VIVERE ETIAM NUNC LIBET.] Plaut. Curc. I. 3. 16.
hoc etiam eſt, quamobrem cupiam vivere. Veſterh. Ex hac delectatione oſtenditur Demea, & quam peccantibus ſit amarus ac ſaevus: & quam facile hujus incuſatione, [*incuſationi*, Rob. Steph. & Libb. quidam Antiqq. *accuſationi*, Edit. Anonyma. *Veſt.*] tanquam gravi teſtimonio crediturus ſit: & quantum doliturus ſuper Aeſchino, [Plerique Codd. veteres. *Super Aeſchinum.* Veſt.] qui diſpliceat talibus viris. *Donatus.*

AC-

ACTUS TERTII

SCENA QUARTA.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

He. [1] PRO Dî immortales! facinus indignum, Geta.
[2] Quid narras! *Ge,* Sic est factum. *He,*
[3] Ex illan' familia
Tam illiberale facinus est ortum? [4] o Aeschine,
Pol [5] haud paternum istuc dedisti. *De.* [6] Videlicet

Hhhh 3 De

1. PRO DÎ IMMORTALES!] *Haec Scena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis, & accusationem ejus, quem laedere nolit ipse accusator, continet.* Donatus.

2. QUID NARRAS!] Mirantis est, non interrogantis. *Donatus.*

3. EX ILLAN' FAMILIA TAM ILLIBERALE FACINUS ESSE ORTUM?] Scilicet augetur indignitas, ex familiae ipsius honore. Sic supra III. I. 10. & mox versu 18. *Vesterb.* ILLIBERALE.] Ingenua persona indignum. *Paraphrastes Delph.*

4. O AESCHINE, POL HAUD PATERNUM.] Mira maturitas: in qua nescias utrum magis injuriam illatam orbae virgini, an Aeschinum peccasse, plus doleat servatur enim in Hegione quod vir bonus sit & amicus. *Donatus.*

5. HAUD PATERNUM ISTUC DEDISTI.] Deest, *facinus.* Et DEDISTI, pro *fecisti.* Sed sic dicitur in re magna. ut [Virgil. Aen. XII. 453.]
dabit *ille ruinas*
Arboribus, stragemque satis.
Donatus.

Id vult, Aeschinum haud patrissare. Gr. Οὐ πατρῷα αὐλεῖς μέλη. Quod igitur Guyetus laudat ex Heaut. V. I. 43.
Quot res dedere, *ubi possem persentiscere?*
ἀπροσδιόνυσον est. *Res* enim *dare*, & *dare se* dicitur, pro eo, quod est simpliciter

De psaltria hac audivit: id illi nunc dolet,
[7] Alieno: pater is nihili pendit. hei mihi!
[8] Utinam hic prope adesset alicubi, atque audiret haec!

He. [9] Nisi facient, quae illos aequom 'st, [10] haud sic auferent

Ge.

ter, accidere. Magis accedit locus, qui est Eun. III. 2. 4.

quod dedit
Principium *adveniens!* Vesterhov.

6. VIDELICET, confirmativum est. Ut VIDELICET, *videre licet*: sic *scilicet*, scire licet: *ilicet*, ire licet. *Donatus.*

7. ALIENO, nulla propinquitate sanguinis, aut alia tali necessitudine nostrae familiae conjuncto. Island. Bandalausum. * IS NIHILI PENDIT.] Is, abundat. Aut Is, pro *ipse*: subjunctivum pronomen minus quam finitum. *Donatus.* Sic supra III. 2. 17. Itidem τὸ *Illum* πλεονάζει. In quibusdam Libris est, NIHIL PENDIT. *Vesterhov.* NIHILI PENDIT.] Contemnit, non curat. *Eugraph.*

8. UTINAM HIC PROPE ADESSET.] Quasi sibi non crediderit dicenti, *In ore est omni populo.* Donatus. In Ms. Lips. est. UTINAM HIC ESSET ALICUBI, ATQUE HAEC AUDIRET. *Vesterhov.* ADESSET, sc. Micio. HAEC, querelam Hegionis super Aeschino.

9. NISI.] *Si non* significat. QUAE ILLOS AEQUOM 'ST.] Subauditur, *Facere*, a superiori, per σύλληψιν intellectum. *Donatus.* FACIENT, sc. Aeschinus & sui parentes.

10. HAUD SIC.] Δεικτικὸν est. HAUD SIC AUFERENT.] Quomodo accipimus, HAUD SIC AUFERENT? an, Factum suum auferent sic; An, si (Vesterhovius mallet, *nisi*; quod & mihi unice rectum videtur.) correxerint culpam, non silentio transituros ipsos, vel ipsum quod factum est. HAUD SIC AUFERENT.] Id est, leniter abibunt, vel subtrahent culpam. HAUD SIC AUFERENT.] Senilis & matura comminatio. Et est SIC demonstra-

Ge. In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt.
[11] Te ſolum habemus: [12] tu es patronus; tu parens:
[13] Ille tibi moriens nos commendavit, ſenex.
[14] Si deſeris tu, perimus. *He.* [15] Cave dixeris.

ſtratio, geſtum continens leviſſimae ac parvae ſignificationis. *Donatus.* HAUD SIC AUFERENT.] Sub. Inultum, impunitum. Haud ſic poenae ſubtrahent culpam. Vide ad And. III. 5. 4. *Veſterhov.*

11. TE SOLUM HABEMUS.] Sub. Adjutorem, ad quem confugiamus, ſeu qui nos reſpiciat.

12. TU ES PATRONUS.] PATRONUS aut temporale nomen eſt defenſoris: aut certe appellatio eſt, per quam oſtenditur, quid illi cultus & obſequii debeatur. Eſt enim nomen ad aliquid [Sub. *reſpiciens* i. e. relativum. Ita Interpres ſupra III. 1. 1. de vocabulo *Nutricis.*] PARENS autem, veri amoris nomen eſt: & aequali loco continet interpretationem. [Verba obſcura. an reſpicit Interpres locum Phorm. III. 2. 11. an ſenſus eſt; *Et ita interpretandum, quaſi dicat, parentis loco?*] Et vide, quam vigilanter Poëta, quum ſimpliciter matronam de abſente Hegione loquentem induceret, COLUIT NOS, dixit: quum ſervus & ſupplex ad praeſentem loquitur, TU ES PATRONUS, inquit. *Donatus.* Sic And. I. 5. 60. Phorm. III. 2. 11. MSſ. & Impreſſi quidam: TU PATER. Alii, TU ES PATER. *Veſterhov.*

13. ILLE TIBI MORIENS NOS COMMENDAVIT.] Servus magnum veritatis indicium addidit dicendo MORIENS: nemo enim moriens non vera loquitur & urgentia. Unde in jure ultima judicia certiora ſunt. Sic alibi, *Hanc mihi in manum dat. mors continuo ipſam occupat.* Donatus. And. I. 5. 49. ſeqq. *Veſterhov.*

14. SI DESERIS TU, PERIMUS.] Proprie, quaſi patrono. nam Socius deficit, Parens prodit, Patronus deſerit. Sic *Salluſtius* [In Fragmentis.] *Poſt defectionem ſociorum* & *Latii.* Et, [Virg. Aen. I. 255. Venus Jovi loquitur.] *unius*

Neque faciam, [16] neque me satis pie posse arbitror.
De. Adibo. [17] Salvere Hegionem plurimum

Jubeo.

unius ob iram
Prodimur.
Et, [Infra IV. 5. 58.]
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Plautus [Curc. IV. 3. 16. ubi nunc paullo alius ordo est.]
Qui libertos habent, eos deserunt.
Hinc & milites, qui defensores patriae deberent esse, *desertores* esse dicuntur. SI DESERIS TU, PERIIMUS.] Huic rei maxime respondet [sc. *Hegio*] oratorie, quae illum maxime commovit. Ut [Virg. Aen. VII. 452.
En ego victa situ.
Et [Virg. Aen. XI. 364.]
Pulsus ego?
Alii πρὸς τὸ PERIIMUS, τῷ εὐφημισμῷ responsum putant. *Donatus.* SI DESERIS TU.] Sic. And. I. 5.35. & 56. *Vesterhov.*

15. CAVE DIXERIS.] Vult Getam εὐφημεῖν, neque uti voce DESERIS, utpote malae notae, & ominis. Unde ipse non ait, *Non deseram*, sed, NEQUE FACIAM, NEQUE ME SATIS PIE POSSE ARBITROR. Respondet autem ita, quod impium haberetur, si patronus clientem sine causa desereret, maxime si accessisset morientis commendatio. *Vesterhov.*

16. NEQUE ME SATIS PIE POSSE ARBITROR.] Sensus: Neque arbitror me id facere posse, sc. *deserere vos*, nisi cum crimine impietatis.

17. SALVERE HEGIONEM PLURIMUM JUBEO.] Ideo providit Demea, non provisus est; quia oportuit illum audire quae loqueretur Hegio, & ex illius jam verbis indignationem moveri [Lego cum edit Anon. *Indignatione moveri.* Rob. Stephan. & Lindenbruch. *in indignationem.* Vest.] JUBEO autem, volo significat: ab eo quod sequitur, id quod praecedit. Non *jubemus* enim, nisi quod voluerimus. *Donatus.* Non. Marcellus: *Jubere est velle.* Priscianus Instit. Grammat. Lib. XVIII. legit, GAUDERE HEGIONEM &c. *Vesterb.*

Jubeo. *He.* [18] Te quaerebam ipſum. ſalve, Demea.
De. Quid autem? *He.* [19] Major filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, [20] neque boni
Neque liberalis functus officium eſt viri.
De. Quid iſtuc? *He.* Noſtrum amicum noras Simulum,
Atque [21] aequalem? *De.* [22] Quidni? *He.* [23] Filiam ejus virginem

18. Melior lectio quorundam Codicum: OH! TE QUAEREBAM IPSUM. Sic And. III. 3. 1. *Veſterhov.*

19. MAJOR FILIUS TUUS AESCHINUS &c.] Artificioſa poſtulatio: in qua, ne ſtatim Demea diceret, nihil ad ſe hanc querelam pertinere, quippe qui Cteſiphonem curare debeat, infertur cauſa, cur non diſſimulet pater: quia filius: quia major eſt: quia Aeſchinus, ſi quid eſt in ipſo nomine charitatis: quia fratris adoptivus: quia bonus & liberalis: & contra haec, quibus laudatus eſt, fecit. *Donatus.*

20. NEQUE BONI, NEQUE LIBERALIS &c.] Quaerendum inter *bonum* & *liberalem* quid interſit. An *bonus*, eſt, qui non nocet? *Liberalis*, qui etiam prodeſt? An *bonus*, qui non peccat in facto? *liberalis*, qui nec verbo quidem? *Donatus.* Fruſtra argutari Interpretem notat Boeclerus, quum *Liberalis* ad εὐγένειαν, adeoque ad ingenium referatur, *Bonus* ad mores & diſciplinam vitae. *Veſterhov.* Neque bono, neque ingenuo viro rem dignam egit. *Paraphraſt. Delph.*

21. AEQUALEM.] Ὁμήλικα. Donatus. Nepos Ariſt. 1. Aequalis *fere fuit Themiſtocli.* Att. 17. *Nunquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, quam prope aequalem habebat.* Curt. VIII. 13. 21. *Attalum & aequalem ſibi, & haud diſparem habitu oris & corporis.* Cic. de Senect. 4. *Adoleſcens ita dilexi ſenem, ut aequalem* And. II. 6. 22. Eun. II. 3. 35. *Veſterhov.*

22.

Vitiavit. *De.* Hem! *He.* Mane; nondum audisti, Demea,
Quod est gravissimum. *De.* An quid est etiam amplius? 24
He. Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo 'st:
25 Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:

26 Hu-

22. Plus est QUIDNI, quam *Noveram.* nam quasi corripit dubitantem, dicendo QUIDNI? ut subaudiatur, *Noverim.* Donatus.

23. FILIAM EJUS VIRGINEM VITIAVIT.] Vides quantum valeat injuria, vel dignitas personarum. Non contentus facinore, personas credidit ante proponendas. *Donatus.* HEM.] Interjectio nunc est irati, & est irati vehementer: quippe qui aliud vitium audiebat, praeter crimina quae sciebat. *Donatus.*

24. AMPLIUS.] Id est, majus. *Donatus.* Gravius. Sic Hec. III. 1. 9.[*Vesterhov.* VERO, Etiam, certe confirmandi particula.

25. PERSUASIT NOX, AMOR, VINUM, ADOLESCENTIA.] *Plautus* in Bacchidibus [I. 1. 54.]

quia istboc illecebrosius
Fieri nihil potest; Nox, mulier, vinum, homini adolescentulo.

Et haec omnia ab impulsionis parte dicuntur, non a ratiocinationis: ideo & PERSUASIT dixit: nam instans persuasio, *impulsio* dicitur: ut ipse, [And. I. 5. 31.]

Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

NOX, AMOR, VINUM [&c.] Haec inferuntur ἀσυνδέτως, ut multa videantur. VINUM.] Proximum huic, & simile, est in Hecyra. [I. 2. 63. - 4. - 5.] *Virgilius* [Georg. II. 455.]

Bacchus & ad culpam causas dedit. Donatus.

Ennius apud Festum:

Persuasit nox, vinum, Deus qui multo est maximus.

Lindenbrog. Plaut. Aulul. IV. 10. 15.

Quia vini vitio atque amoris feci.

Ovid.

[26] Humanum 'ſt. [27] ubi ſcit factum, ad matrem virginis
[28] Venit ipſus ultro, lacrumans, [29] orans, obſecrans,
Fidem dans, jurans ſe illam ducturum domum.
[30] Ignotum 'ſt: tacitum 'ſt: creditum 'ſt. virgo ex eo
[31] Compreſſu gravida facta eſt: [32] menſis hic decimus eſt.

[33] Ille

Ovid. Amor. I. 6. 59.
Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent. Veſterhov.

26. HUMANUM EST.] Nihil tandem ex ea ſumtum conſuetudine eſt, quod non humanum. Et hoc dicere ſolemus, ubi peccatum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. *Donatus.* Sic mox ipſe Micio infra IV. 5. 53. *Veſterhov.* Hoc peccatum in hominem cadere poteſt. *Paraphraſtes Delph.*

27. UBI SCIT FACTUM.] Id eſt intelligit & ſentit. *Donatus.* FACTUM, crimen ab ſe commiſſum. Hic ait eum per ignorantiam peccaviſſe. In quibusdam Libb. eſt: UBI SIC FACTUM, notante Veſterhovio.

28. VENIT IPSUS ULTRO, LACRUMANS.] Mire: & ad matrem VENIT ULTRO, LACRUMANS, ne quod leniter aut mollius mulier tuliſſet, prope pactionem iniiſſe videretur. *Donatus.*

29. ORANS, OBSECRANS.] *Orare* eſt placidos petere: *Obſecrare*, iratos rogare. Unde plus facit OBSECRANS, quam ORANS: plus vero *orans*, quam *rogans*. *Cicero, Orare & rogare.* Donatus.

30. IGNOTUM 'ST: TACITUM 'ST: CREDITUM 'ST.] Ἀσυνδέτως per συντομίαν ut ſolet, hic loquitur: ut *Imus, venimus, videmus*. Et honeſtius imperſonaliter quam *ignovimus, tacuimus, credidimus*. Donatus. IGNOTUM 'ST, Venia eſt Aeſchino a matre data. TACITUM 'ST, Nihil eſt revelatum, res eſt celata. CREDITUM 'ST, Promiſſis ejus. *Minell.*

31. COMPRESSU.] Sic Plaut. Epid. IV. 1. 15.
quae meo compreſſu *peperit filiam.* Veſtorhov.

32.

[33] Ille bonus vir nobis psaltriam, [34] si Dis placet;
Paravit, [35] quicum vivat: illam deserat.

De.

32. Mensis hic decimus est.] Ex quo Aeschinus compressit eam. *Minell.* Mensis, Lunaris nimirum; quales ante Jul. Caesarem computabantur. Unde adeo passim decem menses partui tribuuntur a veteribus. Sic infra IV. 5. 57. Hec. V. 3. 24. Plautus saepius. Menandro tribuunt Fr. Fabricius & Farnabius, ἐκ τοῦ πλοκίου, quod in Fragmentis tamen non comparet, Γυνὴ κύει δεκάμηνα. Sed Caecilii in Plocio est:

Insolenne mulier decumo mense *parere?*
Pol nono *etiam*, septimo *atque* octavo.

Virgil. Ecl. IV. 61.

Matri longa decem *tulerunt fastidia* menses. *Vesterb.*]

33. Ille bonus vir. Εἰρωνεία indignantis in loco addita est verbis ardentibus. Nobis autem, ex abundanti ad indignationem relatum est. *Donatus.*

34. Bene interpositum ad invidiam, Si dis placet. *Donatus.* Si dis placet.] Ironiae maxime inserviens formula. Sed & adhibetur ab indignantibus & aspernantibus. Ita h. l. & Eun. V. 3. 10. Cic. in Pisonem 16. *Appellatus est hic vulturius istius provinciae*, Si Diis placet, *Imperator.* Quinctil. Inst. VIII. 3. *Dicta sancte & antique, videntur a nobis*, si Diis placet. Flor. III. 4. 1. *Post Macedonas*, si Diis placet, *Thraces rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum.* Ubi vide, quae annotarunt Freinshemius & Cl. Dukerus. Plautus etiam extra ironiam & indignationem usus est. Capt. II. 3. 94.

Expedivi *ex servitute filium*, si Dis placet.

Quo sensu &, *si Dii volent*, dixit Poen. IV. 2. 88. *Vesterhov.*

35. Quîcum.] Quî, pro, *qua.* Plaut. Amph. I. 1. 104.

Amphitruoni patera *donata aurea est*,
Qui *Pterela rex potitare solitus est.*

Vivat, Consuetudinem habeat. Nepos in Alcibiade, X. 6. *Mulier*, *quae* cum eo vivere *consueverat*, ɔ: concubina sua.

De. [36] Pro certon' tu iſtaec dicis? *He.* Mater virginis
[37] In medio 'ſt: [38] ipſa virgo: res ipſa: hic Geta Prae-

36. PRO CERTON' TU ISTAEC DICIS?] Hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti: ſed quia miratur ſcelera. *Donatus.* PRO CERTO — DICIS?] Sic Salluſt. B. Catil. 15. Pro certo *creditur.* Ovid. Amor. II. 11. 53.
Omnia pro veris *credam*, *ſint ficta licebit.*
Attius, Telepho:
Pro certo arbitrabor *ſorteis*, *oracla*, *adytus*, *auguria.*
Cic. Fam. VI. 12. *Quare magno opere putavi angoris & doloris tui levandi cauſa*, pro certis *ad te ea*, *quae eſſent certa*, perſcribi. Liv. XLIV. 22. *Illud* affirmare pro certo *habeo audeoque.* Veſterhov.

37. MATER VIRGINIS IN MEDIO 'ST.] Terribiliter ſatis, IN MEDIO 'ST: quaſi retineri non poſſit, nec cohiberi, quin rem probet. Et praeterea, quum argumentorum genera duo ſint, ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον: ſicut in rebus manifeſtis, ἀτέχνῳ utitur. Hoc ergo, ſublatis ſuperciliis, dicendum eſt. IN MEDIO 'ST. nam lentius erat, ſi diceret, *Praeſto eſt.* Donatus. IN MEDIO.] *Sub.* Populi, civium, in media urbe verſatur, a quovis adiri poteſt, praeſto eſt, teſtificatura de hac re: quod enim eſt in medio loci alicujus, non eſt abſconſum, ut in corona hominum ſedentium, qui ſtat in medio circi, multum eſt in luce & in promtu. *Minell.* IN MEDIO 'ST.] *In medio eſſe* pro vivere dixerunt. *E medio abire*, *e medio excedere*, mori ſignificat. Phorm. V. 8. 30. & V. 7. 74. Sed & *e medio excedere* eſt e conſpectu & celebritate hominum abire. Sic Hec. IV. 3. 14. Unde ad mortem tranſlatum. *Veſterhov.* IN MEDIO 'ST, pro, praeſto eſt. Erant autem ſenes nunc conſtituti ante oſtium Soſtratae. Veſterhoviana interpretatio, *vivit*, placeat hoc loco quibus poteſt.

38. IPSA VIRGO.] Scilicet quae in Aeſchinum reum & teſtis & crimen eſt. Et ideo addit, RES IPSA: id eſt, pon-

Praeterea, [39] ut captus est servorum, [40] non malus,

[41] Neque

pondus uteri, exactis ad pariendum mensibus. *Donatus*. Res ipsa.] Q.d. Quid verbis opus est, quum res ipsa testetur, & flagitium commissum palam constet ex pondere uteri & instante partu? *Vesterhov*. Minellius ad singula haec, uti & ad Hic Geta, subaudit, *Est in medio:* quod ad τὸ Res ipsa subauditum valet, *manifesta est*.

39. Ut captus &c.] An, quantum capit animus servilis, tantum non malus, atque iners Geta? An, Ut captus est servorum, quemadmodum saepe aucupium in servis habendis bonum evenit? Ut in captu avium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia servum evenire bonum, non ratio est aut natura, sed casus est, utpote in re rarissima: ut sit, Ut captus est servorum, id est, eventus est in servis. Ut captus est servorum.] Id est, ut se habet conditio servorum. *Afranius* in Simulante, *Is, ut servorum captus est, facillime domo atque familia nostra proveniditur.* Ergo Captum sortem intelligo. Non malus.] Id est, fidelis. *Donatus*. Solet Formula haec, ut Captus est, addi laudibus eorum, qui minus capaces sunt magnae laudis. Caes. B. G. IV. 3. *Ad alteram partem succedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut* captus est *Germanorum*. Cic. Tusc. Quaest. II. 27. *Graeci autem homines non satis animosi, prudentes*, ut est captus *hominum*, *satis, hostem adspicere non possunt*. Vesterhov. Haud multum abludit Curt. IX. 1. 24. *Gens*, ut barbari, *sapientia excellit*. Quae autem Donanatus de *aucupio*, *casu*, & *eventu*, *in bonis servis habendis*, disputavit, vix est ut magnopere cuiquam approbentur.

40. Non malus.] Tolerabilis, bonus & fidelis; κατὰ λιτότητα dictum est. *Minell*. Vide ad Eun. II. 2. 43. Quae laus tanto rarior, quod vulgo dicerent,

Δοῦλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ. Vesterh.

[41] Neque iners, [42] alit illas: folus omnem familiam
Suftentat, [43] hunc abduce, vinci, [44] quaere rem.

Ge.

41. NEQUE INERS.] Id eft, artem habens. Oratorie futurum teftem & indicem laudat: fed ne improbe facere videatur, parcius id facit. non enim dixit *bonus* & *folers*: fed, quod in fervo fufficit, NON MALUS, NEQUE INERS. Et proferendi Getae haec maxime caufa eft: ne quod permittere videatur in fervo pauperis, atrocius fiat. Et fimul ut haec προθεράπευσις non contriftet Getam: quem prius laudat, dicturus, HUNC ABDUCE, VINCI, QUAERE REM. *Donatus*. NEQUE INERS, Et non fine arte, id eft, imo folers & gnavus five induftrius: Eadem figura. *Minell.*

42. ALIT ILLAS: SOLUS OMNEM FAMILIAM SUSTENTAT.] Duas hic res docet: & unde hae vivant: quod teftimonium pudicitiae eft: & gravem teftem poffe effe Getam. SOLUS OMNEM FAMILIAM SUSTENTAT.] Hoc verbo tenuis victus oftenditur, quod bene frugi effe monftratur in foeminis. *Donatus*. ALIT ILLAS. fc. Labore fuo & induftria victum illis quaerit. * SUSTENTAT.] Ita Phorm. II. 1. 57. de fervo Geta:

> columen *vero familiae*.

Virg. Aen. XII. 59.

> *in te omnis domus inclinata recumbit*. Veft.

43. HUNC ABDUCE, VINCI. QUAERE REM.] Non multum permittit, utpote de alieno fervo. ideo Geta plus de fe largietur. Ipfe tamen ἀσυνδέτως tria pofuit, ut multa videretur dicere. HUNC ABDU-CE.] Ut [Virgil. Aeneid. XI. 463.]

> *Tu, Volufe, armari Volfcorum* edice *maniplis*.

Nam poftea E litera, hujusmodi verbis aucta eft [Lego vel *addita*, vel *adjecta*. Veft. Malim, *abjecta*.] ABDUCE: ab hoc illuc [fc. *ab hoc loco illuc* &c. Mf. Boend. & Impreffi ante Rob. Steph. & Lindenbr. *Ad hoc illud, ut* &c. prodente Vefterhovio.] ubi nemo poffit intercedere. *Donatus*. ABDUCE, VINCI, QUAERE.]

Κλί-

Ge. [45] Immo hercle extorque, niſi ita factum 'ſt, Demea.
Poſtremo non negabit [46]: coram ipſum cedo
De. [47] Pudet: nec, quid agam, neque quid huic reſpondeam,
Scio. *Pa.* [48] Miſeram me! [49] differor doloribus.

[50] Juno

Κλίμαξ ἀσύνδετος rei accommodata. Sic Hec. V. 2. 7. *Veſterhov.*

44. QUAERE REM.] Latenter praeter vincula, etiam tormenta ſignificavit, nam hoc, QUAERE REM, pete rei veritatem, ſignificat. *Donatus.*

45. IMMO HERCLE.] Duo hi verſus in Mſ. Lipſ. etiam Hegioni tribuuntur. *Veſterh.* IMMO HERCLE EXTORQUE.] Ἄτεχνος πίστις. Et bene ipſe de ſe plus & apertius, quam Hegio, largitur. EXTORQUE.] Multum dixit: non *Torque*, ſed EXTORQUE. *Torquemus* enim hominem: *Extorquemus* veritatem. *Donatus.* NISI, pro ſi non. Et poteſt EXTORQUE hic eſſe, vehementer, ultimis cruciatibus, torque ſc. *me*, ſi hoc non eſt verum. Notum eſt *Ex* interdum intendere ſignificationem, ut in *Exacerbo*, *Excrucio.*

46. Sub. ipſe Aeſchinus. * CORAM IPSUM CEDO.] Mſ. Mark. cum edd. Juntarum, Aldi, Rob. Stephani, CORAM IPSO CEDO. Praeſtat autem lectio Cod. Bembini, & pluſcul. Mſſ. quam exhibeo, ut ſenſus ſit: *Siſte eum praeſentem.* Veſterhov. Illa altera lectio ſonat, *Statue me coram ipſo*, quod eodem mihi videtur abire.

47. PUDET.] Averſus hoc dicit, & perturbatus Demea. Majoris erit ponderis PUDET dictum, ſi *me* nec addas, nec ſubaudias. *Donatus.*

48. MISERAM ME!] Ante haec verba plerique Codices veteres legunt, INTUS. Alii, PAMPHILA CLAMAT INTUS. Utrumque a Librariis eſt, non a Poëta. Sic And. III. 1. 15. *Veſterhov.*

49. DIFFEROR DOLORIBUS.] Divellor, diſcrucior, dilaceror. Et proprie hoc genus querelae convenit partu-

[50] Juno Lucina, fer opem! serva me, obsecro. *He.* [51] Hem!

Numnam illa, quaeso, parturit? *Ge.* Certe, Hegio. *He.* [52] Hem!

Illaec

turienti, & cui viscera distendantur: & ei quae inexpertum dolorem nunc primum sentiat. *Donatus.* DIFFEROR DOLORIBUS.] Tam ad sensus, quam ad corpus refertur. Turpilius apud Nonium Marcellum:

Intercapedine interficior, desiderio differor.

Plaut. Epid. I. 2. 15.

egomet clamore defatigor, differor.

Truc. IV. 1. 3.

Dii magni! ut ego laetus sum, & laetitia differor! Vesterhov. Phraseol. Dan. Jeg hår saa ont at jeg maa briste.

50. JUNO LUCINA, FER OPEM!] Bona procuratio Poëtae: ut & vox parturientis pro testimonio succedat, ad inflammandum Demeam. FER OPEM!] Partui. SERVA ME, OBSECRO!] Parturientem. Duas enim res poscit haec precatio: & nascentis, & parturientis salutem. *Donatus.* Varro Lib. IV. de L. L. *Facta igitur a Luce & juvando Juno Lucina; a quo parientes eam invocant.* Alludit autem simul [Terentius] ad cognomen Dianae, quae & *Opifera* dicta est. *Vesterhov.* ad And. III. 1. 15. ubi haec precatio totidem verbis habetur.

51. HEM! mirantis hic est repentinum partum. *Minell.*

52. HEM! interjectio puerperae conditionem miserescentis. *Minell.* ILLAEC FIDEM NUNC VOSTRAM IMPLORAT.] Haec oratoria πλάσις est. non enim rogat: sed videtur hoc facere. Et *implorare* est, in malis positos [Ed. Veneta anni 1512. *positus.* Guido Juvenalis, *positum.* Vest.] cum ploratu aliquem rogare. *Donatus.* Cum ploratu & vociferatione auxilium alicujus expetere, *implorare* dicitur. Liv. III. 21. *Multitudo clamore ingenti, nunc Consulum, nunc Patrum* fidem implorant. Eodem sensu I. 7. Fidem *pastorum nequicquam* invocans, *morte occubuit.* Vesterhov.

Illaec fidem nunc vostram implorat, Demea:
Quod vos [53] jus cogit, id [54] voluntate impetret.
Haec primum ut fiant, Deos quaeso, [55] ut vobis decet.
[56] Sin aliter animus voster est, ego, Demea,
Summa vi defendam hanc, [57] atque illum mortuum.
[58] Mihi

53. Vis legum intelligitur. *Donatus*. Ex scriptura Mss. vix internoscere queas, *Jus*, scripserit Poëta, an *vis*, ob exiguam differentiam. Et possit Donatus videri legisse Vis. neque enim JUS *legum* commode dicitur. Sed & testatur Gabriel Faërnus, in Cod. Bemb. adscriptum fuisse, VIS, *necessitas legum*. Si vero Jus scripsit Terentius, intelligitur *vis justitiae*. *Vesterhov*.

54. ID VOLUNTATE IMPETRET.] H. e. sponte. Sic And. II. 5. 11. Phorm. V. 3. 2. Liv. XXXV. 45. *Multa homines, ut bellarent, voluntate remittere, quae bello & armis cogi non possint*. Guyetus e tribus Mss. τὸ UT inserit; quod & mihi repertum. quando legendum: ID UT VOLUNTATE IMPETRET. *Vesterhov*.

55. UT VOBIS DECET.] Παραινετικῶς dixit, non ut puellae utile est, sed UT VOBIS DECET. VOBIS DECET.] Graece dixit, ὑμῖν πρέπει. Donatus. VOBIS DECET.] Sic infra V. 8. 5. Plaut. Amph. II. 2. 188.

Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi *non* decet.

Gell. IX. 15. *Praefatur arrogantius, quam* aetati *ejus* decebat. Sic l. 23. ff. de Legat. 3. Decet *tantae* majestati. *Vesterhov*. Plura hujus constructionis exempla videas in Sanctii Minerva, Lib. II. Cap. 4. pag. m. 179. 180. ubi & consulas Perizonium n. 2.

56. SIN ALITER ANIMUS VOSTER EST.] Sic Hec. V. 2. 19. Confer Justin. II. 13. 3. & ibi Scheffer. *Vest*. ANIMUS hic, Voluntas, propositum.

57. ATQUE ILLUM MORTUUM.] Idonea causa est, adversus vivos querimoniam faciendo, pro mortuo scilicet. Qua in re, & de officio suo locutus est, & ex-
ng-

[58] Mihi cognatus erat: una [59] a pueris parvolis
Sumus educati: una femper militiae, & domi
Fuimus: [60] paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter [61] enitar, faciam, experiar: denique
[62] Animam relinquam potius, quam illas deferam.

aggeravit culpam in Aeschinum, qui videbatur in uno eodemque facinore vivos mortuosque laesisse. *Donat.* MORTUUM, i. e. honorem patris puellae mortui, nam vitium & desertio filiae in contumeliam cedebat patris.

58. COGNATUS MIHI ERAT.] Causa exposita, jam agit Hegio de persona sua, utrum recte faciat. Quum amicitiarum duo genera sint, unum necessarium, id est, propinquitas sanguinis: alterum voluntarium; quo nobis etiam alienissimi conjunguntur: Micionem dicit ac Demeam, & vivos & voluntarios tantum sibi amicos esse. Simulum vero, & mortuum, & non solum voluntate, sed & necessitudine amicum fuisse conjunctum. In qua re & illi non deerit, & his purgatur. Sed &, COGNATUS MIHI ERAT, vultu adjuvat: quia non a conjunctione inceptiva sumsit exordium. *Donatus.*

59. In Mss. Lips. est, A PUERO PARVOLI. *Vesterhov.*

60. PAUPERTATEM UNA PERTULIMUS GRAVEM.] Ἐπαναφορὰ est. quia magis conjungit malorum consortium, quam bonorum. *Donatus.*

61. NITAR, FACIAM, EXPERIAR.] Sic dicit, ne dicat, *Vindicabo*: quod vult magis significatum esse, quam dictum. Et ne ei diceretur, *nihil poteris:* quod ad incipiendum suffecit, dixit, EXPERIAR. *Donatus.* ENITAR; FACIAM, EXPERIAR.] Sic Aud. II. 1. 34.
Facite, fingite, invenite, efficite.
In Mss. quibusd. est, NITAR. Dixit autem EXPERIAR, uti supra III. 2. 52. *Vesterhov.*

62. ANIMAM RELINQUAM POTIUS.] Modesta comminatio: prius quid sibi possit evenire dixit, quam quid passurus sit Aeschinus. *Donatus.* Sic Heaut. III. 1. 70.

Quid mihi respondes? *De.* * Fratrem conveniam, Hegio:
[63] Is, quod mihi de hac re dederit consilium, id [64] sequar.
He. Sed, Demea, hoc tu [65] facito: cum animo cogites

[66] Quam

Vesterhov. Virg. Georg. IV. 238.

animasque *in volnera* ponunt.

* FRATREM CONVENIAM, HEGIO.] Vultuosè pronuntiandum, hoc quod addidit, HEGIO. quasi dicat, Res in manu fratris est constituta, non mea. *Donatus.*

63. IS QUOD MIHI IN HAC RE &c.] Hunc versum ex Phormione, II. 4. 21. huc insertum quidam post Muretum crediderunt. Et sane parum commode hoc loco legi videtur, quum de Aeschini rebus nihil faceret Demea ex consilio Micionis, qui corrumpi eum sinebat, invito Demea, suum jam esse factum jure adoptionis dicens Aeschinum. Porro Demea in fine hujus Scenae ita stomachatur in fratrem, ut eum minime consulturus videatur. Sed neque Donatus versum hunc hic legisse videtur, quia nihil ad eum notavit. Igiturne delendus, quamvis tot Mss. & Impressi antiqui eum exhibeant? ἐπέχω. Vesterhov. Rem ad fratrem relaturum se dicit Demea, non serio, sed ut spatium deliberandi nanciscatur, neque statim ab Hegione ad aliquid certum decernendum adigatur. arbitror itaque hunc versum non esse sollicitandum.

64. In Mss. quibusdam editisque legitur, EXSEQUAR. *Vesterh.*

65. FACITO: CUM ANIMO COGITES.] Georg. Fabricius FACITO DUM ANIMO COGITES. Videtur autem CUM ANIMO COGITES dictum, uti *Tecum cogites.* Sic Plaut. Mostell. III. 2. 13.

Quo magis cogito *ego* cum *meo* animo.

Cic. Orat. II. 24. de Lege Agraria: *Vos tamen id potestis* cum animis *vestris* cogitare. Quod & *apud animum cogitare*, & *in animo cogitare* dixerunt. In Mss. &

[66] Quam vos facillime agitis: quam estis maxume
[67] Potentes, dites, fortunati, nobiles:
* Tam maxume vos [68] aequo animo aequa noscere
Oportet, si vos voltis perhiberi probos.
De. Redito: fient, quae fieri aequum 'st, omnia.

& Impr. quibusd. est, TECUM ANIMO COGITES. *Vest.* Nescio cui bono sit coli distinctio post FACITO, cum ordo esse videatur, FACITO, HOC CUM ANIMO COGITES. Nisi HOC TU FACITO dixit, pro, sedulo attendito, sc. *iis, quae sum dicturus.*

66. QUAM VOS FACILLIME AGITIS.] Ut & supra, *Facilem victum pares.* [Haec nusquam in Terentio comparent. Forsan e memoria laudavit locum, qui est, Eun. II. 2. 30. *Et tam facile victum quaerere.* Vest.] Et vide quam oratorie laudes sumserit argumenta suadendi. *Donatus. Facillime agere*, est rebus ad vitam necessariis abundare. Plaut. Curc. V. 2. 6.

PL. *Nugas garris.* CU. *Soleo. nam propter eas* vivo facilius.

Cic. Fam. VI. 5. *Res & fortunae tuae — quotidie* faciliores *mihi & meliores videntur.* Virg. Aen. I. 445.

Egregiam & facilem victu per secula gentem.
Ita Dii Homero dicuntur ῥᾶον ζῶντες, ῥᾶον ἄγοντες. Vide porro ad Eun. II. 2. 30. Phaed. III. 7. 13. Graev. ad Cic. Fam. III. 12. & ad Justin. II. 1. 9. Contrarium est *Difficultatibus premi, in summa difficultate nummaria esse.* cetera. *Vesterhov.*

* TAM MAXUME.] Notandus usus particulae QUAM & TAM sequente superlativo. Sic Heaut. V. 2. 44. *Vesterhov.*

67. POTENTES.] Phaed. III. 5. 6. & ibi Burmann. *Vesterhov.* POTENTES, sc. dignitate, auctoritate, amicorum multitudine, &c.

68. AEQUO ANIMO AEQUA NOSCERE OPORTET.] Bene dixit AEQUO ANIMO: quia potentiori & fortiori contra naturam est aequitas. *Donatus.* AEQUA NOSCERE.] Aequum esse, & justitiam colere. ἐπιεικῆ γνῶναι Vesterhov.

He. Decet te facere. Geta, duc me intro ad Sostratam.

De. [69] Non me indicente haec fiunt: [70] utinam hoc sit modo

De-

69. NON ME INDICENTE.] Quia dixerat, *Ipse sentiet posterius.* Et nimis dura compositio est: sed apta irascenti. *Donatus.* Eodem sensu dixit Cicero Fam. VI. 6. *Quo in bello nihil adversi accidit*, non praedicente me. Sollicitatur autem τὸ *Indicente* quasi minus Latinum. Daceria laudans Donatum, ait: *en effet, je ne croi pas, qu'on ait vû ailleurs* indicere *pour* non dicere. Sed non magis necessarium est ipsum verbum τῦ INDICENTE desiderare, quam alia, seu participiorum, seu adjectivorum; qualia sunt *insciens*, *insperans*, *inopinans*, *inconveniens*, *incogitans.* Tum, qui minus *Indicens* Latine dicatur, quam *Indictus?* Virg Aen. VII. 733.

Nec tu carminibus nostris indictus *abibis.*

Et Noster Phorm. V. 7. 8. Ad eundem modum dixit Plautus Amph. II. 2. 217.

Istam rem inquisitam *certum non est amittere.*

Et. IV. I. 9.

quaestionem inquisitam. *hodie amittere.*

H. e. non quaesitam, non inquisitam. Similia sunt: *irrevocandus*, apud Claudian. de Bello Getic. vers. 123. *Invocatus*, pro non vocato, Eun. V. 9. 29. *Illaesus*, *Impunitus*, *Inoratus* apud Cic. pro S. Rosc. 9. Dubium omne tollit ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius ad Liv. XXII. 39. [sub init.] legens: *Nam & duo boni Coss. etiam* me indicente, *omnia e republica fide vestra faceretis.* Sed & apud Cic. Fin. II. 3. *Eam si varietatem diceres, intelligerem, ut, etiam* indicente te, *intelligo.* Ubi tamen Editio Ascensiana legit, *non dicente.* Adde Jac. Gronov. J. Fr. Fil. *Vesterhov.* Apud Livium loco citato antea fuerat, *Me tacente:* & in multis Mss. *me indigentes*, unde magna cum probabilitate Gronovius formavit *me indicente.* ibidem commode allegat Varronem R. Rust. Lib. 3. de apibus: *Neque ipsae sunt* inficientes,

nec

Defunctum! verum [71] nimia illaec licentia
Profecto [72] evadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac [73] requiram fratrem, ut [74] in eum haec evomam.

nec non oderunt inertes. Ubi *inficientes*, sunt ἀεργοὶ, inertes. & de L. L. Lib. 4. *Et facere verba dicimus*, & *qui aliquid agit*, *non esse* inficientem.

70. Utinam hoc sit modo defunctum!] Utinam desperandi vim habet. Hoc, id est, negotium; id est, raptus virginis. Defunctum, finitum, id est, ut non pejora committat, ne ulterius peccet Aeschinus. *Donatus.* Sic Eun. Prol. 15. Phorm. V. 8. 32. Codd. Bemb. & Victorian. teste Faërno, Utinam hic sit &c. *Vesterhov.* Similis sensus versu ultimo hujus Fabulae,

in istac finem faciat.

Et Defunctum dixit passivo sensu, quod saepe numero in Verbis Deponentibus usu venit.

71. Nimia illaec licentia.] Quam illi dat Micio. *Donatus.*

72. Profecto evadet.] Per ardua & praerupta veniet. *Donatus.* Progredietur eo usque, ut magnam perniciem afferat. *Paraphrast. Delph.* Sic Phorm. II. 2. 11. *Vest.*

73. Requiram.] Sic Phorm. II. 1. 79. Mss. & Edd. quidam, Exquiram, notante Vesterhovio.

74. In eum haec evomam.] Sic supra III. 2. 14. Hec. III. 5. 65. *Vesterhov.* Haec evomam.] Non *Effundam*, sed Evomam: utpote quae me aegrum faciunt, quibus me relevabo, cum languor ille egestus sit. nam Evomam, hoc translatione significat. *Donatus.*

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

HEGIO.

[1] BONO animo fac sis, Sostrata; & istam, [2] quod potes,
[3] Fac consolere. [4] ego Micionem, si apud forum 'st, Con-

1. BONO ANIMO FAC SIS; SOSTRATA.] *Hi sex versus in quibusdam non feruntur. In hac Scena videtur jam locutae Sostratae Hegio respondere. Potest tamen & ipse incipere, tanquam qui & rem noverit, & maerore ejus moveatur.* FAC SIS, SOSTRATA] SIS honorifice additur verbo, ne quod imperativo modo pronuntiatur. superbum sit. Deductum est autem a senatusconsulti formula: [Msf. Boend. & edd. veter. *A senatusconsulto formulare.* Vesterh.] ubi enim aliquid senatus consulibus injungit, addit, *Si eis videatur.* Donatus. Scenam hanc genuinam esse, evincunt, praeter Donati auctoritatem, qui in quibusdam tantum non ferri hos sex versus asserit, non in omnibus, etiam locutiones Terentio dignissimae. Porro autem Hegio, qui paulo ante a Geta intro ad Sostratam erat ductus, infra IV. 3. non poterat rursus prodire in Scenam, nisi ante rursus egressus esset ex aedibus Sostratae. Nec audiendus Guyetus, spurios hos sex versus vocans, quia scilicet Hegio alloqui non possit Sostratam, quae nec in hac Scena, nec in praecedenti compareat. *Vesterhov.*

2. QUOD POTES.] H. e. Quantum potes. Heaut. III. 1. 7. Phorm. III. 1. 14. Eun. II. 1. 8. & 9. Gr. *ὡς δύνασαι. ὅτι πλεῖστον δύνασαι.* Vesterhov.

3. FAC CONSOLERE.] Duas res dixit quas & ordine locutus est; Et tu bonum habe animum: & filiam fac habere. *Donatus.* CONSOLERE.] Poterat enim Pam-

Conveniam: atque ut res geſta eſt, narrabo ordine.
[5] Si eſt, facturus ut ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt ejus ſententia,
[6] Reſpondeat mihi: [7] ut, quid agam, quam primum ſciam.

Pamphila duplici nomine ſollicita & in mærore eſſe, cum quod peperiſſet ante nuptias cum Aeſchino, tum quod Aeſchinum intellexiſſet pſaltriam rapuiſſe a lenone, atque adeo vereretur ne ſe deſereret. *Veſterhov.*

4. EGO MICIONEM.] Quia Demeam jam vidit. *Donatus.*

5. SI EST, FACTURUS UT SIT OFFICIUM SUUM.] Unde mox ipſe Micio, IV. 3. 2. *Meum officium facio.* Eſt autem loquendi genus Terentio familiare, pro eo quod eſt ſimpliciter, SI EST FACTURUS OFFICIUM SUUM. Sic Hec. III. 5. 51. IV. 1. 43. IV. 4. 15. & 102. Adde Phorm. II. 1. 40. ubi Donatus *honeſtam locutionem* vocat. *Veſterb.*

6. RESPONDEAT MIHI.] Sententiam ſuam mihi aperiat. *Paraphraſt. Delph.*

7. UT, QUID AGAM, QUAM PRIMUM SCIAM.] Mature: neque comminatur neque ſegnem oſtendit ſe fore. *Donatus.* Videtur cogitaſſe de Micione & Aeſchino in jus vocandis, & de re ad judices referenda. *Veſterhov.*

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

CTESIPHO. SYRUS.

Ct. [1] AIN', patrem hinc abiſſe rus? *Sy.* Jam dudum. *Ct.* [2] Dic ſodes. *Sy.* Apud

1. AIN', PATREM HINC ABISSE RUS?] *Hic oſtenditur timiditas boni adoleſcentuli.* & *verti*, * *ſe ad peccandum* [MS. Boend. Edit. Anon.

Villam eſt. nunc ³ cum maxume operis aliquid facere credo. *Ct.* ⁴ Utinam quidem,

⁵ Quod

Argent. Venetae, Tarviſ. *Vertiſſe ad peccandum.* Abr. Wieling. *Vertiſſe ſe.* Reſtituo: *Et veriti*, ſc. *ob peccatum ex delicti conſcientia*, *& reverentia parentis. Apparet item mos* &c. *Veſterh.* Nulla mutatione opus eſſe arbitror, ſi τὸ *Se* accipiamus pro, *illum.*] *ex delicti conſcientia*, *& reverentia parentis apparet. Item mos verorum patrum circa filios*, *Syro Demeam deſcribente.* Donatus.

2. Dic sodes.] Formula, qua utitur is, qui repeti ſibi poſtulat rem, quam veram eſſe cupit. Sic Heaut. IV. 5. 22. *Veſterhov.*

3. Cum maxime.] Mire variant Mſſ. & impreſſi, exhibentes, Cum maxime. Hunc maxime. Autem maxime. Eum maxime. Guyetus probat, Nunc eum cum maxime. Valere autem Latinis Cum maxime in praeſenti, hoc tempore, abunde conſtat. Sic Heaut. IV. 5. 40. Vide Graevium ad Cic. Fam. I. 9. & Off. II. 7. Suet. Domit. 10. Sed & valet, valde, prorſus. q. d. *ita nunc*, *ut*, *cum maxime*, vel, *ita tunc*, *ut*, *cum maxime.* Gr. ὡς μάλιϛα. Sane non aliter plene expreſſit ipſe Terentius. Hec. I. 2. 40.

Amabat, *ut* cum maxime, *tum Pamphilus.*

Et Cicero ad Q. Fr. II. 6. *Domus celebratur*, ita ut cum maxime. Facit huc conjunctio particularum, *tum cum maxime.* Vide Freinsh. Ind. Flori, v. *Maxime.* Uti autem Terentius h. l. & Phorm. I. 4. 27. Nunc cum maxime, ita Cicero pro Cluent. 5. *Quae multos jam annos*, *&* nunc cum maxime *filium interfectum cupit.* Et Cl. Mamertinus Panegyrico, Maximiano Heracleo dicto, Cap. 1. *Qui te praeſentem intuemur Deum*, *toto quidem orbe victorem*, *ſed* nunc cum maxime *in eadem occidentis plaga non paſtorem trino capite deformem*, *ſed prodigium terrius opprimentem.* Eumenius, Paneg. pro Reſtaur. Schol. cap. 4. *Ne in his quidem*, *quae* nunc cum maxime, *gerunt*, *bellis.* Veſterhov.

[5] Quod cum ſalute ejus fiat, ita ſe [6] defatigarit, *velim,
Ut triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat
ſurgere.

Sy. [7] Ita fiat! & iſtoc, ſi quid potis eſt, rectius. *Ct.*
Ita, nam hunc diem

[8] Miſere

4. UTINAM QUIDEM.] *Apud villam ſit*, ſubaudiendum: & diſtinguendum, ante quam inferatur, quod ſequitur. *Donatus.*

5. QUOD CUM SALUTE EJUS FIAT.] Hoc non eſt odiſſe patrem: ſed tantum timere ex proprio delicto. ſervatur enim in eo & amor filii, & amoris effectus. *Donatus.* Εὐφημισμὸς, quem pietas expreſſit, ne durior imprecatio vitio non careret. *Veſterhov.* QUOD CUM SALUTE EJUS FIAT, ITA DEFATIGETUR.] Dummodo ſalvus ſit. *Eugraph.*

6. DEFATIGARIT.] Sic Eun. II. 1. 14. Priſcianus Inſtit. Grammat. Lib. XV. DEFATIGARET. Ex Frontonis ſententia *Defatigatus* & *Feſſus* ita differunt, ut illud de animo dicatur, hoc de corpore. ſed contrarium vel ex his locis Terentii patet. Adde P. Manut. ad Cic. Fam. X. 19. *Defatigatus* autem de animo dicitur, And. IV. 1. 46. & Phorm. V. 3. 11. *Veſterb.*

* VELIM.] Πλεονάζει poſt UTINAM. Quod non animadvertens Donatus binas ſententias fecit. Ita: UTINAM QUIDEM. ſub. *apud villam ſit.* Mox de integro: QUOD CUM SALUTE EJUS FIAT, ITA SE DEFATIGARIT, VELIM. Incommode, quia ſimile votum non inchoat ſententiam, ſed mediae ſententiae inſeritur. *Veſterhov.* Si VELIM ad FIAT referatur, nullus erit pleonaſmus.

7. ITA FIAT! ET ISTOC SI QUID POTIS EST, RECTIUS.] Muretus Var. Lect. XVI. 3. cum Donato ſentiens de tempore longiori, quam triduo interpretatur. Guyetus de morte accipit; ita reddens in Scholiis Mſſ. *qu'il n'eu puiſſe jamais relever.* Neutrum ſatis placet. Neque opus eſt dicere, Syrum averſum a Cteſiphone haec dixiſſe: neque adeo mortem imprecari Demeae. Aliud enim dicturus fuiſſe videtur. Ubi igitur vultuoſe

[8] Misere nimis cupio, ut coepi, [9] perpetuum in laetitia degere.
Et [10] illud rus nulla alia causa tam [11] male odi, nisi quia prope 'st.
[12] Quod si abesset longius,
Prius [13] nox oppressisset illic, quam huc [14] revorti posset iterum.

Nunc

se pronunciasset haec, ITA FIAT! ET ISTOC SI QUID POTIS EST, Ctesipho metuens, ne diceret, PEJUS, vultu interminatur, vultque eum εὐφημεῖν. Unde adeo expromta astutia addit servus, RECTIUS. quae vox quum placeret Ctesiphoni, ITA, respondet. *Vesterhov.* ET ISTOC, SI QUID POTIS EST, RECTIUS.] Deest *addi.* nam si mortem significaret, non conveniret adolescentem ITA dicere : videtur enim plus temporis optasse languori. *Donatus.* Nota POTIS in genere neutro.

8. MISERE NIMIS CUPIO.] NIMIS abundat more Comicorum, qui hoc dicto asseverationem inculcabant. *Donatus.* Quidam Mff. & Impr. MI SYRE, pro MISERE. *Vesterhov.*

9. PERPETUUM IN LAETITIA DEGERE.] Supra II. . 23. Infra V. 3. 68. *Vesterhov.* PERPETUUM, integrum. *Minell.*

10. ILLUD RUS NULLA ALIA CAUSA TAM MALE ODI.] Mire ostendit omnia ex delictis in pravum verti : adeo ut miseram putet adolescens suburbanam villam, qua re ceteri delectantur. ILLUD ergo tanquam cum detestatione dixit: & MALE, & NIMIS, & MISERE. *Donatus.*

11. TAM MALE ODI.] Cic. Fam. VII. 2. Oderam *multo* pejus *hunc.* Att. XIV. 1. *Non dubito, quin me* male oderit. *Vesterhov.*

12. QUOD SI ABESSET LONGIUS.] Amori magis quam rei consulit adolescens. *Donatus.*

13. H. e. deprehendisset. Sic supra II. 2. 21. Cic. de Senect. 14. *Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties* nox oppressit, *quum mane coepisset?* Vesterhov.

Nunc ubi me illic non videbit, jam huc [15] recurret, sat scio.
Rogitabit me, ubi fuerim: [16] quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? *Sy.* [17] Nihilne in mentem? *Ct.* [18] Numquam quidquam. *Sy.* [19] Tanto nequior.
[20] Cliens, amicus, hospes, nemo 'st vobis? *Ct.* Sunt: quid postea?

Sy.

14. REVORTI — ITERUM.] Πλεονάζει τὸ ITERUM. Sic Plaut. Poen. Prol. 79.
Revortor rursus denuo *Carthaginem*. Vesterhov.

15. RECURRET.] Mire de sene, RECURRET dixit, ut ejus instantiam demonstraret. *Donatus.*

16. QUEM EGO HODIE TOTO NON VIDI DIE.] Est occupatio verborum Demeae, quasi is rogaturus sit: *Ubi fuisti, Ctesipho, quem ego hodie toto non vidi die?* Vesterhov. Melius quam alii, qui Ctesiphonem haec dicere putant ex sua persona, tanquam qui *patrem non viderit toto die*. Simul notanda est subita transitio orationis obliquae in directam, quam antiqui scriptores Islandi, magna cum suavitate, frequentant.

17. NIHILNE IN MENTEM?] Sub. venit. Ita Donatus legit, quem confer ad versum 14. Heaut. IV. 5. 16. V. 1. 13. V. 2. 33. & 44. V. 3. 3. Codices alii, NIHILNE IN MENTEM EST? Alii, in quibus Ms. Graev. IN MENTE EST? *Vesterhov.*

18. NUMQUAM QUIDQUAM.] παρέλκει, pro Numquam [simpliciter]: id est, *non*. Donatus.

19. TANTO NEQUIOR.] Formula reprehendendi alterum. Ms. Boend. addit ES. Sic Plaut. Menaechm. II. 3. 79. Contra laudandi formula est, *Tanto melior*. Vide ad Heaut. III. 2. 38. *Vesterhov.*

20. CLIENS, AMICUS, HOSPES, NEMO 'ST VOBIS?] Quo gradu in officiis praestan-

Sy. [21] Hisce opera ut data sit. *Ct.* [22] Quae non data sit? [23] non potest fieri. *Sy.* Potest.

Ct.

standis habiti *Clientes*, disputat Gellius V. 13. originem a Romulo repetunt Plutarchus in Romulo, & Dionysius Halicarnassensis. Plutarchus ita: Ἑτέρους δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διῄρει, ΠΑΤΡΩΝΑΣ ὀνομάζων, ὅπερ ἐστὶ προστάτας, ἐκείνους δὲ ΚΛΙΕΝΤΑΣ, ὅπερ ἐστὶ πελάτας. ἅμα δὲ πρὸς ἀλλήλους θαυμαστὴν εὔνοιαν αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων ὑπάρξουσαν ἐνεποίησεν. Οὗτοι μὲν γὰρ ἐξηγετὰς τε τῶν νομίμων καὶ προστάτας δικαζομένοις, συμβούλους τε πάντων καὶ κηδεμόνας ἑαυτοὺς παρεῖχον. Ἐκεῖνοι δὲ τούτους ἐθεράπευον, οὐ μόνον τιμῶντες, ἀλλὰ καὶ πενομένοις θυγατέρας συνεκδιδόντες, καὶ χρέα συνεκτιννύοντες. *Ceteros deinde, quibus majores erant opes, secr evit a plebe, appellavitque* PATRONOS *illos, hos* CLIENTES. *Ex quo fonte mirifice eos inter se benevolentiae necessitudinisque copulavit jure, quum litigantibus Patroni de jure responderent, atque advocati adessent in judicio, omnibusque item in rebus consilio eos & studio foverent: hos contra colerent Clientes, non honorando modo, verum dote etiam tenuiorum filiabus conferenda, & aere alieno suscipiendo.* Dionysius Halicarnassensis Lib. II. Παρακαταθήκας δ' ἔδωκε τοῖς Πατρικίοις τοὺς δημοτικοὺς ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους, ὃν αὐτὸς ἐβούλετο, νέμειν προστάτην. Ἔθος Ἑλληνικὸν καὶ ἀρχαῖον, ᾧ Θετταλοί τε μέχρι πολλοῦ χρώμενοι διετέλεσαν, καὶ Ἀθηναῖοι καταρχὰς, ἐπὶ τὰ κρείττω λαβών· Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑπεροπτικῶς ἐχρῶντο τοῖς πελάταις, ἔργα τε ἐπιτάττοντες οὐ προσήκοντα ἐλευθέριον

Ct. [24] Interdiu: sed si hic pernocto, causae quid dicam, Syre?

Sy. [25] Vah! quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

ροις, καὶ ὁπότε μὴ πράξειάν γε τῶν κελευομένων, πληγὰς ἐκτείνοντες, καὶ τἄλλα ὥσπερ ἀργυρωνήτοις χρώμενοι. *Commendavit enim Patriciis Plebeios, optione cuique e vulgo data, ut, quem vellet, patronum sibi legeret. Mos sane Graecus & antiquus, quo diu Thessali usi sunt, & Atheniensess prisci; sed tum receptus in melius. Illi enim superbe utebantur* Clientibus, *opera eis injungentes, quae non conveniunt liberis; & si quando jussa non fecissent, intentantes verbera: ad cetera quoque abutentes tanquam emtitiis.* Vesterhov.

21. HISCE OPERA UT DATA SIT.] A superiore subauditur, *Veniat in mentem:* id est, cogita dari potuisse: & datam dicito. *Donatus.* Dices illis te officium praestitisse in eorum rebus. *Paraphrast. Delph.* UT hic positum, pro, *quod.*

22. QUAE NON DATA SIT?] H. e. Quae non revera sit data, nec verisimile sit, datam esse, eam datam esse dicam? *Vesterbov.*

23. NON POTEST FIERI.] Ingenuus adolescens negat mentiri. *Vesterhov.*

* POTEST.] Iterum subauditur, *Fieri ut data sit:* vel, *ut credatur data.* Donat.

24. INTERDIU.] Sc. Potest credi opera data esse. *Minell.*

25. VAH! QUAM VELLEM ETIAM NOCTU.] Hoc utriusque personae convenit, sed melius & Syro, [forte, *a Syro*, aut *Syro &*, expuncto commate] & facetius dicitur. Et quidam totum Ctesiphoni assignant, abusque INTERDIU. Et, QUAM VELLEM, proprie dicimus in his, quae non videmus fieri. Bene igitur deficiente argumento, cum aliud non inveniret, in vota conversus est. unde videntur magis haec verba Ctesiphonis esse. *Donatus.* VAH!] interjectio ridentis. QUAM VELLEM ETIAM NOCTU &c.] Hoc sermone ridet Ctesiphonem, cum nihil aliud ad dicendum

Quin tu [26] otiofus es: ego illius [27] fenfum pulchre
[28] calleo.
[29] Quum fervit maxume, tam placidum, quam ovem
reddo. *Ct.* [30] Quo modo?

Sy.

dum fuccurrat: fubeft enim obfcoenitas. *Minell.* Obfcenius fenfus, quem hic finxerunt quidam, componentes Heaut. V. 1. 37. 38. nulla idonea ratione niti videtur Vefterhovio, cui & ego affentior. fervus enim nihil habens quo refellat objectionem Ctifiphonis de pernoctatione in urbe, optat modo, ut *mos fit etiam noctu amicis operam dari*, fic enim Ctefiphonem idoneam habiturum effe apud patrem excufationem, quafi pernoctaverit in urbe amicorum negotiis detentus.

26. Otiosus, fecurus, tranquillus. And. V. 2. 1.

27. Sensum, cogitationem, ingenium, mentem, five potius h. l. affectus, affectiones animi. * Mentis conceptus. *Paraphraft. Delph.*

28. Calleo.] Callide fcio. *Donatus.*

29. Quum fervit maxume.] Tertia conjugatione dixit, unde *fervere* dicitur, correpta media fyllaba. *Donatus.* Codices quidam fcripti & Impreffi, fervet. Sed idem verbum etiam tertia conjugatione extulerunt veteres. Lucil. Sat. IX.

Fervit *aqua*, & fervet, fervit *nunc*, fervet ad *annum*. Ibid.

Fervere *ne longum vero hoc lectoribu' tradam.*

De priore loco vide Quinctil. Lib. I. cap. 10. Virg. Aen. IV. 409.

quum litora fervere *late.*

Et 567.

jam fervere *litora flammis.* Vefterhov.

Fervit.] Irâ. quae ebullitio fanguinis dicitur circa cor. *Farnab.* Quam Ovem.] Prifcianus Inftit. Grammat. Lib. IX. quasi ovem. *Veft.* Tam placidum, quam ovem.] Lucian. in Afino: Καὶ σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου παρέξω τῇ τομῇ. Philippid. apud Stobaeum: Ὁ τραχύτατος δὲ συκοφάντης, μνᾶς δύο λαβὼν ἄπεισεν ἀρνίου μαλακώτερος. Plaut. Ovem

meram

Sy. [31] Laudarier te audit libenter: [32] facio te apud illum Deum:
[33] Virtutes narro. *Ct.* [34] Meas? *Sy.* Tuas. [35] homini illico lacrumae cadunt,

Quasi

meram vides. Lindenbrog. Mite ovium ingenium merito in exemplum & proverbium abiit. Ita Fabius Maximus Cunctator, *Ovicula a clementia morum dictus*, prodente Aurel. Victore, de Vir. Illustr. cap. 47. Saudur, *ovis*, Islandis dicitur homo simplex & mansuetus.

30. Quo modo?] Miratur, quia timet eum, quem iste contemnit. *Donatus.*

31. Laudarier te audit libenter.] Quod de Demea dicitur, in omnes parentes dici puta. nam nemo tam asper est pater, ut non statim mitescat laudato filio. *Donatus.* Philo apud Stobaeum, Serm. CV. Τέκνων ἀρετὴ δόξα πατέρων. Vesterhov.

32. Facio te apud illum Deum.] Hyperbole laudationis. Socrates apud Platonem in Menone: Καὶ αἵ γε γυναῖκες δήπȣ, ὦ Μένων, τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς ἄνδρας, θείȣς καλȣ̃σι. Καὶ οἱ λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, Θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, ȣ̃τος. *Mulieres quoque, ô Meno, bonos viros divinos nuncupant: & Laconici quoties bonum quendam virum commendare volunt*, Divinus hic vir, *ajunt*. Cic. de Oratore II. 42. *Quae dispositio argumentorum (tibi placet,) in qua tu mihi semper* Deus *videri soles. Vide, quam sim in isto genere inquit, Catule*, Deus. Vide Erasm. in Chil. *Vesterhov.* Virtutes narro.] Non dicit elegantem indolem, sed Virtutes. Virtutes autem sunt perfecti sapientis, vel divi alicujus. Et bene cum pudore respondet, Meas? ostendens quod nullae essent. *Donatus.* Facio te — Deum, orno te coram illo divinis (i. e. summis) laudibus. Vid. Freinshem. Indic. Flori, v. *Divinus apparatus.*

Kkkk 34.

Quasi puero, gaudio. 36 hem tibi autem. *Ct.* Quid-
nam est? *Sy.* 37 Lupus in Fabula-

Ct.

34. Meas? Sy. Tuas?] Cum gestu pronuntiare debemus, ut intelligatur irrisio. *Donatus.*

35. Homini illico lacrumae cadunt, quasi puero, gaudio.] Sic supra III. 3. 55. Plaut. Stich. III. 2. 13.
Ut prae laetitia lacrumae *praesiliunt mihi!*
Homer. Iliad. Z. 484.
Δακρυόεν γελάσασα.
Lacrymabundum ridens.
Orpheus Argonaut. 445.
Δακρυόεν γελόων.
Lacrymosum ridens.
De variis lacrumarum caussis vide Coel. Rhodig. XII. 4. *Vesterhov.* Quinctilian. Lib. XI. cap. 3. *Quum etiam lacrumas iis natura mentis indices dedit: quae aut erumpunt dolore, aut* laetitia manant. Euripides Hercule Furioso:

Χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς,

Sic apud Dionys. Halicarnass. Lib. II. Antemnatium & Caeninensium foeminae, cum liberas se a Romulo dimitti intellexissent, περιχαρεῖς γενόμεναι, καὶ πολλὰ δάκρυα ὑφ' ἡδονῆς ἀφεῖσαι, μετέστησαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς. Hirtius de Bello Alexandrino, *Lacrymae quas in colloquio projecerat, gaudio* [eas] *videretur projecisse.* Cur autem in gaudio lacrymae prorumpant, explicat Alexand. Aphrodisaeus Problem. Lib. I. *Lindenbrog.* supra ad III. 3: 55. Gaudio.] Deest, *prae:* ut sit, *prae gaudio.* Donatus. Idem in Mss. quibusdam invenit Vesterhovius.

36. Hem tibi autem.] Verba ex improviso aliquid percipientis, atque de hoc alterum monentis. Paraphrastes Delph. | subaudit, *adest ille;* Minellius. *dico.*

37. Lupus in Fabula.] Proverbium, cum ipse advenit, de quo loquimur. *Eugraph.* Silentii indictio est in hoc proverbio: atque ejusmodi silentii ut vel in ipso verbo Fabula conticescat [Sic eleganter restituit Vesterhovius. nam in Donato legitur: *ejusmodi silentio,*

Ct. Pater eſt? *Sy.* Ipſus eſt. *Ct.* Syre, quid agimus? *Sy.* [38] Fuge modo intro: [39] ego videro.

lentio, vel in ipſo verbo, ut ipſa Fabula conticeſcat.] Quia lupum vidiſſe homines dicimus, qui repente obmutuerint: quod fere iis evenit, quos prior viderit lupus: ut cum cogitatione in qua fuerint, etiam voce & verbis careant. Sic *Theocritus*, Οὐ φθέγξῃ; λύκον εἶδες. Et *Virgil.* [Ecl. IX. 54. ubi vide Servium & Emmenesſium.]

vox quoque Moerin
Jam fugit ipſa, lupi Moerin videre priores.

Alii putant ex nutricum Fabulis natum, pueros ludificantium terrore lupi, paulatim e cavea [In Libris vetuſtioribus omnibus, *Capua.* Malim: *in caſam.* Vide Aeſopi Fab. Λύκος καὶ γραῦς. Veſt.] venientis usque ad limen cubiculi. Nam falſum eſt quod dicitur, interveniſſe lupum Naevianae Fabulae, Alimoniae Remi & Romuli, dum in theatro ageretur. *Donatus.* Aliter extulit Plautus, Stich. IV. 1. 71.

Atque eccum tibi lupum in ſermone.

Iſidorus Lib. I. cap. 26. *Ajunt ruſtici, vocem hominem perdere, ſi eum lupus prior viderit. Unde & ſubito taceuti dicitur illud proverbium:* Lupus in Fabula. Fere παράλληλον eſt illud Ciceronis Fam. VII. 25. *Sed heus tu, manum de tabula: magiſter adeſt citius, quam putaramus.* Et Att. XIII. 33. *De Varrone loquebamur:* Lupus in Fabula. *Venit enim ad me, & quidem id temporis ut retinendus eſſet. Sed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam.* Adde Voſſ. de Idol. III. 72. Giſan. Ind. Lucret. v. Sermo. Eraſm. Chiliad. *Veſterhov.*

38. Fuge modo intro.] Non dixit *i*, vel *abi*, vel *vade*, ſed Fuge: tanta celeritate opus eſt. *Donatus.*

39. Ego videro.] Sub. Quid agamus. mihi curae erit. Vide And. II. 6. 25. Et Parei Lexic. Plaut. v. *Videre.* Veſterhov.

Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin'? *Sy.*
Potin' ut desinas?

40. SI QUID ROGABIT, NUSQUAM TU ME.] Magna virtute Terentius rudem, simplicem, timidumque inducit Ctesiphonem ab initio: ut is sit, qui mox opprimeretur cum meretrice accumbens, interventu patris, ob imprudentiam ac rusticitatem suam. NUSQUAM TU ME.] Scilicet vidisse respondeas. Familiaris ἔλλειψις & apta properanti. quare haec omnia pressa voce cum celeritate pronuncianda sunt. *Donatus.*

41. POTIN' UT DESINAS?] Objurgantis est, POTIN' UT. Sic Plaut. Merc. V. 2. 49.
Potin' ut *animo sis tranquillo?*
Poen. IV. 2. 94.
Potin' ut *taceas?*
Mss. & Impressi quidam: POTIN' ES, UT, &c. *Vesterb.*

ACTUS QUARTI

SCENA SECUNDA

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

De. [1] NAE, ego homo sum infelix! primum fratrem nusquam invenio [2] gentium:
Praeterea autem, dum illum quaero, [3] a villa mercenarium
Vidi:

1. NAE, EGO HOMO SUM INFELIX.] *In hoc Actu exemplum est, neminem facilius, quam optimum quemque falli atque deludi, ut Virgilius ait. Et* NAE *valde significat. Ut:* Nae illi vehementer errant; *Cicero in Catilinam* [II. 3.] *Donatus.*

2. Abundat GENTIUM. *Donatus.* NUSQUAM GENTIUM.] Sic Heaut. V. 1. 55. Ubi vide Calphurnium. *Vesterbov.*

3.

Vidi: is filium negat esse ruri. nec quid agam, scio.
Ct- Syre. *Sy.* Quid ais? *Ct.* Men' quaerit? *Sy.* [4] Verum. *Ct.* Perii! *Sy.* [5] Quin tu animo bono es.
De. [6] Quid hoc, malum! infelicitatis? [7] nequeo satis decernere:

3. A VILLA MERCENARIUM VIDI.] Utrum A pro *de* positum est? ut sit, *de villa.* an deest *Venisse?* ut sit, *A villa vidi venisse mercenarium.* Donatus. A VILLA MERCENARIUM.] Τὸν ἀπ' ἀγρȣ̃ μιςοφόρον. Quod est in quibusdam Mss. & Impressis Codicibus, A VILLA REDEUNTEM MERCENARIUM, licet vel maxime sit glossema, firmat tamen Donati conjecturam. Eadem porro constructione dixit Plautus Merc. IV. 1. 1.

Quoniam a viro ad me rus advenit nuncius.

Nec valde dissimilis locutio Thucydidis, Lib. III. Οἱ ἀπὸ τῶν τριάκοντα νεῶν Ἀθηναῖοι, *A triginta navibus Athenienses.* Nisi quis statuat MERCENARIUM A VILLA dictum ea forma, qua dicitur, *Libertus a manu.* i. e. amanuensis: & similia. Aut A VILLA fortasse habet sensum genitivi casus, ut sit, MERCENARIUS VILLAE. Plaut. Mil. II. 2. 5.

Quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis.

Liv. II. 22. *Principes a Cora.* i. e. Corani. Virgil. Georg. III. 2.

Pastor ab Amphryso.

Petron. Cap. 38. *Arietes a Tarento emit.* Ubi vide Burmann. *Vesterhov.*

4. Modo VERUM, nomen non est: sed adverbium confirmantis, id est, *vere.* Donatus.

5. Nunc QUIN, pro *Quinimo* positum est. *Donatus.* BONO, Forti. *Paraphrastes Delph.*

6. QUID HOC, MALUM! INFELICITATIS?] Hic MALUM, pro interjectione positum: quasi dicat, O MALUM! & est dictum anxii hominis, & perturbati nimis. *Donatus.*

7. NEQUEO SATIS DECERNERE.] I. e. Existimare, judi-

[8] Nisi me credo [9] huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Primus sentio mala nostra: primus resciscо omnia:
[10] Primus porro obnuncio: aegre solus, [11] si quid fit, fero.

Sy.

dicare, certum quicquam statuere, quid genus infelicitatis hoc sit, quod me vexat. * DECERNERE.] Ita optimi Libri. In aliis est, DISCERNERE. Eodem sensu dixit Suetonius Calig. 25. *Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile* decernere. Vide Gronov. Observ. III. 15. *Vesterhov.*

8. NISI, praeterquam quod, aut saltem. Donatus reddit, *Nisi quia jam superest, ut me credam*; aut, *Nisi quia credo.*

9. HUIC REI, potest subtrahi, incolumi sensu: ut, [sit], NISI ME CREDO NATUM ESSE FERUNDIS MISERIIS. Ergo HUIC REI, subdistinguendum: & sic inferendum, FERUNDIS MISERIIS. Ergo HUIC REI, pro, *Ad hanc rem.* Donatus.

10. PRIMUS PORRO OBNUNCIO.] Qui malam rem nuntiat, *obnunciat*: qui bonam, *annunciat*. nam proprie *obnunciare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scaevumque viderint. Ergo, OBNUNCIO malum imminens, quasi *omen nuntio*. Inde enim ἐτυμολογία hujusce verbi est. *Donatus.* Rem explicat Donatus, sed errat in etymo. neque enim OBNUNCIO quasi *omen nuntio*, sed eadem ratione dicitur, qua *obloquor*, *obrogo*, *obtrudo*, & similia, in quibus verbis τὸ *Ob* ingratum sensum efficit. Scilicet magistratus magistratui dicebatur *obnunciare*, denuncians rem, de qua acturus erat cum populo, differendam esse in alind tempus, praetextu religionis vel auspiciorum, quibus collega ille simulabat se operam dare reipublicae causa. Quum igitur de coelo servaturus dixisset collegae, *alio die*, nulla erant comitia, sed maxima quies in urbe, ne aves, unde auspicia erant captanda, abigerentur. Cicero Philipp. II. 33. *Augur auguri, consul consuli* obnunciasti. Et pro

Sy. Rideo hunc: primum ait ſe ſcire: [12] is ſolus neſcit omnia.

De. Nunc redeo: ſi forte frater domum redierit, viſo. *Ct.* Syre,

Obſecro, vide, ne ille [13] huc prorſus ſe irruat. *Sy.* [14] Etiam taces?

Ego cavebo. *Ct.* [15] Numquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi:

pro Sext. 15. *Lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet.* Et cap. 36. *Si obnunciaſſet Fabricio is praetor, qui ſe ſervaſſe de coelo dixerat.* Adde Cic. Att. IV. 3. ad Q. Fr. III. 3. Suet. Caeſ. 20. Hinc igitur *obnunciare* generatim notat rem malam aut adverſam nunciare; uti h. l. Pacuvius, Iliona:

Occidiſti: ut multa paucis verba unoſe obnunciem.

Duo Mſſ. Pall. legunt, PRIMUS PORTO, ENUNCIO. *Verſterhov.*

11. SI QUID FIT.] Prave ſcilicet. *Donatus.*

12. IS SOLUS NESCIT OMNIA.] Et bene SOLUS, utpote de multis: quia quum ſciat Micio, Syrus, Aeſchinus, Cteſipho, populus; hic ſolus fallitur. *Donatus.*

13. HUC PRORSUS SE IRRUAT.] Neutrum verbum, quaſi activum, SE IRRUAT, poſuit. *Donatus.* Ita Eun. III. 5. 51. & ſupra III. 2. 21. Apulej. Flor. *Quaerit, quorſus potiſſimum in praedam ſuperne* ſeſe ruat. Intelligit autem aedes Micionis, ubi latens in angulo quodam haec dicit Cteſipho; non in ipſa Scena. *Veſterhov.* PRORSUS, rectà.

14. ETIAM TACES?] Antique pro, *Tace.* Sic in Andria, *Etiam tu hoc reſpondes?* pro *reſponde.* Eſt ergo correptionis ſignificatio. *Donatus.*

15. NUMQUAM — HODIE EGO ISTUC COMMITTAM TIBI.] Nunquam committam tibi negotium patris amovendi; neque tuae pollicitationi credo, niſi quum ipſe cum ea in cellulam aliquam concluſus fuero. *Veſterhov*

Nam me jam [16] in cellam aliquam cum illa concludam: id tutiſſimum 'ſt.

Sy. [17] Age, tamen ego hunc amovebo. *De.* Sed eccum ſceleratum Syrum.

Sy. [18] Non, hercle, hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.

Scire equidem volo, [19] quot mihi ſint domini, quae haec eſt miſeria?

De.

16. In cellam aliquam cum illa.] λιτότης figura; dicimus *In locum*, pro *in loco. Cella*, & *Cellarium*, à reponendis celandisque rebus eſculentis & poculentis dicitur. *Donatus.* Me in cellam — concludam.] Sic And. II. 3. 12. Phorm. V. 1. 17. Plaut. Caſ. I. 44.

Concludere in feneſtram *firmiter:*
Unde auſcultare poſſis, quum ego illanc oſculor. Veſt.

17. Age, Tamen ego hunc amovebo.] Mire Amovebo dixit: non *Deterrebo.* nam proprie amovetur ſaxum de loco. In quo verbo ſignificat imminere ſibi magnum laborem in hoc opere. *Donatus.* Sic ſupra III. 3. 47. *Veſterhov.* Age, modò approbantis eſt. & ad Tamen ſubauditur, *quanquam arduum ſit*, aut ex priori, *quanquam iſtuc mihi nunquam committas.*

18. Non hercle hic quidem durare &c.] Nimis moraliter expreſſa verba ſunt Syri, verberatum ſe indicantis. quis non ex verbis, ſervum verberatum intelligat? & ſervum recens verberatum? & ſervum fugam comminantem? Mire autem non *Ego*, ſed Quisquam dixit. nec *Permanere*, ſed durare; nam hoc verbum perferendis malis convenit. ut *Virgilius* [Aen. I. 207.]

Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.

Haec autem omnia ſic dixit, quaſi non videat Demeam. *Donatus.* Ita Hec. II. 2. 27. Adi Parei Lexic. Plautin. v. *Durare.* Veſterhov.

19. Quot mihi sint domini.] Et hic apparet non a legitimo domino verberatum eſſe. Quae haec est miseria?] Deeſt, *quam patior,*

De. Quid ille [20] gannit? quid volt? quid ais, bone vir? eſt frater domi?

Sy. [21] Quid, malum! bone vir, mihi narras? equidem perii. *De.* [22] Quid tibi eſt?

Sy. Rogitas? [23] Cteſipho me pugnis miſerum, & illam pſaltriam,

Uſque occidit. *De.* [24] Hem! quid narras? *Sy.* [25] Hem! vide, ut diſcidit labrum.

patior, & quaſi comploratio quaedam eſt flebilis poſt querelas. *Donatus.*

20. GANNIT?] *Gannitus* eſt proprie veluti ploratus vapulantium. *Donatus. Gannire* proprie vulpium eſt. Gr. Κνύζεσαι, de catulis gementibus dicitur. Heſych. Κνύζεσαι, μοχθεῖν, κλαίειν. Juvenalis Sat. VI. 64. ſenſu obſcoeno:

gannit,
Sicut in amplexu. Veſterhov.

21. QUID, MALUM! BONE VIR MIHI NARRAS?] Μιμητικῶς illud BONE VIR repetit. q. d. Quid, malum! mihi illud, BONE VIR, occinis, meque irrides, quaſi parum ſim miſer, & parum afflictus, recentem injuriam & verbera Cteſiphonis filii tui paſſus. *Veſterhov.* Et hic MALUM! pro interjectione abundat. *Donatus.*

22. QUID TIBI EST?] Quid quereris? *Paraphraſt. Delph.*

23. CTESIPHO ME PUGNIS MISERUM, — USQUE OCCIDIT.] Mire interjecit MISERUM: & neceſſario USQUE addidit: ut oſtenderet, OCCIDIT nimiae caedis [i. e. verberationis] verbum, non occiſionis intelligi oportere. USQUE OCCIDIT.] Prope OCCIDIT: aut, USQUE, pro *valde* eſt. OCCIDIT: pro *Vehementer cecidit.* Donatus.

24. HEM, nunc eſt admirantis.

25. HEM, dolentis, vel oſtendentis. *Minell.* HEM! VIDE, UT DISCIDIT LABRUM.] Non oſtendit, ſed videtur oſtendere ſeni parum jam videnti, & intra os. DISCIDIT.] Aſper mediam longam a *caedendo* accipit: ego mediam brevem a *ſcindendo.* Donatus. VIDE, UT DISCIDIT

De. Quamobrem. *Sy.* Me impulfore hanc emtam
effe ait. *De.* [26] Non tu eum rus hinc
modo
Produxe ajebas? *Sy.* Factum: verum venit poft
infaniens:
[27] Nihil pepercit. non puduiffe verberare [28] hominem fenem,
[29] Quem ego modo puerum tantillum in manibus
geftavi meis?

De-

DIT LABRUM.] Haec dicens fervus os fibi diftorquet, & Demeam parum profpicere credit, neque adeo animadvertere fallaciam. Lucil. apud Non. v. *Labia:*

Zopyrion labias difcidit
utrumque fecutus.

Suet. Calig. 58. *Refpicientique* maxillam *ictu* difcidiffe. Martial. III. 94.

Effe negas coctum leporem, pofcisque flagella:
Mavis, Rufe, coquum
fcindere, *quam leporem.*

Adde Turneb. Adv. XXVIII. 31. In quibusd. Libb. eft; DISCIDIT MIHI &c. *Vefterb.*

26. NON TU EUM RUS MODO PRODUXE AJEBAS?] Mire *Terentius* eos ipfos; qui falluntur, ex aliqua parte cautos facit: ut eo delectabilius fpectatoribus procedant doli. nam quae gratia eft aut delectatio non ftultiffimum [*hominem ftultiffimum.* corrigit *Vefterb.*] falli? *Donatus.* PRODUXE AJEBAS?] Vide fupra III. 3. 48. Eft vero συγκοπὴ Poëtis familiaris. Heaut. Prol. 32. *deceffe.* Ita Catullus *Promiffe*, Virgilius *Expleffe*, Horatius *Surrexe.* Confule Cerdam ad Virg. Aen. VIII. 274. *Vefterhov.*

27. NIHIL PEPERCIT.] Nullatenus temperavit ab ictibus. *Minell.* Aut fubauditur *infaniae*, i. e. iracundiae, quam haudquaquam temperaverit adolefcens; aut fenfus eft: nihil violentiae, feu inclementiae, omifit, quin id in me exerceret.

28. VERBERARE HOMINEM SENEM.] Miferum fit de aetate, id quod de conditione non poterat. *Donat.*

29. QUEM EGO MODO PUERUM TANTILLUM IN MANIBUS GESTAVI MEIS?] Addidit

De. [30] Laudo, Ctesipho: patrissas: [31] abi, virum te judico.

Sy.

didit aetati invidiam & meritum recens. hoc est enim quod dicit MODO. Et TANTILLUM δεικτικὸν est. videtur enim manu fingere quam parvulum. *Donatus.* Euripides Cyclope, 142.

Ὃν ἐξέθρεψα παῖδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;

Quem alui puerum ego quondam in meis brachiis?

Verba Sileni de Marone Bacchi filio. Dicti tales ὠλενοτρόφοι. Plauto, Mil. III. 1. 102. *geraria* est, ancilla gestans pueros. Livius Andronicus, Virgine:

Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.

Multum autem valet ad amorem erga aliquem gignendum, infantem manibus cepisse, & in sinu gestasse. TANTILLUM dixit, ut Plautus Poen. V. 3. 48.

Quantae e quantillis *jam sunt factae!* Vestorhov.

30. LAUDO, CTESIPHO, PATRISSAS.] Hic totus versus mire delusum ostendit senem. LAUDO, &c.] Facile inductus est senex varietate fraudis & doli. nam Syrus & supra ut laudans, non ut vituperans Ctesiphonem: & nunc ut accusans, idem perficit atque persuadet. PATRISSAS.] Αὔξησις. nam ut supra dixerat, *Spera: est similis majorum suûm:* hic confirmat, quod sperare se dixerat. *Donatus.*

31. ABI addidit, quasi dicat, Non est quod jam demorer, perfectus es. Et VIRUM TE JUDICO, inquit, non adolescentulum. hoc enim ad aetatem & probitatem, non ad sexum, refertur. *Donatus.* Guyetus in glossis MSS. male: *Dimitto te: absolvo te culpa, Ctesipho, ob hoc factum.* Ubi enim laudabant quem, ABI dicebant. Si vero irriderent, I, ingeminabant. Vide Boecleri Chrestomath. v. *Abi.* Plaut. Mostell. III. 1. 108. eodem sensu:

euge, Philolaches Patrissat.

Ubi Guyetus legit: *Patrissas!* Gr. πατριάζει. Vide & Eun. I. 2. 74. Non aliter fere Graeci suum ἴθι usurpant; utroque sensu. Sed & Ἀνὴρ in laude po-

nitur.

Sy. Laudas? [32] nae ille continebit posthac, si sapiet, manus.
De. [33] Fortiter. *Sy.* [34] Perquam! quia miseram mulierem, & me servolum,
Qui referire non audebam, vicit: [35] hui! perfortiter.
De. [36] Non potuit melius. idem, quod ego, sentit, [37] te esse huic rei caput.

Sed

nitur. Aristoph. Nub. 821. Καὶ σοὶ φράσω πρᾶγμ', ὃ σὺ μαθὼν, ἀνὴρ ἔσει.
Namque ea tibi dicam, quae si discas, vir eris. Vest. Credibile est, hoc dictum proprie fuisse magistrorum, è ludo discipulos dimittentium, sive rude donantium.

32. Nae ille continebit posthac, si sapiet, manus.] Comminatio est subtilis: & parcior, velut servi. *Donatus.* Continebit — manus.] An a tangenda amica? an simpliciter, sub pallio? Utrumque videtur innui. Pudoris enim & modestiae signum habebatur, manus sub pallio continere. *Vesterhov.* Comprimet ac temperabit manus a verberibus infligendis. Comminatur servus vel fugam, vel repercussionem. *Minell.* Posterior conjectura Vesterhovii potest ferri. sed priorem ineptam esse, ex circumstantiis liquet.

33. Strenue fecit Ctesipho meus te caedendo & psaltriam. *Minell.*

34. Perquam.] Nimis. εἰρωνεία. *Donatus.* Miseram, imbellem & calamitosam. *Minell* Infirmam, & miseratione dignam. *Paraphrast. Delph.* Servolum.] Oratorie. non *Servum*, sed *Servolum*, quum sit senex. *Donatus.* Qui referire non audebam.] Capital erat, si quis servus herum pulsaret. *Vesterhov.*

35. Hui! perfortiter.] Hoc, gestu servili, & nimis leviori personae congruè dictum est. *Donatus.* Haec Guyetus Demeae tribuit. *Vesterhov.*

36. Non potuit melius.] Id est, *laudo te, Ctesipho:* & deest *Fieri.* Idem sentit, quod ego.] Id est: pa-

Sed eſtne frater intus? *Sy.* Non eſt. *De.* Ubi illum quaeram, cogito.

Sy. Scio, ubi ſit: [38] verum hodie numquam monſtrabo. *De.* Hem! quid ais? *Sy.* Ita.

De. [39] Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. *Sy.* At nomen neſcio

Illius hominis; ſed locum novi, ubi ſit. *De.* Dic [40] ergo locum.

Sy. [41] Noſtin' porticum, apud macellum, hanc deorſum? *De.* Quidni noverim?

Sy.

patriſſas, virum te judico. Donatus.

37. TE ESSE HUIC REI CAPUT.] H. e. Auctorem. Sic And. II. 6. 27. Vide Parei Lexic. Plaut. *Veſt.*

38. VERUM HODIE NUMQUAM MONSTRABO.] Volens ſenem avidius quaerere, ei fingit ſe nolle dicere. HODIE aut abundat: ut [Virg. Aen. II. 670.]

Numquam omnes hodie moriemur inulti.

Aut, NUMQUAM HODIE, pro, Nullo tempore hujus diei, quia NUMQUAM, per ſe generale eſt. *Donatus.* NUMQUAM.] Haec vox eleganter aptatur certo tempori. Vid. Gotl. Cort. ad Salluſt. Catil. 8. n. 5. *Veſterhov.*

39. DIMINUETUR TIBI QUIDEM JAM CEREBRUM.] Comminationis genus verba ipſa indicant: ut appareat ſenem baculum ſuſtuliſſe. *Donatus.* Sic infra V. 2. 7. ſupra III. 2. 19. Eun. IV. 7. 33. Priſcianus Lib. I. Inſtit. Grammat. DIMMINUETUR, quaſi DISMINUETUR. quod laudat Giſanius, Ind. Lucret. v. *Diminuo.* Veſterhov. Tam valide tibi caput percutiam, ut cerebrum in minutas partes contundatur, & diſteratur.

40. DIC ERGO, quaſi invitum coëgerit. ERGO ſemper addimus, ut hortemur tarde quid facientes. ut *Virgilius* [Aen. II. 707.]

Ergo *age, chare pater, cervici imponere noſtrae.* Donatus.

41. NOSTIN PORTICUM APUD MACELLUM?] Convenit ruſtico & parciſſimo ſeni macellum in urbe neſcire. Et ideo ſic interrogatur a ſervo.

Sy. Praeterito [42] hac recta platea ſurſum; ubi eo veneris,
Clivos deorſum [43] vorſus eſt: hac [44] te praecipitato. poſtea
[45] Eſt ad hanc manum ſacellum, ibi angiportum [46] propter eſt.

De.

ſervo. HANC DEORSUM.] Bene HANC DEORSUM : quia non eſt una. *Donatus.* PORTICUM, locum deambulando aptum. *Minell.* PORTICUM.] De harum uſu in evitandis imbribus, umbra captanda, & deambulationibus vide Jodocum Willichium. *Veſterhov.* PORTICUM, Cameratam ambulationem, ſeu plateam, Dan. Hvælving, Longang; qualis hic in Urbe ambit hippodromum. DEORSUM, ſub. ducentem, tendentem, i. e. qua deorſum itur.

42. HAC RECTA.] Proprie, hac parte: ut manu viam oſtendere videatur. *Donatus.* Senſus eſt ambiguus, ut eſſe debet in hac ludificatione. ſed credo ſervum indicare, a quo latere ſeni praetereunti porticus ſita eſſe debeat. niſi ſenſus ſit, praeterito macellum iſtâ porticu ſurſum recta via. UBI EO VENERIS.] Eò, ſcilicet in locum iſtum ſuperiorem. * Eò, ad porticum. *Minell.* ita PRAETERITO ſignificaret *procede*, ut reddidit Paraphraſtes Delphini.

43. DEORSUM.] Reſpicit ſitum Athenarum clivoſum. *Veſterhov.* DEORSUM VORSUS.] Declinans ad inferiorem vici partem. *Paraphraſtes Delph.* VORSUS pro praepoſitione accipit Minellius. quae ita ſaepenumero abundat. Salluſt. Catil. LVI. 4. In *Galliam* verſus *caſtra movere.* ubi multa bene, ut ſolet, annotavit Gotl. Cortius.

44. HAC TE PRAECIPITATO.] Hoc lentius. quidam clarius legunt : ut ſit, PRAECIPITATO, cito deſcende. *Donatus.* HAC, iſtâ viâ clivoſa; aut, ad hanc manum. TE PRAECIPITATO, maligna dilogia: nam poteſt eſſe, *deſcende*; poteſt etiam per imprecationem eſſe, *praeceps cade, & collum tibi frange.*

45. AD HANC MANUM.] Τῶν πρὸς τι προσῆκον di-

De. [47] Quonam? *Sy.* Illic [48] ubi etiam caprificus magna eſt. noſtin'? *De.* Novi. *Sy.* Hac pergito.

De. [49] Id quidem angiportum non eſt pervium. *Sy.* Verum hercle [50] vah!

[51] Cen-

dicitur, in quo non permanet certum dextrum, nec certum ſiniſtrum: & ideo proficit in errorem. vult enim ſervus haec ſigna eſſe perplexa. *Donatus.* AD HANC MANUM.] An ſervili ruditate ita dixit, pro manu dextra vel ſiniſtra? *Veſterhov.* SACELLUM, ut Varro ait, *Sacra cella eſt.* Donatus. Potius ὑποκοριστικὸν τȣ̃ *Sacrum.* Ita caſtrum format caſtellum, labrum, labellum, & ſimilia. Feſto *ſacella ſunt loca Diis ſacrata ſine tecto.* Veſterh. SACELLUM.] Sacer locus. Ut Virgilius [Ecl. III. 9.]

Et quo, ſed faciles Nymphae riſere, ſacello. *Eugraph.*

46. PROPTER.] Prope. ut *Virgilius* [Georg. III. 13.]

templum de marmore ponam

Propter *aquam.*

Et *Lucretius* [V. 1392.]

Propter *aquae rivum, ſub ramis arboris altae.* Don.

47. QUONAM?] Scilicet *loco.* * Mſ. Lipſ. edit. Anon. & anni 1469. QUODNAM? Guyetus reponit, UBINAM? *Veſterh.*

48. UBI ETIAM CAPRIFICUS MAGNA EST.] In hoc Homerum [Iliad. Z. 432. *Veſt.*] imitatus eſt, qui dicit *caprificum* prope Trojana moenia conſtitutam. *Donat.* CAPRIFICUS.] Ficus eſt ſilveſtris, nunquam matureſcens, & ſaxis ruptis fere innata. Plin. Hiſt. Nat. XV. 19. *Veſt.*

49. ID QUIDEM ANGIPORTUM.] Id eſt, anguſta & curva via: quaſi *anguiportus:* ut *anguria* aut *anguiria.* Alii, quod inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt, inter domos. Nam *domos,* vel *portus,* vel inſulas veteres dixerunt. Et obſerva Terentianam conſuetudinem, in qua inducit nonnihil ſapere eos qui falluntur. *Donat.* ANGIPORTUM.] Gr. στενωπός. Vide Vitruv. I. 6. Varroni *Fundula* eſt angiportum non pervium. *Veſterhov.*

50.

[51] Censen' hominem me esse? erravi. in porticum rursum redi:
[52] Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.
Scin' [53] Cratini, hujus ditis, aedes? *De.* Scio. *Sy.* Ubi eas praeterieris,
Ad sinistram [54] hac recta platea: ubi ad Dianae veneris,

Ito

50. VAH!] Interjectio ridentis se ipsum, quod erraverit. *Minell.*

51. CENSEN' HOMINEM ME ESSE? ERRAVI.] Calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere, sed fateri: ut opinionem simplicitatis acquirat. Vides igitur ut ipse sibi succenseat, tanquam imprudens erraverit, non dolosus impulerit interrogantem. Et mirè se negat hominem: tanquam homo corde sit, non corpore. *Donatus.* Q. d. Stupidus sum, neque adeo dignus nomine Hominis, insaniens fere ex injuria. Sic supra I. 2. 27. Infra V. 8. 11. Plaut. Mil. IV. 2. 52. *Ecquis dignior fuit*, homo *qui esset.*
Neque adeo opus cum Guyeto legere: SENTIO, HOMINEM ME ESSE. Neque existimandum cum Barthio, Adverf. XXXII. 3. ita dictum a servo, ut qui excusaturus errorem suum, dicat se hominem esse. Optime ad mentem Donati Dacieria: *Le gros animal, que je suis!* Vesterhov.

52. SANE HAC MULTO PROPIUS IBIS.] SANE, pro *satis* ac *valde*: quia qui sanus est, idem & validus. MINOR EST ERRATIO.] ERRATIO est pecudum: *Error* animi est, & loci in quo erratur. *Donatus.*

53. Congrue nomen invenit diviti. *Cratinus*, ἀπὸ τȣ̃ κράτȣς. id est, a potentia. *Donatus.* SCIN' CRATINI, HUJUS DITIS, AEDES?] Ita distinguo. Si enim HUJUS ad CRATINI referretur, quod fit vulgo, necesse esset digito monstrari posse, qui nunc procul habitabat. *Vest.*

54. HAC, Deest *Ito.* UBI AD DIANAE VENERIS.] Sic absolute dicebant, non addito *Templo.* Sallustius: [in Fragm.] *Ad Ja-*

Ito ad dextram: priusquam ad [55] portam venias, apud ipſum lacum
Eſt [56] piſtrilla, & exadvorſum fabrica. ibi eſt. *De.* Quid ibi facit?
Sy.

Jovis mandem noſtra. Donatus. AD DIANAE.] Ellipſis Graeca, τῦ Ναὸς, poſt εἰς & πρὸς. Exempla vide apud Lamb. Bos, V. Cl. Homer. Odyſſ. K. 282. Ἐνὶ Κίρκης. In Circes, ſub. aedibus. Sic Act. Apoſt. II. 27. Εἰς ᾅδυ. Cic. Fam. VIII. 4. & Fam. XIV. 2. *Quemadmodum* a Veſtae *ad Tabulam Valeriam ducta eſſes.* Horat. Serm. I. 9. 39.

Ventum erat ad Veſtae. quanquam vel *aedis* vel *templi* vox nonnunquam addita. Homer. Odyſſ. Ω. 203. Ἑσταότ' εἰν ἀΐδαο δόμοις. *Stantes in inferni domibus.* Suet. Caeſ. 78. *Univerſos Patres Conſcriptos ſedens pro* aede Veneris *Genitricis excepit.* Veſterhov. Eandem Ellipſin frequentant Scriptores Iſlandi antiqui. Vide Indicem ad Landnáma-Bók v. At: ubi ad τὸ At Þrándar, *apud Thrandi*, ſubauditur Bœ, vel Heimeli; ut ſit, *apud aedes* (ſeu, *in aedibus*) *Thrandi.*

55. AD PORTAM.] PORTAM dicendo, oſtendit usque ad muros finemque civitatis erraturum Demeam. *Porta* autem, ab aratro portando dicta eſt, quod in eo loco coloniae deductor [Mſ. Boend. & Edit. Du Bois. *auctor*. Veſt.] & conditor, ſubjunctis vacca & tauro, aratrum, quo urbem deſignat, ſuſpendit manu: ne imprimat ſulcos, ubi civitatis aditus relinquendi ſunt. APUD IPSUM LACUM.] Credibiliter addidit LACUM. Nam Varro docet, ſemper LACUM portis additum: ſcilicet ob uſum jumentorum exeuntium & introeuntium: & praeterea ut adverſum hoſtilem ignem portis de proximo ſubveniretur. *Donatus.* IPSUM, proximitatem deſignat. Virgil. Aen. VI. 273.

Veſtibulum ante ipſum. Pronomen Siálfr eodem ſenſu uſurpatur ab Iſlandis.

56. PISTRILLA.] Veteres abſolute dicebant *piſtrinam*, ut *ſutrinam*, & *medicinam*, ad

Sy. [57] Lectulos in sole [58] ilignis pedibus faciundos dedit.

De.

ad tabernam referentes: nam *pistrino* PISTRILLA non convenit. Et simulata [Vesterhovius feliciter ex conjectura restituit: *Etsi multa*] diminutiva diversa sunt a genere nominum primae positionis: ut *Rana*, *ranunculus*: *scutum*, *scutella*: *canis*, *canicula*. Donatus. PISTRILLA, diminutivum est τȣ̃ *Pistrinum*. Uti *Scutum* facit *scutella*. Graecis est χειρομύλη. EXADVORSUM.] H. e. e regione. Sic Phorm. I. 2. 38. & 47. Plaut. Bacchid. IV. 7. 37.

Video exadvorsum *Pistoclerum*.

Vid. Gifan. Ind. Lucret. v. *inanae*. Vesterhov.

57. LECTULOS IN SOLE ILIGNIS PEDIBUS &c.] In urbe convivium, aut in sole, aut in umbra, pro conditione temporis instruebatur. Repente igitur interrogatus, quod minime opinabatur quaesiturum senem, arripuit statim LECTULOS. Et quia potuit senex dicere, *Mentiris: nam habes lectulos*: addidit ex tempore IN SOLE. Et ne eos quoque habere diceret, addidit, ILIGNIS PEDIBUS FACIUNDOS. Sed hoc gestu actoris adjutum est: quasi eodem tempore servus & quaerat quid dicat, & respondeat. *Donatus.* IN SOLE, in quibus sub sole coenetur. *Paraphrast. Delph.* Unde & *Solarium* dictus locus in suprema parte aedium, ubi solebant apricari. Plaut. Mil. II. 3. 69. Utebantur autem inter quotidiana valetudinis praesidia etiam sole, in quo vel sedebant, vel jacebant, vel denique nudi ambulabant. Utebantur autem vel sole asso, vel uncto; illo, cum illoti & sine unctione utebantur; hoc, cum post balneum ungerentur. Vide omnino Manutium ad Cic. Att. XII. 6. Cels. de Re Med. I. 1. Adde Veterem Interpretem Persii ad illa, Sat. IV. 18.

assiduo curata cuticula sole.

Arist. Concionantibus, 63.

Ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δὶ ἡμέρας
Ἐχλιαινόμην ἑςῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

Idem apud Pollucem:

Λȣ́σησθε κὴ κ̓ξενίσησθε πρὸς τὸν ἥλιον. Vest.

De. [59] Ubi potetis vos? *Sy.* Bene ſane. *De.* Sed ceſſo ad eum pergere.

Sy. I ſane. [60] ego te exercebo hodie, ut dignus es, [61] ſilicernium.

58. ILIGNIS PEDIBUS.] Videntur ex *ilice* facti pedes ob firmitatem & duritiem. Vide Turnebum Adverſ. I. 18. & XX. 33. Lucilius apud Nonium ex emendatione Guyeti:

Verum flumine uti atque ipſo divortio aquarum
Ilignis pedibus *cercurus curreret aquis.*

Ubi *pedes iligni* ſunt remi. Maxima autem in ilice durities. Unde Ariſtophanes Veſp. 872. στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος dixit, *duros & iliceos mores.* Multi Mſſ. & Impr. cum edit. an 1469. & Priſciano, Inſtit. Grammat. Lib. II. ILIGNEIS. Mſ. Lipſ. ILIGNEIS PEDIBUS IN SOLE. Cl. Vir, Joh. Clericus, Arte Crit. III. 1. 6. 23. legit. LECTULOS ILLIC SALIGNIS PEDIBUS. ſed contra Codicum, quos conſului, fidem. *Veſterhov.* DEDIT, commiſit, locavit. *Minell.*

59. UBI POTETIS VOS.] Incerta perſona eſt: nam Syro vel Demeae hoc dictum jungi poteſt. BENE SANE.] Hic εἰρωνεία eſt, non approbatio. *Donatus.* UBI POTETIS VOS?] An adoleſcentes intelligit cum ſervo? an ſenem cum adoleſcentibus & ſervo? Dixit autem, UBI POTETIS, pro, *in quibus.* Verba haec in Mſſ. & Edd. nonnullis Syro tribuuntur. Iidem Libri, BENE SANE tribuunt Demeae. *Veſterhov.*

60. EGO TE EXERCEBO.] Sic And. V. 2. 23.

Ego jam te commotum reddam.

Phorm. II. 3. 4.

Jam ego hunc agitabo.

Plaut. Epid. IV. 1. 3.

multiplex aerumna me exercitam habet.

Ciſtell. I. 1. 60.

Noli, obſecro, lacrumis tuis mihi exercitum *imperare.*

I. e. dolorem, qui animum meum habet exercitum (ſeu, exercitationem, moleſtiam.) *Veſterhov.* Vexabo. *Minell.*

61. SILICERNIUM.] Coena quae infertur Diis manibus,

Aeſchinus [62] odioſe ceſſat: [63] prandium corrumpitur.
Cteſipho autem [64] in amore eſt totus, ego [65] jam
proſpiciam mihi:

Nam

bus. quod eam ſilentes cernant, id eſt, umbrae poſſideant: vel quod qui haec inferant, cernant tantum, neque deguſtent. Nam de his quae libantur inferis, quisquis comederit, aut biberit, funeſtatur. Aut erit SILICERNIUM ſenex, qui jam jamque ſilentibus umbrisque cernendus ſit: & ſic eſt melius, quam ut quidam *Xenophonte* interpretantes putant, ſic nos SILICERNIUM intelligere, hoc eſt, *ſilicem cernentem* ſenem, dum incurvus eſt, vel ſtratae ſaxo viae intentus, vel ſarcophagi jamjam appropinquantis ſibi. *Donatus*. Multa de hac voce congeſſerunt Ger. Joh. Voſſius in Etymolog. & Matth. Martinius in Lexic. Philolog. *Veſt.*

62. ODIOSE CESSAT.] Sic Eun. IV. 6. 16. Quo minus valet h. l. quorundam Librorum OCIOSE. *Veſt.* Cum taedio (meo) moratur, ἀηδῶς βραδύνει, *Minell.*

63. PRANDIUM CORRUMPITUR.] Ut coquus dixit: qui ſciat conditionem [Videtur hac voce uſus pro, *condimento*. Veſt.] quandam magis ferventem placere. *Donatus*. Sic Plaut. Pſeud. III. 2. 102.

Corrumpitur jam coena. Poſſit videri dictum PRANDIUM παρὰ τὸ πρὰν, τουτέςι πρωΐ. Δωρικῶς. Vel quaſi *Parandium*, quod milites eo ſumto *pararentur* ad pugnam; inde quaſi proverbialiter *Pranſi paratique* dicti. Alias origines dat Gerh. Joh. Voſſius in Etymolog. *Veſterhov.*

64. IN AMORE EST TOTUS.] Non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate. *Donatus*. Sic Horat. Serm. I. 9. 2. *Veſterhov.*

65. JAM, nunc ſignificat feſtinationem. Et PROSPICIAM MIHI dixit, tanquam hoc ſentiat, *Illi ſua agunt negotia: & ego illorum exemplo conſulam mihi.* Et bene PROSPICIAM: quaſi non pranſurus, niſi providero mihi [Malim, inverſô modô legere: *Quaſi non proviſurus mihi, niſi prandeam.*] Donatus.

Nam jam [66] adibo, atque unumquodque, quod quidem erit [67] belliſſimum,
[68] Carpam: & [69] cyathos ſorbillans paullatim hunc [70] producam diem.

66.] ADIBO.] Ad prandium ibo. Guyetus male, ABIBO. ſub. domum. *Veſt.*

67. BELLISSIMUM.] Proprie BELLISSIMUM dixit. Unde & hujusmodi ad irritandam gulam cibi, *Bellaria* dicuntur. *Donatus.* Pro UNUMQUODQUE [quod praeceſſit] Bona Mſſ. pars, item edd. an. 1469. Junt. Daventr. aliae veterum, legunt UNUMQUIDQUID. Videturque pro ſingulis uſurpaſſe. Plaut. Trin. IV. 2. 39.

Si unumquidquid ſingillatim *& placide percunctabere.* Veſterhov.

68. CARPAM.] Modo *eligam.* Alias *laedam* ſignificat: ut [Virg. Georg. III. 215.]

Carpit enim vires paullatim, uritque videndo
Foemina.

Alias *Fruar:* ut [Virgil. Georg. III. 325. ſed legitur nunc: *dum gramina canent.* Veſt.]

Carpamus, dum mane novum, dum flumina creſcunt.

Et Perſius [Sat. V. 151.]

Indulge genio; carpamus dulcia.

Id eſt, fruamur rebus dulcibus. *Donatus.* De voce *Carpere* vide Lipſium Saturnal. I. 1. 2. *Veſterhov.*

69. CYATHOS SORBILLANS.] Heſych. Κύαθος, ϛαγῶν, μικρὸν μέτρον, ἢ ἀνʹλητήριον. Idem mox: δέχεται δὲ ὑγρȣ̃ ʹινὸς ȣ̓γγίας δύο. Fuit autem *Cyathus* ordinaria menſura, qua bibentes utebantur, uno fere hauſtu exſiccantes. Martial. I. 72.

Naevia ſex cyathis; ſeptem Juſtina bibatur;
Quinque Lycas; Lyde quatuor; Ida tribus.

Reſpicit autem morem veterum, quibus ſolenne erat tot cyathos bibere in gratiam amicorum vel amicarum, quot literis eorum conſtabant nomina. Hinc *Cyathiſſare* eſt a cyathis eſſe. Plaut. Menaechm. II. 2. 29. SORBILLANS, Id vult, ſe quamlibet otio exſiccaturum cyathos, cuticulamque ſuam curaturum. Unde nec *ſorbebo* dicit, nec *ebibam.* Vide infra V. 1. 1. Apulej.

 Me-

Metam. II. *Priusquam totum exsorberem, clementer invadit; ac relictum paullatim labellis minuens, meque respiciens*, sorbillat *dulciter*. Vesterhov.

70. PAULATIM HUNC PRODUCAM DIEM.] Bono verbo usus est ad metaphoram, tanquam morientis diei. Ut [Virgil. Aen. IX. 486.]

Nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos Don.

Existimat Dacieria, Donati auctoritatem sequuta, τὸ PRODUCAM h. l. esse funerandi verbum, dictumque pro, *condam diem*. In quam sententiam perelegans est locus Plauti, Menaechm. I. 2. 42. seqq. Hunc vero non fuisse sensum Syri, vel inde liquet, quod die nondum condita, rursus prodeambularet [malim, *prodeambulat*.] Infra V. 1. 4. Tum quod dicit PAULLATIM — PRODUCAM DIEM, id videtur velle, sensim hunc diem conteram & consumam. Sic Martial. II. 89. 1.

Quod nimio gaudes noctem producere vino;
Ignosco. Vesterhov.

Non est aspernanda Minellii expositio, *protrahum, quam potero longum faciam*. nam Syrus *carpendo cibos*, & *paullatim sorbillando cyathos*, delicias suas longiores reddit, quam si avide voret, aut hauriat.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

MICIO. HEGIO.

Mi. [1] EGO in hac re nihil reperio, quamobrem lauder [2] tantopere, Hegio:

Meum

1. EGO IN HAC RE &c.] *Haec Scena est plena sententiarum senilium ad officia demonstranda*. Donatus. Videbatur Hegio a foro rediens cum Micione multo gestu significare suum prolubium, eumque gratulando quasi obtundere. Cui igitur initio hujus

Meum officium facio: [3] quod peccatum a nobis ortum 'st, corrigo.
Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero; qui [4] ita putant

 * Sibi

hujus Scenae respondet Mitio. *Vesterh.* IN HAC RE, sc. conjugio Aeschini cum Pamphila procurando.

2. TANTOPERE, vim adverbialem in se continet; nam significat *nimis*. Don.

3. QUOD PECCATUM A NOBIS ORTUM 'ST.] Intelligit raptum Psaltriae, quam ipse Aeschinus pro fratre Ctesiphone eripuerat Lenoni. Nimis autem indulgenter dicit, A NOBIS, quasi & ipse in culpa sit, non tantum Aeschinus. Tum ORTUM dixit, uti supra III. 3. 89. *Vesterhov.*

4. ITA, sc. si quis ob injuriam factam secum expostulet, ut tu modò fecisti mecum: aut si officium suum facere, peccatumve corrigere, moneantur. * QUI ITA PUTANT SIBI FIERI INJURIAM; ULTRO, SI QUAM FECERE IPSI, EXPOSTULANT, ET ULTRO ACCUSANT.] Mire in hoc loco se torquent Interpretes. Nullus autem commodus sensus elici posse videtur, nisi legas & distinguas cum Rob. Stephano, in elegantissima editione, formae minimae, anni 1540. qua haud scio, an quisquam editorum Terentii deinceps usus sit: QUI ITA PUTANT, SIBI FIERI INJURIAM, ULTRO SI, QUAM FECERE IPSI, EXPOSTULANT, ET ULTRO ACCUSANT. Construe: SI ULTRO EXPOSTULANT INJURIAM, QUAM IPSI FECERE, ET ULTRO ACCUSANT. Quomodo fere Fabrini reddidit. Eodem sensu, sed mutato paulum ordine, edidit Paulus Manutius, Aldi filius: Si, QUAM FECERE IPSI, ULTRO EXPOSTULANT, &c. Quibus verbis nihil clarius. Rem ipsam designat Phaedrus I. 1. de Lupo & Agno. Confer verba Syracidis XIII. 4. Πλούσιος ἠδίκησε, καὶ αὐτὸς προσενεβριμήσατο. Vesterhov. Qui commode sane Phaedrum & Syraciden contulit, at locum tamen Terentii non explicuit constructione verborum à se proposita. Paraphrastes Delph. sic

Sibi fieri injuriam; [5] ultro, si quam fecere ipsi, expostulant,
Et [6] ultro accusant. [7] id quia non est a me factum, agis gratias?
He. * Ah! minime: [8] numquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.

Sed

sic ordinat & explicat: *Qui ita existimant se accepisse injuriam, si aliquam fecere ipsi; priores queruntur, & accusant, non expectata querela eorum qui injuria affecti sunt.* At ita prius ULTRO alieno loco esset positum, & Poëta turpem Synchysin admisisset. Expono itaque, ULTRO, per *insuper* aut per *è contrario*, Auctore Servio ad Virg. Aen. II. 145. & Aen. V. 446. item SI, per *cum* seu *postquam*; ita ne uno quidem verbulo transposito est opus. Imo si *ultro* exponamus, per *priores*, idem ordo constare potest. Donatus videtur prius ULTRO retulisse ad antecedens, SIBI FIERI INJURIAM, expuncto commate, aut semicolo, ut sit sensus: *Qui, cum quis apud eos conqueritur super facta injuria, putant sibi immerentibus fieri injuriam.*

5. ULTRO.] habet significationem contrarii, non tantum rei quae sponte fit. Sic Phorm. II. 3. 13. Virg. Aen. II. 145.
His lacrumis vitam damus,
& miserescimus ultro. *V.* Idem ad And. I. 1. 73. notaverat, Id dici *Ultro fieri* quod praeter exspectationem fit, & contra quam fieri assolet; advocans ibi Eun. I. 1. 2. & 24.

6. ULTRO ACCUSANT.] ULTRO, nunc prave, & perverse. *Donatus.*

7. ID QUIA NON EST A ME FACTUM.] Haec interrogatio, quasi subtristi vultu est proferenda. *Donatus.* AGIS GRATIAS?] Primus, opinor, ita edo, monente Donato. Habet autem interrogatio admirationem, qua dempta minor erit emphasis. *Vesterhov.* Editiones tamen Minell. & Delph. Vesterhoviana priores, idem praeferunt.

* AH! MINIME.] Non *minime ago: sed, minime te credo*

Sed quaeso, ut [9] una mecum ad matrem virginis eas, Micio:
Atque istaec eadem, quae mihi dixti, [10] tute dicas mulieri:
[11] Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse, & illam psaltriam.
Mi. [12] Si ita aequum censes, aut si ita opus est facto, eamus. *He.* Bene facis:
Nam & [13] illi animum jam relevabis, quae dolore ac miseria

credo esse illorum in numero. Donatus.

8. NUMQUAM TE ALITER &c.] Numquam te alio ingenio, ac es, mihi finxi. *Paraphrast. Delph.* Id est semper judicavi te esse probum. *Minell.* Guyetus ESSE, pro TE substituit; sed rationem non addit. Si credidit, minus Latinè dici, *in animum inducere aliquem*, falsus fuit. Heaut. V. 4. 5. *ne istuc in animum inducas tuum.* Vesterhov.

9. Servavit τὸ πρέπον adjiciendo UNA MECUM EAS: quippe ad ignotam matrem familias. *Donatus.*

10. TUTE DICAS MULIERI.] In nomine ostendit, cur haec ipse dicat. MULIERI enim, inquit, nimis pavidae ac diffidenti. *Donatus.*

11. SUSPICIONEM HANC PROPTER FRATREM EJUS ESSE.] Nimis breviter ac succincte, & ut oportuit inter scientes. *Donatus.*

12. SI ITA AEQUUM CENSES.] A justo & utili est tota sententia. Et sane hi versus desunt, quos multà exemplaria non habent. *Donatus.* Quatuor hos versus expungit Guyetus. *Vest.*

13. ILLI maluit dicere, quam *nurui*, adhuc divitem reveritus. DOLORE AC MISERIA.] Dolore parturientis: MISERIA, injuria ab Aeschino accepta. *Donatus.* ILLI ANIMUM JAM RELEVABIS.] Sic Plaut. Rud. I. 4. 27.
Spes mea, ut me omnium jam laborum levas!
Ennius Annal. X.

O

Tabescit: & tuo officio fueris functus. [14] sed si aliter putas,
Egomet narrabo, quae mihi dixti. *Mi.* [15] Immo ego ibo. *He.* Bene facis.
[16] *Omnes, quibus res sunt* [17] *minus secundae, magis sunt,* [18] *nescio quomodo*
Suspiciosi: [19] *ad contumeliam omnia accipiunt magis:*
[20] *Propter suam impotentiam se semper credunt* * *negligi.*

Qua-

O *Tite, sei quid ego adjûro,* coiramve levasso, &c. Cicero, Catil. I. 13. *Videbimur fortasse ad breve quoddam tempus,* cura & metu *esse* relevati. Contrarium est, *onerare quem,* i. e. curam & molestiam creare alteri. *Vesterhov.* MISERIA, sollicitudine. TABESCIT, consumitur. *Paraphrast. Delph.*

14. SED SI ALITER PUTAS.] Artificiose, remittendo quod petebat, extorsit magis. *Donatus.*

15. Hoc adverbio quod ait IMMO, ostendit se promte agere, & instanter quod promisit. *Donatus.*

16. OMNES, QUIBUS RES SUNT MINUS SECUNDAE, MAGIS SUNT — SUSPICIOSI.] Videntur haec expressa e Menandrianis, quae laudat Stobaeus Flor. Tit. XCVI.

Πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐςὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτȣ̃ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

P. Syrus;

In calamitoso risus etiam injuria 'st. Vesterhov.

MINUS SECUNDAE, Dicere sic maluit ne *Miserae* diceret. *Donatus.*

18. NESCIO QUOMODO.] Hoc est, vehementia, nulla palam ratione. *Donatus.*

19. AD CONTUMELIAM &c.] Sic Phaed. III. 8. 8. *Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.* Hic communis tenuiorum sensus. *Vesterhov.* Ad contemptum, injuriam, εἰς ἀτιμίαν καὶ καταφρόνησιν. Minell.

20.

Quapropter [21] te ipsum purgare ipsis coram, [22] placabilius est.

Mi. Et [23] recte, & verum dicis. *He.* Sequere me ergo hac intro. *Mi.* Maxume.

20. PROPTER SUAM IMPOTENTIAM.] Infirmitatem. Et rursus noluit humilitatem aut miseriam dicere. *Donatus.* IMPOTENTIAM.] Inopiam. Cic. pro Mur. 28. *Valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum.* Vesterhov.

* NEGIIGI.] Legitur & CLAUDERE & CLAUDICARE. *Donatus.* Hadr. Junius in Append. Animadv. Pareus, Tanaqu. Faber CALVIER [forte CLAUDIER] legunt, i. e. *frustrari, decipi.* Vide ad Eun. I. 2. 84. Et sane sunt Codd. in ipso Terentio CLAUDIER legentes. Unde Faërnus CALVIER formavit, quod verbum est XII. Tabb. *Vesterhov.* NEGLIGI, contemni. Ex illo Donatiano CLAUDERE Bentlejus fecit *Ludier.*

21. Sensus est, TE Micionem PURGARE IPSUM Aeschinum, IPSIS, matri & virgini. *Vesterhov.* CORAM, id est, praesentem, & coram praesentibus. Et CORAM indiget adjectione: *Palam* non indiget. Et praeterea CORAM, ad certas [ita Mf. Boend. Sed Rob. Stephanus & Lindenbruch. *caeteras*, minus recte. *Vesterh.*] personas refertur; *Palam*, generaliter dicitur. *Donatus.* IPSIS, pro IPSI, (quod adoptabant nuperi quidam Editores, quasi de sola matre esset sermo.) e Mff. 9. & Edd. antiquiorib. 14. expressit Vesterhovius.

22. PLACABILIUS.] H. e. Ad placandum aptius, ἱλαστικότερον. Sic Phorm. I. 4. 49.

causam vincibilem.

Quae facile vincat. Plaut. Mostell. V. 2. 40.

orator impetrabilis.

Qui, quod vult, facile impetrat. *Vesterh.* Adde Phormion. V. 7. 68.

23. RECTE, ad verba retulit: VERUM, ad rem atque sententiam. *Donatus.*

AC-

ACTUS QUARTI

* SCENA QUARTA.

AESCHINUS.

[1] DISCRUCIOR animi. [2] hoccine de improviso mali mihi objici

Tantum?

* Vesterhovius observavit, nusquam majorem vel Librorum, vel Interpretum dissensionem in collocandis versibus reperiri, quam in hac Scena: quod ne quis miretur, attulit hoc Ciceronis, Oratore cap. 55. *At Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus, & versus intelligi possit.* Affirmat autem se, ut potuerit, ordinasse versus ex Antesignano, Mureto, & Rob. Stephano: suspicatur tamen, non sine verisimilitudine, quod Terentius data opera Aeschinum metu confusum etiam confusis versibus loqui voluerit.

1. DISCRUCIOR ANIMI.] Sic Plautus Aul. I. 2. 27. Discrucior animi, *quia ab domo abeundum 'st mihi.* Et alibi saepius. Phorm. I. 4. 10. Est autem locutio Graecissans. *Vesterhov.* DISCRUCIOR, quasi vario modo crucior. ANIMI, pro *animo*: constructio Graeca. sic & Livius de Lucretia, Aegram animi *consolantur.* Minell.

2. HOCCINE DE IMPROVISO MALI.] Haec verba repentino nuntio perculsum indicant Aeschinum propter divortium stare: & iram circa se Sostratae, & ejus filiae ob raptum meretricis. OBJICI.] Proprie; quia inopinanti. Nam OBJICI dicitur in utramque partem: ut si quos ante quis videt, quam exspectaverit. quo verbo magnitudo doloris ostenditur ex repentino incommodo. *Donatus.* HOCCINE — MALI MIHI OBJICI.] Hec. III. 1. 6. Phorm. III. 2. 18.

Tantum? ut neque [3] quid me faciam, neque quid agam, certum fiet!
Membra [4] metu debilia ſunt: animus timore [5] obſtipuit.
[6] Pectore conſiſtere nihil conſilii quit. [7] vah! quomodo

[8] Me

18. Plaut. Caſ. III. 5. 33. & 34.
quid illi
Objectum 'ſt mali *tam repente?*
Virgil. Aen. II. 196.
Hic aliud majus *miſeris multoque tremendum*
Objicitur *magis*, *atque improvida pectora turbat.*
In Mſſ. & impreſſ. nonnullis eſt MALUM, pro MALI. *Veſterhov.*

3. Plus eſt, QUID ME FACIAM: quam, *Quid faciam.* Illud enim de rebus: hoc de ipſo homine intelligitur. *Donatus.* QUID ME FACIAM.] Locutio Comica, pro, *de me*, vel, *mihi*, Plauto frequentius uſurpata. Sic Mil. IV. 1. 26.
Quid illa faciemus concubina &c.?
And. III. 5. 8. IV. 2. 26. Plaut. Aul. IV. 10. 46. [Citante Veſterhovio ad priorem Andriae locum.]
Tum me faciat, *quod volt*, *magnus Jupiter*. Veſt.

4. MEMBRA METU DEBILIA, ANIMUS TIMORE &c.] METU. patris: TIMORE divortii. *Donatus.* MEMBRA METU DEBILIA.] Eſt enim *metus* cauſa, cur ſanguis ad cor ſe recipiens, exteriora membra ſuo vigore deſtituat. *Minell.*

5. OBSTIPUIT.] In Codd. quibusd. eſt OBSTUPUIT. Vide And. I. 5. 21. [ubi Veſterhovius notaverat *Obſtipui*, ex uno Mſſ. Leidenſ. & Editione Parei itidem Mſſ. fulta: affirmaveratque, quod & Dausquejo viſum, *Obſtupeſco* & *Obſtipeſco*, ſenſu eodem, promiſcue dici.] Plaut. Poen. I. 2. 48.
quid hic, *malum*,
Aſtans obſtipuiſti? *Veſterh.* OBSTIPUIT, quaſi in ſtipitem mutatus eſt, ita nempe omni ſenſu & cogitatione eſt deſtitutus.

6. PECTORE CONSISTERE NIHIL CONSILII QUIT.] Id varie

[8] Me ex hac expediam turba? tanta nunc [9] ſuſpicio de me incidit:
Neque ea immerito: Soſtrata credit, me mihi pſaltriam hanc
Emiſſe: [10] id anus fecit indicium mihi.
Nam ut [11] hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa: ubi eam vidi, illico
Accedo,

varie extulerunt. Plaut. Pſeud. II. 1. 2.

meo in pectore conditum eſt conſilium.

Et verſu 4. 5. Horat. Carm. I. 13. 5.

Tum nec mens mihi, nec color
Certa ſede manet.

Cicero de Seneƈt. 20. *Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, qui poterit* animo conſiſtere? *Veſterhov.* CONSISTERE, reſidere & morari. *Minell.* Quemadmodum *ſententia ſtare*, & *ſedere* dicitur. Sed poteſt hic CONSISTERE eſſe, *conſtitui*, *formari*, *condi*, ut Plautus dixit in loco a Veſterhovio allegato. Cetera exempla Veſterhovii minus huc congruere arbitror.

7. VAH, Interjectio indignantis. *Minell.* Sive potius mirantis ſtuporem animi ſui.

8. ME EX HAC EXPEDIAM TURBA?] Vide Phorm. V. 4. 5. Eun. IV. 4. 5. TURBÀ, re perturbata, tricis, difficultatibus. *Plaut. Epid. I. 1. 79.

Neque ego nunc quomodo me expeditum ex impedito *faciam*,
Conſilium placet.

Cic. Verr. II. 42. *Hic videte, in quot ſe laqueos induerit, quorum ex nullo ſe unquam* expediret. Plaut. Mil. IV. 9. 11.

Ipſus illic ſeſe impedivit *in plagas.* Veſterhov. ad And. III. 5. 11.

9. NUNC SUSPICIO.] Modo oſtenditur cauſa trepidationis Aeſchini. *Donatus.*

10. ID ANUS FECIT INDICIUM.] Cicero Verr. I. 57. *Nam quid argumentamur, quò iſta pecunia pervenerit?* fecit ipſe indicium. In Mſ. Bodl. deeſt τὸ ID. *Veſterhov.* ANUS, Illa cui Soſtrata dixerat, *Curre: obſtetricem arceſſe.* Donatus.

11.

Accédo, rogito, [12] Pamphila quid agat? [13] jam
partus adſiet?
Eone obſtetricem arceſſat? illa * exclamat: [14] abi,
abi jam, Aeſchine!
[15] Satis diu dediſti verba: ſat adhuc [16] tua nos fru-
ſtrata 'ſt fides.
[17] Hem!

11. Hinc addendo, oſtendit ſe ante fores Soſtratae ſtare. *Donatus.*

12. Pamphila quid agat? jam partus &c.?] Amatoria interrogatio, qua monſtrat Aeſchinus curae ſibi eſſe res omnes. *Donatus.*

13. An tempus pariendi inſtet? *Paraphraſtes Delph.* Mſ. Boend. Jamne. Guyetus corrigit, Jam partusne &c. *Veſterhov.*

* Non *reſpondet*, ſed Exclamat. *Donatus.* Sic Eun. IV. 1. 11. *Veſt.*

14. Abi, Abi.] Formula faſtidioſe rejicientium quem. Naevius, Tognlaria:

Abi, *deturba te ſaxo, quisquiliae, non homo.*

Mſ. Boend. Abi, Abi, Aeschine, jam &c. *Veſterhov.*

15. Satis diu verba dedisti nobis.] Uſque dum intelligeremus. *Donatus.* In quibusd. Codd. abeſt Nobis. In Mſ. Bodl. eſt, Dedisti verba notis. I. e. noſcentibus te. Phaed. I. 11. 2.

Ignotos *fallit*, notis eſt *deriſui.*

Adde Manut. ad Cic. Fam. V. 12. & Burmann. ad Petron. cap. 112. Verum niſi ſeu Nobis, ſeu Notis tollatur, verſus parum conſtabit. *Veſterh.*

16. Sat adhuc tua nos fruſtrata 'st fides.] Eleganter Ennius apud Gell. XVIII. 2.

Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari,
Quem fruſtratur, *fruſtra eum dicit* fruſtra eſſe.
Nam qui ſeſe fruſtrari *quem fruſtra ſentit;*
Qui fruſtratur, *is* fruſtra eſt; *ſi non*, *ille* eſt fruſtra.

De quorum verborum ſenſu vide Jac. Gronovium, [Item Auſon. Popinam. in verbo *Fruſtrari.*] Eſt autem *Fruſtrari* decipere, *Fruſtra eſſe*, decipi. *Veſterhov.* Fides tua, promiſſio abs te data; aut *fidelitas tua*, ironicè; aut *fides* quam tibi habuimus.

[17] Hem! quid iſtuc, obſecro, inquam, eſt? [18] valeas: habeas illam, quae placet.
Senſi illico id illas ſuſpicari: ſed me [19] reprehendi tamen,
Ne quid de fratre [20] garrulae illi dicerem, ac [21] fieret palam.

[22] Nunc

17. Hem, interjectio eſt novas res & inopinatas audientis. *Donatus.*

18. Valeas: &c.] Quaſi recedat & longe abſit (i. e. recedere debeat & — abeſſe. niſi *recedas* & — *abſis* legendum ſit.) *Donatus.* And. IV. 2. 13. & V. 3. 18. ad priorem locum obſervavit Veſterhovius τὸ *Vale* & *valeas*, interdum eſſe verbum renuntiantis amicitiam cum indignatione; adducens Catull. Carm. XI. 17. *Cum ſuis vivat, valeatque moechis.* Suet. Ner. 39. Ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ. Theocr. Idyll. XV. 64. χαιρέτω ὅςις τοῖος. item Serv. ad Virg. Aen. XI. 97. qui docet τὸ *Vale* ſignificationem maledicti interdum obtinere. Ad poſteriorem locum obſervavit, τὸ *Habeat* eſſe formulam invito animo concedentis; allegans Suet. Caeſ. 1. *Vincerent, ac ſibi* haberent. Liv. IX. 11. *Pacem ſibi* habeat. Quae omnia huc apte conveniunt.

19. Reprehendi e ſex Mſſ. & ſeptem edd. expreſſit Veſterhovius, recte docens quod ſignificet retinere ſe ab re aliqua, ſeu facienda, ſeu dicenda, deſumtum ab eo quod *Reprehendere* quandoque ſit, manum injicere & retinere, ut Phaed. V. 8. 3 & 4. cum nota Schefferi. Plaut. Trin. III. 1. 22 & 23. Allegat autem ut παράλληλον illud Cic. Att. XIII 1. *Sed me ipſe revoco.* In aliis legitur Repressi, quod non adeo placet.

20. Garrulae.] Utpote anui. *Donatus.* Vide Parei *Electa* Plautina, Tit. *Garrulitatis* & *Mulierum.* Veſt.

21. Fieret palam.] Demeae ſcilicet, cui minime opus fuit. *Donatus.*

22. Nunc quid faciam?] Figura διαπόρησις. Don.

[22] Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minime [23] 'st opus
Usquam efferri. [24] age, mitto: fieri potis est, ut ne qua [25] exeat.
[26] Ipsum id metuo, ut credant: [27] tot concurrunt verisimilia.
[28] Egomet rapui: [29] ipse egomet solvi argentum: ad me [30] abducta 'st domum.

[31] Haec

23. 'ST OPUS, oportet, utile est, convenit.

24. AGE, MITTO.] AGE est hortantis semet ipsum, ad indicandum quod amica fratris sit ista psaltria. MITTO sc. istum scrupulum, s. metum rem indicandi: Vesterhovius ex quibusd. Libris affert OMITTO, sed ipse mallet legere MUTIO ɔ: dicam.

25. EXEAT.] Erumpat. ut [Virg. Aen. II. 496.]
quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles. Donatus.
Supra II. 4. 18. & 19. Nepos, Datame, 6. *Si in turbam* exisset. Svet. Galb. 20. *Quod ante paucos dies* exierat *in vulgus.* Ita fama, liber, similia, *exire* dicuntur, quando innotescunt publice. *Vesterhov.*

26. IPSUM ID METUO, UT CREDANT.] IPSUM, quod fratri rapui. Et UT, pro *Ne non* posuit. *Donatus.* Errat Vesterhovius, nec satis attendit sensum particulae *Ut* in constructione cum verbo *Metuo*, cum haec sic interpretatur: *Metuo ut credant mihi me psaltriam hanc emisse.* Sed & talis interpretatio aperte pugnat cum circumstantiis; neque voluit adolescens mulieres hoc credere: Expedit tyronibus discere locum Terentii And. II. 2. 12. ut certam sibi forment notionem de sensu particularum *Ut* & *ne*, post verba metuendi.

27. TOT CONCURRUNT VERISIMILIA.] Ut mea esse credatur. *Donatus.* Sic And. III. 2. 31. Heaut. II. 2. 3. *Vesterhov.* CONCURRUNT, simul se offerunt. VERISIMILIA sub. indicia, argumenta.

28. EGOMET RAPUI.] Vide supra II. 1. & II. 2. 30.

[31] Haec adeo mea culpa fateor fieri, non me [32] hanc rem patri,
[33] Ut ut erat gesta, indicasse? exorassem, ut eam ducerem.
Cessatum usque adhuc est: [34] Nunc porro, Aeschine, expergiscere!

Nunc

III. 2. 30. *Vesterhov.* Hoc versu enumerat ista verisimilia.

29. IPSE EGOMET SOLVI ARGENTUM.] Atqui Syrus dicit, Micionem id fecisse, supra III. 5. 15. Quod vero & praesente Aeschino, & nomine Aeschini id factum, poterat is verè affirmare, se ipsum solvisse argentum. Nisi potius loc. cit. de argento a Micione Syro annumerato capimus, qui id Aeschino, Aeschinus rursus Lenoni persolverit. *Vesterhov.*

30. AD ME ABDUCTA 'ST DOMUM.] Proprie, non dixit *Adducta*, sed ABDUCTA: ABDUCITUR enim alienum: ut in Heautont. *Abducimus tuam Bacchidem.* AD ME autem DOMUM, moraliter dixit, pro *Ad domum meam.* Donatus.

31. HAEC, sc. incommoda; intelligit iras in se Sostratae & Pamphilae, suamque ab iis exclusionem. ADEO, ita, aut sanè.

32. HANC REM PATRI.] Non intelligit raptum Psaltriae, sed vitium Pamphilae oblatum. Quam rem tutò poterat indicasse Micioni patri indulgentissimo, quique eum consuefecerat, ne se quidquam celaret. *Vesterh.*

33. UT UT ERAT GESTA.] Id est, sive male, sive bene gesta erat: *Ut* enim certam qualitatem significat: UT UT incertam: quasi dicat, Quoquo modo, male, bene. *Donatus.* Magna Mss. pars UT ERAT GESTA. *Vest.*

34. NUNC PORRO &c.] Legitur & *jam*: quod est correptivum interdum. *Donatus.* EXPERGISCERE.] Id vult, nihil loci esse segnitiae neque socordiae. Plaut. Asin. II. 1. 1. Sallust. Catil. 20. *Quin igitur expergiscimini?* Et 52. Expergiscimini *aliquando*, *& capessite remp.* Eadem ratione *dormire* dicuntur negligentes rerum suarum, infra IV. 5. 59. *Vesterh.* PORRO, vero. *Paraphrastes Delph.*

Nunc hoc primum [35] eſt: ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores.

Perii! [36] horreſco ſemper, ubi pultare haſce occipio miſer.

[37] Heus! heus! Aeſchinus ego ſum; [38] aperite aliquis actutum oſtium.

Prodit neſcio quis: [39] concedam huc.

35. Τὸ Est, quod nec Donatus agnoſcit, videtur poſſe abeſſe, ut ſenſus ſit: *Nunc hoc primum incipiam.* Veſterhov.

36. Horresco semper.] Satis amatorie: nam in nimio amore frigus eſt, & calor recedit a corpore. *Donatus*, ex emendatione Wielingii. Horresco.] Q. d. Algere incipio. Juvenal. Sat. I. 93.

& horrenti *tunicam non reddere ſervo.*

Perſ. Sat. I. 54.

Scis comitem horridulum *trita donare lacerna.*

Vide plura ad Eun. I. 2. 4. *Veſterhov.*

37. Heus! Heus! Aeschinus ego sum.] Sic Eun. III. 3. 24 & 25. *Veſterhov.*

38. Aperite aliquis &c.] Vim pluralem habet aliquis, quamvis ſingulariter dicatur: non eſt enim Aliquis, niſi de multis. recte ergo Aperite aliquis. Proprie veteres & *Quis*, & *Aliquis*, & *Quisquam*, non obſervabant quo genere, aut quo numero declinarent. Eſt ergo figura ἀρχαϊσμός. Donatus. Aperite aliquis.] Syntheſis Plauto familiaris. Pſeud. V. 1. 37.

Aperite, aperite, *heus*, *Simoni me adeſſe*, quis nunciate. *Veſterhov.*

39. Concedam huc.] Ita ſolebant à foribus paululum recedentes, ne in viam proturbarentur. Heaut. I. 1. 121 & 122. Plaut. Caſ. II. 7. 11.

At at, concedam huc: *audio aperiri fores.*

Et alibi ſaepius. *Veſterhov.*

ACTUS QUARTI
SCENA QUINTA.
MICIO. AESCHINUS.

Mi. ITA, uti dixi, Sostrata, [1] Facite: ego Aeschinum conveniam; ut [2] quomodo acta haec sint, sciat.
Sed quis ostium hoc pultavit? *Aes.* [3] Pater hercle est. perii! *Mi.* Aeschine.
Aes. [4] Quid huic hic negoti 'st? *Mi.* [5] Tune has pepulisti fores?
Tacet. [6] cur non ludo hunc aliquantisper? [7] melius est:

Quando

1. FACITE.] Jubet vel securae sint, vel adornent nuptias. *Donatus.*

2. ACTA, transacta: scilicet quod auctor his nuptiis factus sim. *Minell.*

3. PATER HERCLE EST PERII!] Quid est hoc, quod Micio timetur? an quia illi non est confessus? Ostendit autem Poëta, tantundem pudorem posse, aut amplius, quam timorem. *Donatus.*

4. QUID HUIC HIC NEGOTI 'ST?] Haec Aeschinus ad spectatores conversus cum timore pronunciat. *Vest.*

5. TUNE HAS PEPULISTI FORES?] Sic coepit interrogare, ut negationi locum praebeat. Et nota PEPULISTI elatum verbum: & * tragico cothurno magis quam loquelae comicae accommodatum. *Donatus.* * Ita tamen & infra V. 3. 2. *Vesterhov.*

6. CUR NON LUDO HUNC &c.?] Sic Heaut. IV. 6 20. Ludis *fortasse me.* Haec ita secum Micio, ut simul spectator intelligat, quid facturus sit. *Vesterhov.* Illudo faceto aliquo commento? Sic infra [versu 63.] *Obsecro, pater, num* ludis *tu nunc* me? *Minell.*

7.

Quandoquidem [8] hoc numquam mihi ipſe voluit credere.
Nihil mihi reſpondes? *Aeſ.* [9] Non equidem iſtas, quod ſciam.
Mi. Ita? nam mirabar, quid hic negotii eſſet tibi.
[10] Erubuit: ſalva res eſt. *Aeſ.* Dic ſodes, pater,
Tibi vero quid iſtic eſt rei? *Mi.* Nihil [11] mihi quidem:

7. MELIUS EST.] Non, *Ludere bonum eſt:* ſed MELIUS. Et hoc meliore affectu dixit, quam ſi diceret; *Dignus eſt.* Donatus.

8. HOC NUMQUAM MIHI — CREDERE.] Contra illud quod ait [ſupra I. 1. 27. ſeqq.] *Poſtremo alii clanculum* &c. CREDERE autem magno affectu dixit, non enim confiteretur ut patri: ſed crederet ut parenti [i. e. conſanguineo] aut ſodali ſuo. *Donatus.*

9. NON EQUIDEM ISTAS.] Sub. fores pepuli. *Veſterhov.* QUOD SCIAM.] Quantum ſcio. *Donatus.*

10. ERUBUIT: SALVA RES EST.] Nimis paterna ſententia. Et e contrario Simo in Andria. [V. 3. 7.] *Vide, num ejus color pudoris ſignum uſquam indicat?* Et quanti affectus eſt, non dixiſſe *Erubuit: ſalvus eſt:* ſed SALVA RES EST. Nonne videtur tibi res ejus omnis in Aeſchino conſtituta? Eodem animo ſupra dixit [I. 1. 25.] *In eo me oblecto:* ſolum id *eſt* carum *mihi.* Donatus. Menander:

Ἐρυθριῶν πᾶς χρηστὸς εἶναι μοι δοκεῖ.

Citat Stobaeus Flor. Tit. XXXI. Sic Eun. II. 2. 37. Haec autem Micio ad ſpectatores converſus dicit. *Veſterhov.* Verecundus iſte color in adoleſcentiore aetate tinctura eſt virtutis. *Farnab.* SALVA RES EST.] Nam rubor eſt virtutis color: & ita magnum eſt argumentum nondum perfricuiſſe frontem, & omnem depoſuiſſe pudorem. *Minell.*

11. NIHIL MIHI QUIDEM.] MIHI, id eſt meae propriae rei. Et callida negatione coepit: ut & illi adimat confitendi

[12] Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc advocatum sibi. *Aes.* Quid? *Mi.* Ego [13] dicam tibi:
Habitant hic [14] quaedam mulieres pauperculae:
[15] Ut opinor, has non nosse te, & certo scio.
[16] Neque

tendi locum ac fiduciam: simulque fiat ei desperatio ducendae ejus, cujus mentio tam contemtim ab ipso tractetur. *Donatus.*

12. AMICUS QUIDAM ME — ABDUXIT HUC ADVOCATUM SIBI.] Hic incipit mendacium, mistum vero. nam AMICUS QUIDAM ME A FORO HUC, verum est: ADVOCATUM, falsum. Sed HUC & QUIDAM, modo ἔμφασιν habent levis negotii, & in quo nec magnae personae, nec res difficilis operae aut longae occupationis habentur. Et ADVOCATUM dicendo, alienum negotium demonstravit: nam & SIBI non vacat. Si enim *mulieribus* addidisset, potuit aliud sperari. *Donatus.* ADVOCATUM.] Συνήγορον, συνηγορήσοντα. Vide ad Eun. II. 3. 48. *Vesterh.* ADVOCATUM SIBI, ɔ: ut sibi adessem in quodam negotio suo, seu praesentiam meam sibi commodarem.

13. EGO DICAM TIBI.] Senile est. nam id jam dicendum fuit; & hoc ἔμφασιν habet vilis rei, quae vel facile dici possit, vel non celanda sit. *Donatus.*

14. QUAEDAM MULIERES PAUPERCULAE.] Non potuit magis celare dignitatem formae & aetatis puellae, quam ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret: deinde communiter diceret de ambabus universa, quibûs contemni debeant. PAUPERCULAE addidit ut magis desperet Aeschinus impetrari posse has nuptias a patre. Et item QUAEDAM: ut ignobiles demonstrarentur. Et totum hoc cùm abjectione pronunciandùm est. *Donat.* Plaut. Poen. III. 1. 33.
quanquam sumus pauperculi,
Est domi, *quod edimus.* Vesterhov.

15. UT OPINOR HAS NON NOSSE TE, ET CERTO SCIO.] Nisi legem Pediam metuerem,

[16] Neque enim diu huc commigrarunt. *Aes.* Quid tum postea?

Mi. [17] Virgo est cum matre. *Aes.* Perge. *Mi.* Haec virgo orba est patre.

rem, legerem: UT OPINOR, HAS NON NOSTI. Bona Librorum pars UT omittit; quod Dacieria est sequuta. Solent vero ea quae opinamur, & quae certa sunt, jungi sibique opponi. And. II. 2. 30. & 31. V. 4. 26. & 27. Neque aliter in veteri versu, quem laudat Gellius, X. 24.

Nuper die quarto, ut recordor, & certe
Aquarium urceum unicum domi fregit.

Cic. Lael. 3. *Moveor enim tali amico orbatus, qualis*, ut arbitror, *nemo unquam erit: &*, ut confirmare possum, *nemo* certe *fuit*. Vesterhov. OPINOR.] Vel adeo obscurae sunt, & nullius pretii, UT OPINOR, HAS NON NOSSE TE. Potuit recte dicere & hoc, *Ut opinor, has non nosti*: sed illud venustius. [Antiquiores edd. cum Mf. Boend. *Venustius*. Vest.] UT OPINOR HAS &c.] Aut abundat UT: aut deest *scilicet*. Magnum autem crimen est in forma vicinae puellae, incognitam esse adolescenti de proximo. — CERTE SCIO.] Ἐπανόρθωσις. parum dixi, inquit. *Donatus*. Forte legendum *Opiner*, commate ante posito, ut sit, *tam pauperculae ut opiner has non* &c. Alia ista Lectio, UT OPINOR, — NOSSE TE, ET SCIO, accuratius exponenda erat Donato, & cum genio sermonis Latini concilianda, cum praesertim eam vocet venustam; quod cum is non fecerit, suis ea tenebris erit relinquenda.

16. NEQUE ENIM DIU HUC COMMIGRARUNT.] And. I. 1. 45. Plaut. Pers. I. 3. 57.

Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus
Huc est cum commigravit. Vesterhov.

In loco Plauti notandum *Sex menses est cum* ɔ: sex menses (mensium) est tempus, postquam &c. In Nostro ad Diu supplendum *antehac*; aut etiam *est cum*, ad exemplum Plautinum.

[18] Hic meus amicus illi genere est proximus:
[19] Huic leges cogunt nubere hanc. *Aes.* Perii! *Mi.* Quid est?
Aes. [20] Nihil: recte: perge. *Mi.* Is venit, ut secum avehat:
[21] Nam habitat Mileti. *Aes.* [22] Hem! virginem ut secum avehat!

Mi.

17. VIRGO EST CUM MATRE.] Vult Micio sic audire Aeschinum, tanquam alienissimum: & ideo velut inscius facti, diligentius narrat. *Virginem* autem ἀρχαϊσμῷ, pro *muliere* dixit. *Donatus.*

18. HIC MEUS AMICUS.] Qui me advocatum abduxit de foro. *Donatus.*

19. HUIC LEGES COGUNT NUBERE HANC.] Non *Permittunt*, dixit, nec *jubent*: sed COGUNT, ad perturbandum Aeschinum. Et recte. alia enim sinunt leges, alia cogunt fieri. Et ne esset quo resisteretur illi, vult ut mulieres a lege cogantur. *Donatus.* Phorm. I. 2. 75. Fuit autem similis lex in Populo Israelitico. Vide Numer. XXXVI. 6. seqq. quod institutum a Phoenicibus ad Athenienses translatum autumat Grotius, De Verit. Relig. Christ. I. 15. Conf. Meurs. Them. Att. & Plutarch. in Solone. *Vesterhov.*

20. NIHIL: RECTE: PERGE.] Ut suspicionem omnem a se amoliatur Aeschinus, idem bis dicit, NIHIL & RECTE. Eun. II. 3. 50. Heaut. III. 2. 7. & Hec. III. 2. 20. Plaut. Merc. II. 3. 33.
DE. *Unde incedis? quid festinas? gnate mi.* CH. Recte, *pater.*
Impatiens autem morae Aeschinus, & ut quamprimum sciat, quid actum de sua amica, PERGE, ait. Sic And. II. 2. 26. Phorm. IV. 3. 36. *Vesterhov.*

21. HABITAT MILETI.] Πιθανῶς MILETI: & est adverbium locale. *Donatus.* Videntur igitur vel mulieres illae pauperculae habitasse antea Mileti, vel saltem eandem legem Solonis & Athenis & Mileti viguisse. *Vesterhov.* MILETI, in urbe

Mi. [23] Sic eſt. *Aeſ.* Miletum uſque? obſecro! *Mi.* Ita. *Aeſ.* [24] Animo male 'ſt.
Quid ipſae? quid ajunt. *Mi.* [25] Quid illas cenſes? nihil enim.
[26] Commenta mater eſt, eſſe ex alio viro,
Neſcio quo, puerum natum: neque eum nominat:
[27] Priorem eſſe illum; non oportere huic dari.

be Joniae, quae eſt Athenienſium colonia. *Minell.*

22. HEM! VIRGINEM UT SECUM AVEHAT!] Hic acrius commoveri proditur adoleſcens, ut affectu fateatur, quod verbis negat. *Donat.*

23. SIC EST. MILETUM USQUE? OBSECRO! ITA. &c.] Ille oblitus ſui, ſic indignatur, ut in re propria: hic rurſus callido vultu utitur, tanquam aliena narrantis. Bene USQUE. nam *Miletos*, colonia eſt Athenienſium in Ponto. *Donat.*

24. ANIMO MALE 'ST.] *Animo male fieri* dicitur, quum ictu alicujus moeroris perculſus animus, non ſuſtinet corpus: ſequiturque ruina membrorum. *Donatus.* Plaut. Amph. V. 1. 6.

Animo male 'ſt, *aquam velim!*

Et ſaepius alibi. Haec autem Aeſchinus averſus ſecum loquitur. *Veſterhov.*

25. QUID ILLAS CENSES?] *Poſſe dicere*, ſubaudiendum. NIHIL ENIM.] *Dicunt*, ſubaudiendum. Et ſic intelligendum NIHIL, non quod taceant, ſed quod nihil confirmationis [i. e. momenti] habeat, id quod dicunt. *Donatus.* Παρέλκει τὸ ENIM. Sic Hec. V. 4. 10. Phorm. I. 2. 63. IV. 4. 13. *Veſterb.* Videtur tamen illa vocula pondus quoddam addere negationi.

26. COMMENTA MATER EST.] Nunc dicit quid dicat [ſc. ipſe: aut legendum *dicant*, ſc. mulieres.] Etiam COMMENTA dixit, id eſt, fallaciam confinxiſſe, veriſimile comminiſci. *Donatus.*

27. PRIOREM ESSE ILLUM.] Mirè tractat etiam partes Aeſchini. *Donatus.* PRIOREM.] H. e. potiorem, jure nimirum cognationis. Sic Eun. I. 2. 71. *Veſterhov.* Vel PRIOREM ideo, quod ſtupraverit puellam, atque adeo eam ducere uxorem legibus jubeatur.

Aes. Eho! nonne haec justa tibi videntur [28] postea?
Mi. [29] Non. *Aes.* Obsecro! non? an illam [30] hinc abducet, pater?
Mi. [31] Quid illam ni abducat? *Aes.* Factum a vobis [32] duriter,
[33] Immisericorditerque: atque etiam, [34] si est, pater, Di-

28. Postea.] Scilicet illa, [i. e. post illa.] quae amicus tuus dixerat prius, quam haec audires. Justa tibi.] Justa, quae postea audisti, quam illa quae pro Lemnio [Milesio.] dicebas prius. Aut si hoc non est: quaere quid sit Postea. Videtur enim Postea sic abundare, quomodo interdum *Hodie*, de stomacho adjicitur loquentis. ut *Virgilius* dicit [Aen. II. 670.] *Numquam omnes hodie moriemur inulti.* Donatus.

Παρέλκει τὸ Postea. Sic Plaut. Menaechm. III. 2.31.
An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Postea? *Vesterhov.*
Capere tamen licet h. l. Postea pro *igitur*; i. e. cum res ita sit comparata.

29. Vultuose pronunciandum est Non. *Donatus.*

30. Hinc, tanquam singultus ploraturi est. nam sic est pronuntiandum. Pater.] Quasi hoc ad supplicandum dicatur. *Donatus.*

31. Quid illam ni abducat?] Tmesis Comica. Sic supra III. 3. 28.
Utrum studione *id sibi habet*, &c.
Pro, *Utrumne studio.* In pluscul is tamen Libris est, Quidni illam abducat? *Vesterhov.*

32. Non *Dure* & *Crudeliter*: sed quasi dura mente, id est, inflexibili, & quod Graeci dicunt ἀτενές. Donatus.

33. Immisericorditerque.] Nota * octo syllabarum adverbium, atque insuper compositum, & cum conjunctione prolatum. *Donatus.* * Immo septem, si separes conjunctionem *que*, quod ipse Donatus facit. Immisericorditerque.] Stomachosa vox multarum syllabarum, & quae magnum πάθος habet, conveniens indignanti Aeschino.

Dicendum magis aperte, [35] illiberaliter.
Mi. Quamobrem? *Aes.* Rogas me? [36] quid illi tandem creditis
Fore animi misero, qui [37] cum illa consuevit* prius,
Qui

schino. quod mox αὔξησιν accipit per τὸ ILLIBERALITER, h. e. indigne viris liberis. Sic supra III. 4. 3. *Vesterhov.*

34. SI EST, PATER, DICENDUM MAGIS APERTE.] Id est apertius: quia jam apertum fuerat, DURITER & IMMISERICORDITER: Et bene praefatus est, ne contumax adversus patrem videretur. *Donatus.*

35. ILLIBERALITER.] Αὔξησις. nam multa DURITER, etiam si opus sit, IMMISERICORDITER quoque, & facienda sunt, & patienda, si ita ratio & causa cogat: & non sit *illiberale*, id est, malum atque inhonestum. ILLIBERALITER.] Injuste, inclementer, non bene. quia *liberalis*, bonus dicitur. *Donatus.*

36. QUID ILLI TANDEM CREDITIS FORE ANIMI MISERO?] Τίνα οἴει ψυχὴν ἕξειν; Vid. P. Victor. I. 7. Sic Eun. V. 7. 14. Cic. pro Dejot. 2. *Quid nunc mihi animi sit.* Virg. Aen. IV. 408.
Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia, sensus?
Homer. Iliad Ω. 368.
Τίς ἂν δή τοι νόος εἴη;
Quae tunc tibi mens esset? Vesterhov.

37. QUI CUM ILLA CONSUEVIT.] Legitur & ILLAM: & dicebant veteres, *Hanc rem consuevit*, & εὐσχημόνως. ut *Plautus* [Amph. I. 2. 28.] *Et clandestina ut celetur consuetudo.* Et majore affectu non amorem allegavit, sed quod est commune cum bonis, & multo justius, consuetudinem. *Donatus* CUM ILLA CONSUEVIT.] Ita Mss. Leid. quinque, Traject. Bodl. Lips. Edd. Juntarum, Aldi, & anni 1469. Sed ILLI CONSUEVIT, (quod Graecis est, ὁμιλεῖν τινι) legunt Mss. Mark. & Boend. item Muretus, Rob. Stephan. Pulmannus, Heinsius & his multo vetustiores Libri,

Qui infelix [38] haud ſcio an illam miſere nunc amat,
Quum hanc ſibi videbit [39] praeſens praeſenti eripi,
[40] Abduci ab oculis? [41] facinus indignum! pater.
Mi.

Libri, in quibus Anonymus. Guyetus κατ᾽ ἀναστροφὴν legit, QUI ILLA CUM SUEVIT. Eſt autem *Conſueſcere* vocabulum μέσον, neque tantum de ſtupri conſuetudine, ſed & amore conjugali uſurpatum (Vid. Hec. IV. 1. 40.) pariter uti *conſuetudo*. Vide Parei Lexic. Plaut. Certe h. l. in bonam partem ſumi, vel inde evincitur, quod mox verſu 38. Micio rogat: *Cur duxit alienam?* Veſterhov.

* PRIUS.] Ita vulgo. PRIOR tamen vincit numero Librorum. Sic Eun. Prol. 6. *Veſterhov.*

38. HAUD SCIO AN.] Pro eo, quod vulgo, *Haud ſcio, an non.* Sic Heaut. V. 2. 46. Flor. III. 12. Neſcio, an *ſatius fuerit populo Romano, Siciliâ & Africâ contento fuiſſe.* Veſterhov.

39. PRAESENS PRAESENTI ERIPI.] Adjuvant ſignificationem haec ex abundanti addita: ut Virg. Aeneid. IV. 83. ubi legendum eſt, *Illam* [*Illam abſens abſentem auditque viderque.*

Et [Aen. X. 600.]

Fratrem *ne deſere* frater.

Sic *Caecilius* in Eratoſthene, *Haec caterva plena gladiatoria, quum ſuum ſibi alius ſauciat, ſocius ſocium.* Et totus hic locus eſt tranſlatus a Virgilio, in IV. Aeneid. [verſu 408 ſeqq.] *Donatus.* In Libris quibusd. eſt. PRAESENS PRAESENTEM. quomodo & Servius legit ad Virg. Aen. IV. 83. Similis locutio, Hec. III. 2. 15. & IV. 1. 42. Plaut. Moſtell. V. 1. 27.

aſſum praeſens praeſenti *tibi*

Amph. II. 1. 77.

Vigilantem *ille me jam dudum* vigilans *pugnis contudit.*

Pſeud. IV. 7. 43.

te ipſus coram praeſens praeſentem *videt.* Veſt.

40. ABDUCI AB OCULIS.] H. e. e conſpectu. Phorm. III. 3. 15. Plaut. Caſin. II. 4. 23.

Abin' hinc ab oculis

Truc. II. 5. 24.

abite ab oculis. *Veſt.*

Mi. [42] Qua ratione istuc? [43] quis despondit? quis dedit?
[44] Cui? quando nupsit? [45] auctor his rebus quis est?
[46] Cur

41. FACINUS INDIGNUM!] And. I. 1. 118. Plautus passim. Virg. Aen. II. 285.
quae causa indigna *serenos*
Foedavit vultus. Vestorhov. Turpe, foedum, aut crudele.

42. QUA RATIONE ISTUC?] Haec, & quae sequuntur, interrogationes, cumulum rationum continent, pro causa Milesii illius, simulque aptae sunt, ad Aeschinum, perturbatione missa, eò redigendum, ut invicem argumentis agat cum patre. Qua in re mirum Poëtae est artificium. *Vesterh.* ISTUC?] deest, *Dicis.* Donatus.

43. QUIS DESPONDIT? Latenter objurgat Aeschinum, rem sine patre gessisse. Et dicitur figura ἐπιτροχασμός. QUIS DESPONDIT?] Quia non interfuit pater. QUIS DEDIT?] Quia rapuit antequam peteret. *Donatus.* DESPONDIT, promisit uxorem; DEDIT, tradidit in manus [sc. illi adolescenti.] *Paraphrastes Delph.*

44. CUI? QUANDO NUPSIT?] Daceria legit; QUI, QUANDO NUPSIT? addens designari cerimonias nuptiarum. Nihil mutandum, quia enim dixerat versu 23 & 24.
Commenta mater est, esse ex alio viro,
Nescio quo, puerum natum,
neque eum nominat.
Nunc commode quasi confessionem ex Aeschino elicitutus haec rogat. *Vesterhov.* QUANDO NUPSIT?] Quia nuptiae non factae sunt. Et NUPSIT molestè additum, quasi aliena sit, quae non legibus ducta sit. *Donatus.* NUPSIT, sub. *virgo illa.*

45. AUCTOR HIS REBUS QUIS EST?] Dativo casu. non *Harum rerum.* Et *Sallustius* [Jugurth. 7.] *Qui tunc* Romanis imperator *erat.* Iterum objurgat, quod non interfuerit pater. *Donatus.* AUCTOR est, de cujus consilio & sententia res geritur. Vide And. Prol. 19. Eun. V. 7. 12. Cic. pro A. Cluent. 5. *Nubit genero socrus, nullis auspiciis*, nullis auctoribus,

[46] Cur duxit alienam? *Aef.* [47] An sedere oportuit
Domi virginem [48] tam grandem, dum cognatus [49] hinc
Illinc

ribus, *funestis ominibus omnium.* Edit. anni 1469. QUI EST? *Vesterhov.*

46. CUR DUXIT ALIENAM.] Sensus est, Cur, qui prior consuevit cum filia, duxit eam alteri viro ex lege Attica debitam? *Vest.*

47. AN SEDERE OPORTUIT.] SEDERE proprie ignavae cessationis est. ut [Virg. Aen. XII. 15.]
Sedeant spectentque Latini.
Et [Cicero in Verrinis,] *Quid sedes, Verres? quid spectas?* Donatus. AN SEDERE OPORTUIT DOMI VIRGINEM &c.] Respicit morem Graecorum, de quo Nepos in Praefatione. Ubi vide Interpretes. Virg. Aen. VII. 52.
Sola domum & tantas servabat filia sedes,
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Sed & *sedere* notat otiosum esse, & exspectare rei gerendae occasionem. Cic. Fam. XVI. 7. *Iis enim ventis istinc navigatur, qui si essent, nos Corcyrae non* sederemus. *Vesterhov.* Ita virgo nubilis innupta Islandis dicitur *Heima-sæta* q. d. *Domiseda.*

48. TAM GRANDEM.] GRANDEM, ad aetatem veteres retulerunt, non ad corpus. Et in parte aetatis dicitur *grandis*, non in tota vita, nisi si addatur *natu.* ut, *Grandis natu parens adductus ad supplicium.* Et *grandis infans*, & *grandis puer*, & *grandis ephebus*, & *grandis virgo* recte dicitur. *Donatus.* Dixit, VIRGINEM GRANDEM, uti And. IV. 5. 19. *Grandiuscula.* Plaut. Aul. II. 2. 14.
Virginem *habeo* grandem, *dote cassam, atque illocabilem.*
Trin. II. 2. 93.
Soror illi est adulta, virgo grandis. *Vesterhov.*

49. Proverbialiter HINC ILLINC. *Donatus.* HINC ILLINC.] Ex hac aut illa parte, alicunde, nescio unde [quasi non de Milesio illo tantum, sed de quovis cognato sermo fit. *Vesterhov.*] Ita edidi Donatum sequutus, &

Illinc veniret, expectantem? [50] haec, mi pater,
Te dicere aequom fuit, & id defendere.
Mi. [51] Ridiculum: [52] advorsum illum causam dicerem,
Cui veneram advocatus? sed, quid ista, Aeschine,
Nostra?

& Mss. Mark. item allegatos Vesterhovio Pulmannum, Manutium, Heinsium, ac multas editiones vetustiores. praeterea major invidia & indignatio est in hoc, quam in eo quod edidit Vesterhovius, Huc illinc, ↄ: Athenas, Miletô; longè tamen hoc superat numerô Mss. & edd.

50. Haec, id est, *Non oportuisse domi sedere virginem tam grandem, dum* &c. Id defendere, sc. *ne cognatus iste secum aveheret virginem, quia nempe alter prius cum illa consueverat.* Ita Ennius, Achille:

Serva cives, defende hostes, *cum potes* defendere.

Virgil. Ecl. VII. 47.

Solstitium pecori defendite.

Ita enim locum recte accepit G. J. Vossius, quem Nonius perperam, existimans, τὸ Defendere h. l. esse *tueri.* Vesterhov. Ergo Defendere hic erit, prohibere, avertere. Caes. B. G. I. 44. 13. *Quod bellum non intulerit*, *sed* defenderit. ubi vide Lipsium. Confer Caes. B. C. I. 7. 7. & II. 9. 3. Adde J. Vorstium de Latinit. Select. v. *Defendere.* At tamen qui apud Nostrum exponunt per *tueri* sc. dictum istud aut argumentum, ii non sane absurde vel perperam exposuisse mihi videntur.

51. Donatus legit Ridicule, quod ei vocativus est casus, ab eo quod est *ridiculus.* At Vesterhovius censet, si maxime ita legere praestaret, adverbium tamen esse, non vocativum. Sed utrum sit, nihil ad sensum interest.

52. Advorsumne illum causam dicerem, cui veneram advocatus.] Eun. Prol. 10. Phorm. II. 1. 42. Ad Micionis sententiam accedit illa Plauti, Menaechm. V. 2. 48.

Hinc stas, illinc causam dicis. Nove quidam dictum existimant illud, Advorsum illum causam dicerem, quum

Noſtra? aut [53] quid nobis cum illis? abeamus. [54] quid eſt?

Quid lacrumas? *Aeſ.* Pater, obſecro; auſculta. *Mi.* [55] Aeſchine, audivi omnia,

Et ſcio: [56] nam te amo: quo magis, quae agis, curae ſunt mihi.

Aeſ. [57] Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,

Ut

quum *cauſſam dicere* proprie ſit rei & defenſoris. Verum & reus & actor cauſſam dicunt. Phaed. I. 10. 7. de Lupo & Vulpe.

Uterque cauſſam *quum* perorasſent *ſuam.* Veſterhov.

53. QUID NOBIS CUM ILLIS?] Supra II. I. 23. Heaut. IV. 4. 20. Plaut. Menaechm. V. 2. 74.

Quaeſo, quid mihi tecum 'ſt?

Neque aliter Scriptores ſacri. 2 Sam. XVI. 10. Evang. Joh. II. 4. Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; *Quid mihi tecum, mulier?* Veſterhov.

54. QUID EST? QUID LACRUMAS?] Quaſi repente animadverterit flentem, & quaſi cauſſam omnem neſciat, ſic inquirit. *Donatus.*

55. AESCHINE.] Non exhibuiſſet perſonam patris, niſi pietate victus, pati filium nollet confeſſione torqueri. *Virgilius* [Aen. I. 395.]

nec plura querentem
Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt.

Bene ergo intelligunt, qui ſic accipiunt, perrecturum adhuc fuiſſe Micionem, niſi victus affectu, fallaciam projeciſſet. *Donatus.* AESCHINE, AUDIVI OMNIA.] Ita victus pietate & lenitate pater eloqui filium non ſinit, ne confeſſione delicti torqueatur. Non aliter Filius Perditus nihil etiam confesſus eorum, quae voluerat, blande excipitur a patre. Evang. Luc. XV. 20. *Veſt.*

56. Bene addidit, NAM TE AMO, & cetera. nam & invidis, & inimicis moris eſt ſcire, quid agamus. *Donatus.*

57. ITA VELIM ME PROMERENTEM AMES, — UT &c.] Quam pie additum ſt PROMERENTEM: tanquam illic ſit votum Aeſchini, quum poſſit pater etiam immeritum amare.

Ut me [58] hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet.
Et [59] me tui pudet. *Mi.* Credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale: sed vereor, ne [60] indiligens nimium sies.
[61] In

amare. Et animadvertendum est, UT semper sequi vel statim, vel ex intervallo, maxime in hujusmodi confirmationibus. Sic *Cicero* [Divinat. in Q. Caecil. cap. 13. *Vest.*] Ita velim *mihi Deos propitios*, ut, *quum ejus temporis mihi venit in mentem*, &c. *Donatus.* PROMERENTEM.] H. e. Bene merentem [Dignum, qui a te amer. *Minell.*] And. II. 1. 31. Virg. Aen. IV. 333. seqq. Unde & *bene* additur supra II. 1. 47. Phorm. III. 2. 31. Contrarium est *Commerere.* And. I. 1. 112. [Hec. III. 5. 36.] Plautus tamen & *Promerere* passim in malum sensum usurpavit. Vide Amph. II. 1. 20. Menaechm. V. 6. 24. Trin. V. 2. 49. *Vesterhov.*

58. DELICTUM ADMISISSE IN ME.] Sic Phorm. II. 1. 40. & II. 3. 68. Plaut. Amph. III. 2. 4.

Quae neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit.

Plene igitur dixit quod ἐλλειπτικῶς solet efferri, *Admittere delictum.* Vest. Committendo recepisse in me. *Minell.* Hoc delicto me obstrinxisse, hujus delicti reatum mihi contraxisse. Caes. B. G. III. 9. 3. *Quantum in se facinus admisissent, intelligebant.* * IN ME, αὐξητικῶς adjectum est. *Donatus.*

59. ME TUI PUDET.] Ambiguum quidam hoc dictum putant: sed apparet adolescentem propter suum peccatum dicere, non quod quicquam turpe fecerit pater. *Donatus.* Sensus est, Pudore confundor propter te, quem offendi graviter, non committens tibi haec, neque credens a principio. *Vesterhov.* Eodem sensu, Heaut. II. 3. 19. Hec. V. 2. 27. Aliter supra III. 3. 38.

60. NE INDILIGENS NIMIUM SIES.] Non ergo ingratus sed negligens Aeschinus;

61 In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te 62 jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum magnum: 63 magnum, at 64 humanum tamen.
65 Fecere alii saepe, 66 item boni. at 67 postquam id evenit, cedo,

Num-

nus: nec negligens, sed INDILIGENS: nec in alterum, sed in se deliquit. Mirae clementiae genus est, aut omnino ignoscere, aut crimen in levius commutare: nam tota objurgatio ita amica est, ut non multum a blandimento discrepet: magisque proficiat apud audientem, ut vult *Terentius*, quam illa aspera atque praefracta. *Donatus*. INDILIGENS.] H. e. Socors ut versu 61. & Phorm. V. 3. 5. Sic Plaut. Mostell. I. 2. 23 & 29. dominum aedium dicit *indiligentem*. Inde igitur ICtis placuit patresfamilias *diligentes* & *diligentissimos* vocare, rem tutantes. *Vesterhov.*

61. IN QUA CIVITATE?] Aliter pronunciandum est, id est, presse & leniter: ne faciat illud Tullianum [Orat. in Catil. I. 4.] *Prô Dî immortales! ubinam gentium sumus? quam rempublicam habemus?* in qua urbe vivimus? Et TANDEM pro *tamen*. IN QUA CIVITATE.] Hoc est, oblitus es Athenis te esse, ubi vivitur legibus? *Donatus*. Et ἔμφασιν habet τὸ TANDEM, & id vult, Athenis quam acerrime exercitas fuisse leges. Supra versu 31. & saepe alibi. Cic. pro Mil. 3. In qua tandem urbe *hoc homines stultissimi disputant?* Vesterhov.

62. JUS NON FUERAT TANGERE.] Vide ad Eun. II. 3. 81. Unde filiam connubio nondum junctam *intactam* vocat Virgilius Aen. I. 345. *Vesterhov.*

63. In quibusdam Codd. [& Donato,] MAGNUM desideratur. *Vesterh.* Subaud. *fateor.*

64. HUMANUM TAMEN.] Plaut. Merc. II. 2. 48. Humanum *amare est*. Vest.

65. FECERE ALII SAEPE, &c.] Moris est, exemplo lenire, quod purgare non possis. *Donatus*. Sic Heaut. V. 2. 4. Plaut. Merc. II. 2.

Numquid [68] circumſpexti? aut numquid tute proſpexti tibi,
Quid fieret? [69] qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,
[70] Qua reſciſcerem? [71] haec dum dubitas, [72] menſes abierunt decem.

2. 47. amator decrepitus: *Fecere tale ante alii ſpectati viri.* Veſterhov.

66. Item boni.] Item, etiam, [itidem, ſimiliter ut tu es. *Minell.*] Boni, probi, nobiles; Dilogώs.

67. Postquam id evenit.] Evenit, inquit, non *Commiſſum eſt.* nihil innocentius dici potuit. *Donatus.* Non culpam vocat, nec peccatum commiſſum, ſed fortunae & eventui tribuit pater inepte lenis. *Veſterhov.*

68. *Circumſpicimus* praeſentia, *proſpicimus* futura. *Donatus.* Circumſpectando alicunde auxilium quaeſiviſti tibi? *Minell.* Hunc verſum ſigno quaeſtionis claudit Edit. Delph. quod mihi non videtur improbandum. tum vero licet τὸ Circumspexti exponere per, *conſideraſti, cum animo verſaſti*, & referre ad Quid fieret verſ. ſequ. ɔ: *faciendum eſſet, poſtquam evenit peccatum.* Caeſ. B. G. VI. 5. 3. *Ejus conſilia* animo circumſpiciebat. Idem, B. G. V. 31. 4. *Cum ſua quisque miles circumſpiceret.*

69. Qua fieret?] Id eſt, quomodo, qua ratione, quibus adminiculis, vel per quas perſonas fieret? *Donatus.*

70. Qua resciscerem?] Qua, id eſt, per quos: & ad omnia ſubauditur Numquid Circumspexti? Qua resciscerem?] Deeſt *Re*, vel *Ratione.* Donatus.

71. Dum dubius animi quid agere debueris, haeres. *Paraphraſt. Delph.* Subaudirem potius cum Minellio, *mihi dicere.* aut exponendum cum Donato not. ſequ. *in his dum ceſſas.*

72. Menses abierunt decem.] Quaſi dicat, Te ceſſante, menſes ceſſere. *Abire* dicitur, quod paulatim nos deſerit: hoc autem ex partu intelligit. *Donatus.* Decimo menſe perfectum edi par-

73 Prodidisti & te: & illam miseram, & gnatum, 74 quod quidem in te fuit.

75 Quid? credebas 76 dormienti haec tibi confecturos Deos?

Et

partum, ex Hippocrate docent veteres ICti. Vide supra III. 4. 29. Sic Eun. II. 3. 49. Plaut. Merc. V. 2. 32. *sol abit*. *Vesterhov.*

73. PRODIDISTI TE, ATQUE ILLAM MISERAM.] Vide festivum senem, quantum se adolescenti accommodet: non enim illum quem causa deposcit, sed amatorium ordinem fecit, prius dicendo PRODIDISTI TE, quam ILLAM; tum etiam GNATUM, ut ex animo amare videatur id quod natum est. PRODIDISTI.] Decepisti, vel deseruisti. ut *Virgilius*, [Aen. I. 251.]

unius ob iram
Prodimur. *Donatus.*

PRODIDISTI.] Heaut. III. 1. 70. & IV. 1. 26. Hec. IV. 4. 50. Cic. pro Flacco, cap. 41. *Ego te, Flacce*, prodidero. h. e. perdidero. Vide Gronov. Observ. III. 20. *Vesterh.*

74. QUOD QUIDEM IN TE FUIT.] Sallustius [Jugurth. 14.] Quod in familia nostra fuit, *praestitit, ut in omnibus bellis adesset vobis*. Et. *Cicero* [Verr. IV. 11.] *Senator P. R.* quod in vobis fuit, *jacuit & pernoctavit in publico.* Donatus. Plaut. Bacchid. III. 6. 21. *Ille*, quod in se fuit, *accuratum habuit*.

Ennius, ex emendatione Jani Gulielmii:

Qui, quod in me est, *exsecrabor hoc* quo lucet, *quidquid est*. Vesterhov.

Donatus explicat: *Quantum in officio tuo spei & auxilii partiumque tuarum fuit: vel quantum ad te spectabat*. Hoc ultimum non male; sed illa priora absurde, ut arbitror. sed significantius accipitur, *quantum in tua potestate fuit positum*: ut dicat adolescentem studio se & amicam prodidisse.

75. QUID? ex abundanti additum, habet ἦθος instantius percontantis & objurgantis. Paraphrastes Delphini reddit: *Quid tibi persuadebas eventurum ita cessando?* sed mihi non persuadet. 76.

Et illam sine tua opera [77] in cubiculum iri deductum domum?

Nolim [78] ceterarum rerum te socordem eodem modo.

76. DORMIENTI HAEC TIBI CONFECTUROS DEOS?] Quae sint quae a Diis praestari non possint, sequenti versu docet, ne videatur de Diis male sensisse. DORMIENTI.] Multo melius, quam si diceret *cessanti*. Et non, *Facturos*: sed, quod plenum est, CONFECTUROS. Et mirè Deos ponit in eo negotio, quod ipse praestat: tanquam hic & se & Deos excuset, quod non fecerint Aeschino quae volebat, etiam DORMIENTI. *Donatus*. DORMIENTI &c.] H. e. Socordi & indiligenter rem agenti. Plaut. Aul. IV. 1. 5. Servus de sese:

Sin dormitet, *ita* dormitet,
servum sese ut cogitet.

Bacchid. II. 3. 6. Epid. I. 2. 59.

Non enim nunc tibi dormitandum, *neque cunctandi copia 'st.*

[Horatius, de Arte P. 359. dormitat *Homerus*.] Noster Heaut. IV. 4. 8. Phorm. V. 8. 18. *Vesterh.* Quod ad rem attinet, adde Sallust. Catil. LII. n. 29.

77. IN CUBICULUM IRI DEDUCTUM.] Vide Hec. I. 2. 60. *Vesterhov.* ILLAM IRI DEDUCTUM, pro, *fore*, *ut illa deduceretur*, *fore deductam*, aut quod sequiores Latini dicerent, *esse deducendam*. Conf. Sanctii Minerv. Lib. III, cap. 11. de AMATURUM ESSE, AMATUM IRI &c.

78. CETERARUM RERUM TE SOCORDEM.] Locutio Graeca. Ἀμελὴς τῶν ἄλλων πραγμάτων. Sub. περί. Plaut. Cistell. I. 1. 33.

Suique omnium rerum *nos indigere.*

i: *in omnibus rebus*. Truc. II. 2. 52.

nunquam aedepol mihi
Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit.

Cic. pro P. Quinct. 3. Ceterarum rerum *paterfamilias & prudens*, *& attentus*, *una in re paullo minus consideratus*. Horat. Carm. IV. 9. 35. *Rerumque prudens*. Vesterh.

[79] Bono animo es: duces uxorem hanc. *Aeſ.* [80] Hem! *Mi.* Bono animo es, inquam. *Aeſ.* Pater.

Obſecro! [81] non ludis tu nunc me? *Mi.* [82] Ego te! quamobrem? *Aeſ.* [83] Neſcio:

[84] Niſi quia tam miſere hoc eſſe cupio verum, eo vereor magis.

Mi.

79. BONO ANIMO ES.] Apparet flenti haec dicta omnia eſſe: & hoc decuit verecundum adoleſcentem, & ex vi tantae orationis, & metu amittendae puellae. *Donatus.*

80. HEM!] Singultientis fletu & gaudio dixit HEM. *Donatus.*

81. OBSECRO! NON LUDIS TU NUNC ME?] Sic Heaut. IV. 6. 20. Alii: NUM LUDIS. *Veſterhov.* Maeſtus amatoris animus ludentem ſerio loqui credit: vera dicentem, quia optata ſunt, putat ludere nunc. Poteſt & ob hanc cauſam dicere, LUDIS TU NUNC ME? quod nunquam eum antea luſerit. Et recte LUDIS. Eſt enim amantis, in falſum metum conjicere imminente laetitia, qualibet ſententia: inimici vero, in falſum gaudium quemquam impellere, ſub alicujus moeroris adventum. Et ideo negat ſe Micio in hac parte luſurum Aeſchinum, qui in aliis luſerit. *Donatus.*

82. EGO TE!] Magna vis pronominum cur non ludat. *Donatus.* Q. d. Quomodo poſſim in hac re ludere te, quem tantopere amo!

83. NESCIO.] Religioſe dixit NESCIO: quaſi non ſit ratio quare non credat patri, quamvis [ipſe Aeſchinus] ſubjecerit cauſam. *Donatus.*

84. NISI QUIA TAM MISERE &c.] Comicum eſt, *niſi quia*, & *neſcio niſi.* Heaut. III. 2. 30. [ibid. IV. 1. 45.] Hec. II. 3. 6 & 7. Eun. V. 6. 28. Phorm. III. 1. 10 & 11. Et V. 7. 59 & 60. Plaut. Truc. IV. 3. 11.

Etiam nunc, quid ſit negotii, falſus incertusque ſum;
Niſi quia *timeo tamen.*

Ciſtell. I. 1. 5.

Neſcio; niſi, *ut meus eſt animus, fieri* Non

Mi. [85] Abi domum, ac Deos comprecare, ut uxorem arcessas. abi!
Aes. [86] Quid? jam uxorem? *Mi.* Jam. *Aes.* Jam? *Mi.* Jam; [87] quantum potes. *Aes.* [88] Dî me, pater,
Omnes oderint! [89] ni magis te, quam oculos nunc amo meos.

Non posse arbitror. Vesterh.

Tam misere.] Pro nimis: quia nimia [est neutr. plurale] miseria: ut, *Ne quid nimis.* hoc enim putant, qui virtutes mediocritates esse dixerunt. *Donatus.*

85. Abi domum, ac Deos comprecare.] Magnus institor beneficii sui est [i. e. *multum id commendat*] qui a Diis petendum esse dicit, quod ipse praestabit. An ideo quia ordinis fuerat, prius rem divinam facere, & sic uxorem arcessere? & bene repetitum est Abi: quasi haerenti morantique: ut, [And. I. 1. 1.] *Vos istaec intro auferte: abite.* Donatus. Abi domum, ac Deos comprecare.] Scilicet, ritè non contrahebantur nuptiae, nisi re divina prius facta. Ita Megadorus ducturus Euclionis filiam, Plaut. Aul. III. 6. 43.

eo lavatum, ut sacruficem.

Intelligit vasa supellectilia, quae purè eluebantur. Aul. II. 2. 3.

vascula intus pure propera atque elue. Vesterhov.

86. Quid? jam uxorem?] Accessit ad beneficium tempus. Et ideo jam quasi gestiens repetit adolescens. *Donatus.*

87. Quantum potes.] Gulielm. Canterus, Quantum potest. Forte melius. estque elegans & plane comica locutio. Sic infra IV. 7. 25. Cic Fam. I. 2. *Dignitatem nostram*, ut potest *in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus.* Vesterhov. Donatus videtur legisse Potest, & subaudit *cito*, aut *esse*: Vesterhovius hoc improbans, subaudit *Tantum.*

88. Di me — omnes oderint! ni.] Formula jurisjurandi speciem habens. Vide Brisson. de Formul. Lib. VIII. *Vesterhov.*

89.

Mi. [90] Quid! quam illam? *Aes.* [91] Aeque *Mi.* [92] Perbenigne. *Aes.* [93] Quid! ille ubi est Milesius?

Mi.

89. NI MAGIS TE, QUAM OCULOS NUNC AMO MEOS.] Eleganter inventum est, quod in se amator multum diligat, id est, [mallem illud, *id est*, cum commatibus ante & post, abesse] oculos: ut e contrario in Eunucho [Imo in hac Fabula supra III. 2. 20.] *Adolescenti ipsi eriperem oculos.* id est, ipsos de quibus amat. *Donatus.* QUAM OCULOS.] Ita infra V. 7. 5. Sapit haec locutio phrasin sacram. Sic Zachar. II. 8. Gal. IV. 15. & saepius alibi. Catullus ad Calvum, Carm. XIV. 1.

Ni te plus oculis meis *amarem* &c.

Idem ad Quinctium Carm. LXXX.

Quincti, si tibi vis, oculos *debere Catullum*,
Aut aliud, si quid carius est oculis:
Eripere ei noli, multo quod carius *illi*
Est oculis, *seu* quid carius est oculis.

Et ad quendam de Lesbia, Carm. CI. 1.

Credis, me potuisse meae maledicere vitae
Ambobus *mihi quae* carior est oculis.

Idem, Carm. III. 4. de Passere:

Quem plus illa oculis suis amabat.

Plaut. Mil. IV. 1. 37. Curc. I. 2. 28.

Salve, oculissime *homo.*

Idem, Fragmento Corniculariae, versu 7.

Qui amant *ancillam meam Hedylium* oculitus.

Unde *mi ocelle* in blanditiis amantum passim apud eundem Plautum. *Vesterhov.*

90 QUID! QUAM ILLAM?] Commendat se Micio, & familiariorem amatori facit, mentionem faciendo saepius de amica in uxorem ducenda. *Donatus.*

91. AEQUE.] Sic infert hoc, quasi dubitando invenerit. *Donatus.* Sub. *amo te, ac illam.*

92. PERBENIGNE.] Multum putat, quia amator hoc dixit: ergo *benigne*, large, abundeque. *Donatus.* PERBENIGNE.] Formula gratias agentis. Horat. Epist. I. 7. 15.

ve-

Mi. [94] Abiit: periit: navem adſcendit. ſed cur ceſſas? *Aeſ.* Abi, pater:
Tu potius Deos comprecare: nam tibi eos, certo ſcio,
Quo [96] vir melior multo es, quam ego, [97] obtemperaturos magis.

veſcere ſodes.
Jam ſatis eſt. At tu quantumvis tolle. Benigne. *Veſterhov.*
Sub. *Facis*, l. *Dicis.*

83. QUID! ILLE UBI EST MILESIUS?] Non amat, ſi ſtatim timere deſinit. unde *Virg.* [Aen. IV. 298.] *Omnia tuta timens.* Donatus. In Edd. Delph. & Minell. ſigno quaeſtionis diſtinguitur poſt QUID; quod non eſt ut improbetur.

94. ABIIT: PERIIT: &c.] Facete, ABIIT: ne diceret, mentitus ſum. atque ita dixit, ut infantibus nutrices de terriculis dicere ſolent: quas quum ipſae confinxerint, abolitas volunt, poſtquam illos vident nimium pavere. Et mihi videtur ridens haec dixiſſe: ut intelligat Aeſchinus, Micionem joco fuiſſe mentitum. *Donatus.* Canterus Nov. Lect. IV. 24. NAVEM ADSCENDIT, ABIIT, PERIIT. Cic. Catil. II. 1. *Abiit, exceſſit, evaſit, erupit.* Veſterhov.

96. QUO VIR MELIOR MULTO &c.] Credebant enim, pietatem parentum auxilio liberis eſſe ſolere. Plaut. Poen. V. 4. 107.
Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.
Neque adeo preces improborum exaudiri. Sic Hec. V. 2. 6. de meretricibus:
Nec pol iſtae metuunt Deos: neque has reſpicere Deos opinor.
Plaut. Rud. Prolog. 22. ad 28. Ovid Heroid. XIV. 26.
Dantur in invitos impia thura focos. Veſterhov.
Similis ſententia in Evang. Joh. IX. 31.

97. TIBI OBTEMPERATUROS MAGIS.] Mira ſententia, Deos obſequi bonis, quaſi bonis hominibus multum debeant. Et in excuſationem precandi Deos, vide quae facultas nata ſit patrem ſine aſſentatione laudandi. Non eſt autem injurioſum, ad patrem referre deprecatio.

Mi. 98 Ego eo intro, ut, quae opus sunt, parentur: 99 tu fac, ut dixi, si sapis.

Aes. * Quid hoc est negotî! 100 hoc est patrem esse? aut ** hoc est filium esse!

Si frater, aut sodalis esset, 101 qui magis morem gereret?

102 Hic

tionem Deorum: sed magis honorabile. nam tale est apud *Virgilium* [Aen.II.717.] *Tu genitor, cape sacra manu, patriosque penates.* Ut ipse patrem portet, hic Deos. *Donatus.* OBTEMPERATUROS.] Mire de Diis dictum: nisi id voluit, Deos esse obnoxios patri suo, & facere quaecunque velit. Sic Plaut. Poen. V. 4. 18. *Vesterhov.* Te exauditures. *Paraphrast. Delph.* & *Minell.* Facilè tibi indulturos, quod petis.

98. EGO EO INTRO &c.] Hic versus in quibusdam non invenitur. *Donatus.* QUAE OPUS SUNT.] Intelligit sacrificium, vasorum supellectilium lavationem, vestes candidas, obsonia, vocationem genere proximorum & vicinorum, coquorum conductionem, tibicinas, lampadas, & similia. *Vesterhov.*

99. TU FAC, UT DIXI &c.] I. e. comprecare Deos. *Minell.* SI SAPIS.] Suadendi formula. Heaut. IV. 4. 26. IV. 8. 31. Eun. I. 1. 31. IV. 4. 54. *Vesterh.* Q. d. Si tibi recte consulere, & matrimonium feliciter evenire, vis.

* QUID HOC EST NEGOTI!] Et mirantis haec, & laudantis oratio est. Et bene videtur hujusmodi patrem Terentius probare. *Donatus.*

100. HOC EST PATREM ESSE?] An hoc est uti severitate patris. *Minell.* An hae sunt partes patrum, aut haec eorum consuetudo, tam benigne & indulgenter cum filiis agere, quam meus agit mecum? Id vult, patris erga se indulgentiam carere exemplo.

** HOC EST ESSE FILIUM?] Hoc, quod ego facio, ita familiariter agendo cum patre. ESSE FILIUM, uti timore filiali, quo solent angi filii, apud parentes de vitiis responsuri. *Minell.*

101.

[102] Hic non amandus? hiccine non [103] geſtandus in ſinu eſt? hem!
[104] Itaque adeo magnam mihi injecit ſua [105] commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit. [106] ſciens cavebo.
[107] Sed ceſſo ire intro, ne morae meis nuptiis egomet ſiem?

101. QUI MAGIS MOREM GERERET?] QUI, quo modo, quâ re, qua ratione, magis mihi indulgeret. *Donatus.*

102. HIC NON AMANDUS? &c.] Omnia perfecit hic pater, ut & ametur, & laudetur, & foveatur. *Donatus.*

103. GESTANDUS IN SINU.] Cic. Fam. XIV. 4. *Quid? Cicero meus quid aget? iſte vero* ſit in ſinu *ſemper*, *& complexu meo.* Brutus ad Cic. Epiſt. 7. *Bibulum noli dimittere ex* ſinu tuo. Sic Graeci, Vide Homer. IL. Z. 136. & Σ 398. atque ibi Euſtathium. Neque aliter Scriptores ſacri. Vide Jeſaj. XL. 11. *Veſterhov.* Immodico favore amplectendus eſt? A φιλοστοργίᾳ matrum in liberos infantes, proverbium natum. *Mizell.*

104. ITAQUE ADEO MAGNAM &c.] ADEO aut abundat, ut *Ergo* Eun. II. 3. 25. aut ſignificat *valde*, ut Eun. I. 2. 124. CURAM.] ſollicitudinem, formidinem. * MAGNAM MIHI INJECIT SUA COMMODITATE CURAM.] Mira ſententia: mala etiam de bonis nobis naſci. *Donatus.*

105. COMMODITATE.] H. e. Facilitate, obſequio. Sic Heaut. III. 2. 10. Phaed. III. 16. 1.
Humanitati qui ſe non accommodat. *Veſterhov.*

106. SCIENS CAVEBO.] Facere quod nolit ſcilicet. *Donatus.* Confirmatur hoc loco diſtinctio noſtra, Heaut. V. 5. 6. *Veſterhov.*

107. SED CESSO IRE INTRO, NE MORAE &c.?] Bene hoc utpote objurgatus. *Donatus.* MORAE.] Mſſ. & impreſſi quidam, poſt edit. 1469. MORA. *Veſterhov.*

AC-

ACTUS QUARTI
SCENA SEXTA.
DEMEA.

1 DEFESSUS sum ambulando. 2 ut, Syre, te 3 cum tua
Monstratione magnus perdat Jupiter!
4 Perreptavi usque omne oppidum: 5 ad portam, ad lacum:

6 Quò

1. DEFESSUS &c.] *Hic* [i. e. in hac & sequenti Scena] *exemplum inducitur saevi patris ex affectu vero, & ob hoc invisi omnibus, non autem tantum* [*tam*, conjic. *Vest.* affert autem, at non approbat, ex Mf. Boend. & Edd. vett. *cum amare vult, quem ipse amare inducitur.*] *amare vultu, quam ipsa re inducitur: nam neque sibi, neque cuiquam alii; sed filio tantum consultum cupit.* DE autem [in DEFESSUS] *valde* significat. *Donatus.* Haec Scena integra, paucis mutatis, exscripta e Plauti Amphitruone IV. 1. *Vesterhov.*

2. UT, SYRE, TE CUM TUA MONSTRATIONE.] UT, pro *utinam.* Et haec omnia anhelans dixit. Ἰδιωτικῶς, TE CUM TUA MONSTRATIONE. *Donatus.*

3. Comicorum est, caussam indigitare per CUM. Plaut. Epid. I. 1. 72.
abi in malam rem maximam a me
Cum istac conditione.
Pseud. III. 2. 47.
At te Juppiter
Diique omnes perdant, cum condimentis tuis,
Cumque *tuis omnibus* mendaciis.
Sic And. V. 4. 38. Eun. IV. 3. 9. Heaut. IV. 6. 7. Hec. I. 2. 59. *Vest.*

4. PERREPTAVI USQUE OMNE OPPIDUM.] Tardus incessus, non perambulatio, sed *Perreptatio* dicitur. *Donatus.* Horat. Serm. I. 5.
Millia tum pransi tria repimus.
USQUE, continuè, non interrupta ambulatione.

5.

[6] Quò non? neque ibi fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidisse se ajebat quisquam. nunc vero [7] domi
Certum [8] obsidere est usque, donec redierit.

5. AD PORTAM, AD LACUM: Mire propinquiora omisit, utpote PORTICUM, MACELLUM, CRATINI AEDES, TEMPLUM DIANAE: & ultima posuit, ut quantum peragraverit, demonstraret. AD LACUM.] Facetè Poëta memorem inducit senem, quorum minime opus fuit meminisse. *Donatus.*

6. QUO NON?] Duobus dictis, QUO NON? addidit: quasi & ad dicendum lassus appareat. *Donatus.*

7. DOMI.] Intelligit domum Micionis fratris. *Vest.*

8. Proprie OBSIDERE dixit. convenit enim & irato & repente aggressuro: *Donatus.* OBSIDERE] est diu sedere. Unde *Obsessor fori* dicitur coquus apud Plaut. Pseud. III. 2. 18. Donatus non cepit. Est autem *Obsidere urbem*, fixe & immote circa eam sedere usque, donec capiatur. Sic *obduro*, *obfirmo* & similia. *Vesterhov.*

ACTUS QUARTI

SCENA SEPTIMA.

MICIO. DEMEA.

Mi. [1] IBO, illis dicam, nullam esse in nobis moram.
De. Sed eccum ipsum! te jamdudum quaero, Micio.

Mi.

1. *In hac Scena est exemplum intempestivae objurgationis, ac per hoc ridiculae.* IBO, ILLIS DICAM.] Moris est secum loqui vel senes, vel maxime aliquid ex animo agentes. ILLIS.] Sostratae & filiae. *Donatus.*

Mi. Quidnam? *De.* [2] Fero alia flagitia ad te, ingentia,
[3] Boni illius adolefcentis. *Mi.* [4] Ecce autem! *De.* [5] Nova;
Capitalia. *Mi.* [6] Ohe! jam. *De.* [7] Nefcis qui vir fit. *Mi.* [8] Scio.

De.

2. FERO ALIA FLAGITIA AD TE, INGENTIA, BONI ILLIUS &c.] Magno fonitu, ac ingenti oftentatione futurae accufationis exorfus [i. e. exordium] eft. magna funt enim omnia; & FERO, & ALIA FLAGITIA, & INGENTIA, & quod εἰρωνικῶς, BONI ILLIUS ADOLESCENTIS, dicit. *Donatus.*

3. BONI ILLIUS &c.] Εἰρωνεία, quae femper amarius ponitur, quam criminatio manifefta. *Donatus.*

4. ECCE AUTEM!] ECCE dicitur, quum repente trifte aliquid rebus intervenit laetis, aut certe, quum aliud agitur, aliud emergit novum: ut *Virgilius* [Aen. II. 203.]
Ecce autem *gemini a Tenedo tranquilla per alta,*
Horrefco referens, immenfis orbibus angues.
Et [Aen. II. 403.]
Ecce *trahebatur paffis Priameia virgo*
Crinibus.
Et *Cicero* [Verr. V. 34.] Ecce autem *repente ebrio Cleomene, efurientibus caeteris,* &c. [Sc. *nuntiatur piratarum naves effe in portu Edisfae.*] Donatus.

5. NOVA.] Recentia an mira & magna? ut [Virg. Eccl. III. 86.]
Pollio & ipfe facit nova *carmina.* Donatus.
NOVA, inaudita, & fine exemplo horrenda. CAPITALIA, Supplicio capitis luenda. *Vefterhov.*

6. OHE! JAM.] Mff. & impreffi quidd. OHE JAM DESINE. quod repetitum videtur ex Heaut. V. 1. 6. *Vefterh.*

7. NESCIS, QUI VIR SIT.] Εἰρωνεία. nam VIR ad laudem fumi folet. ut alibi [fupra IV. 2. 25.] *Virum te judico.* Donatus.

8. SCIO ad negotii totius geftionem retulit, non ad illud quod ait, NESCIS, qui VIR SIT. *Donatus.* Voluit

De. [9] Ah ſtulte! tu de Pſaltria me [10] ſomnias
Agere: hoc peccatum in virginem eſt civem. *Mi.*
Scio.
De. Eho! ſcis & patere? *Mi.* Quidni patiar? *De.*
Dic mihi,
Non clamas? non [11] inſanis? *Mi.* Non. [12] malim
quidem.
De. [13] Puer natus eſt. *Mi.* Dî bene vortant! *De.*
[14] Virgo nihil habet.
Mi.

luit autem hac ſpecie confeſſionis iram Demeae mitigare; obſervante eodem Donato.

9. AH STULTE!] In aliis eſt OH STULTE; rurſus in aliis O STULTE. quod magis corripientis eſſe videtur. *Veſterhov.*

10. SOMNIAS.] Per errorem exiſtimas. Plaut. Pſeud. IV. 7. 91.

quid ſomniatis?

Idem alibi ſaepius. *Veſterh.* AGERE, loqui.

11. INSANIS?] Expoſtulas, debaccharis, convicia jacis. Sic, ſupra IV. 2. 22. & Phorm. IV. 3. 37. *Veſt.*

12. MALIM QUIDEM.] Sub. *Si fieri poſſet, aliter eſſe. Paraphraſtes Delph.* Sc. illud flagitium non eſſe factum. *Minell.* Non convenit inter Interpretes, utri haec verba ſint tribuenda, Demeaene, ac Micioni; illud maxime Guyetus, hoc Muretus defendit. Videntur autem omnino Micionis eſſe verba, cum quod lenis animi & minime irati indicium faciunt; tum quod mox verſu 19. roganti Demeae, PLACET TIBI FACTUM, MICIO? hic eodem ferè ſenſu reſpondet: NON, SI QUEAM MUTARE: &c. Quod idem jam ante dicturus erat, niſi àDemea interturbatus fuiſſet. Quum enim diceret, MALIM QUIDEM, additurus erat, MUTARE, SI QUEAM, ſed Demea ſermonem abrumpit. Rari Codices legunt, MI. NON MALUM. q. d. Ne malum quidem verbum unum propterea dico. *Veſterhov.*

13. DE. PUER NATUS EST. MI. DÎ BENE VORTANT!] Hic bono exemplo inducitur Micio iraſcentem juſtè Demeam leniter ferre:

quia

Mi. [15] Audivi. *De.* [16] Et ducenda indotata 'ſt? *Mi.* Scilicet.

De.

quia exanimato ob moerorem, non convenit inclementer ire obviam, quum poſſit in tempore objurgari, poſtquam deſtomachatus[nota. hoc verbum, in Lexicis vulgaribus, ſaltem hâc notione, non inveniundum.] fuerit. Et vide quam facete: quum ille, PUER NATUS EST, ad argumentum mali attulerit: hic ita reſpondit, quemadmodum ſolent illi, quibus puellam naſci metuentibus, nuntiatur puerum natum eſſe. nam in omnibus quae cupitè venerint [*cupita evenerint*. conjic. *Veſterb.*] DII BENE VORTANT, dici ſolet: quia ſaepe homines ea optaverunt, quae aliis [*Illis*. conj. *Veſt.*] aliter atque exſpectaverunt, contigiſſent. quam poteſtatem rerum vertentium ſemet in utramque partem, Vertumno Deo ſupereſſe [i. e. *ſuppetere*. Subeſſe, conjic. *Abr. Wieling.* Semper eſſe, conj. *Veſterh.* hic tamen malit legere; *Cui poteſtati — Vertumnum Deum ſupereſſe* &c. ut adeo *Supereſſe* notet praeeſſe. allegat autem Gell. I. 22. Ulp. l. 1. §. ult. ff. de Procurat. *Qui* rebus ſuis *ipſi* ſupereſſe *vel nolunt*, *vel non poſſunt*, *per alios agant*.], veteres exiſtimaverunt. *Donatus*.

14. VIRGO NIHIL HABET.] Vult rem ſine remedio videri: quia ſcit poſſe nuptiis finiri ſollicitudinem. Et vide amaritudinem Demeae contra omnes, ut nec virgini ipſi parcat. *Donatus*. Nihil divitiarum poſſidet. indotata eſt. Sic Eun. II. 3. 12. Curt. IV. 1. 25. Dicitur autem [hic] VIRGO, quae jam peperit. Sic Horat. Carm. II. 8. 21. ſeqq. Eaedem & *puellae* dictae. Horat. Carm. III. 22. 1. & 2. Ita Gellius XII. 1. puerperam vocat *puellam defeſſam labore*. Eadem ratione *Vitula* dicitur Virgilio, Ecl. III. 30. quae

Bis venit ad mulctram: binos alit ubere foetus. Veſt.

15. AUDIVI.] Ἀφελῶς & cum ἐξουθενισμῷ reſpondendum, quaſi leve ſit, quod admiſſum eſt. *Donatus*.

16. ET DUCENDA INDOTATA 'ST.] DUCENDA ſcilicet niſi damnandus ſit Aeſchi-

De. [17] Quid nunc futurum eſt? *Mi.* Id enim, quod res ipſa fert:
Illinc huc transferetur [18] virgo. *De.* O Juppiter! Iſtoc-

ſchinus. Et hoc verbum [ſive potius, Futurum participii paſſivi] neceſſitatis vim habet: ut [Virg. Aen. XI. 230.

pacem Trojano ab rege petendum. Donatus.

ET DUCENDA INDOTATA 'ST?] Mirum, id rogare Demeam, qui ipſe dixerat, peccatum eſſe in virginem civem, & puerum natum, ſciebatque Leges Atticas vel matrimonium jubere, vel necem ſtupratoris. Unde Lyconides, poſtquam conſtupraſſet Euclionis filiam, ita futurum ſocerum compellat apud Plautum, Aul. IV. 10. 62.

Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,
Ut mihi ignoſcas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent.

Niſi potius, monente Donato, ſine interrogatione pronunciandum. *Veſterbov.*

17. QUID NUNC FUTURUM EST?] More iraſcentium, quum ipſe ſciverit quid futurum ſit, Micionem interrogat. Et hujusmodi interrogatio ſecundum figuram ſuam non habet reſponſionem: ſed Micio ſic reſpondit, quaſi ſimpliciter inquirenti. *Donatus.* ENIM, certe. *Minell.*

18. *Virginem*, quae cum viro fuit, vocat. * *Virgilius* [Ecl. VI. 47. de Paſiphaë.] *Ah*, virgo *infelix*. Donatus. * Eadem ratione *virginem maritum* vocat Chryſol. qui bona ſua primum vendidit. Serm. CXLVIII. *Inducta virgo inducit virginem mox maritum.* Nam & *virginem puerum* dixere inveſtem, & a Venereo contractu [malim, *contactu*] liberum. Paulin. in Epit. Jul. & Tit.

Concordes animae caſto ſociantur amore
Virgo puer Chriſti, virgo puella Dei.

Marcell. Empiricus aliquotiens: apud quem & *Chartam virginem* legimus, cap. 8. quam Ulpianus l. 52. §. 4. ff. de leg. 3. *chartam puram* vocat. Martialis Lib. I. Epigr. 67. *virginem chartam*, non puram intelligit, ſed recens ſcriptam [quaſi, nullius viri manu contrectatam.]

 ſcri-

Iftoccine pacto [19] oportet? *Mi* Quid faciam amplius?
De. Quid facias? fi non ipfa [20] re iftuc tibi dolet:
[21] Simulare certe eft hominis. *Mi.* Quin jam virginem
[22] Defpondi: [23] res compofita 'ft: fiunt nuptiae:
[24] Demfi

fcrinioque fignatas
Cuftodit ipfe virginis *pater* chartae. *Lindenbrog.*

19. OPORTET.] fub. *fieri*, fc. nuptias fine dote. *Minell.*

20. IPSA RE &c.] Nunc *Rem* pro *veritate* pofuit. *Donatus.*

21. SIMULARE CERTE EST HOMINIS.] Non hoc dicit, quia hominis eft mentiri: fed quia faepe iracundiae fimulatio cuftodia difciplinae eft. *Donatus.* CERTE, faltem. SIMULARE, dolorem l. iram, fc. fuper Aefchini peccato, & nuptiis cum indotata.

22. *Defpondet* puellam qui petit: *fpondet* a quo petitur. * Recte ergo focer futurus, DESPONDI dixit. *Donatus.* * Haec ultima Donati videntur prioribus repugnare, nifi forte ad *focer* fubaudiamus *puellae.* Notat autem Vefterhovius ad And. I. 1. 75. Quod fponfio, vel quod perinde eft, ftipulatio, olim in nuptiis interceffferit faepe inter ipfas partes contrahentes. Unde Ulpianus dixit in *l. ult. §. ult. ff. de divort. Sibi uxorem defpondere.* Et Plaut. Trin. V. 2. 32.

Filiam meam tibi defponfatam
effe audio. LY. *Nifi tu nevis.*

Tum idem Plautus *defpondendi* verbo promifcue de filio & filia utitur. Quin & Nofter, Heaut. IV. 5. 31. & 36. & IV. 8. 26. & V. 1. 1. 18. Haec ille: at Donatus ibidem obfervat *Spondere* puellae patrem, *Defpondere* adolefcentis: id quod cum hoc loco amicè congruit.

23. RES COMPOSITA 'ST.] Omnis contentio placata. *Paraphraftes Delph.* Sic Hec. III. 5. 29. Phorm. IV. 3. 16. Plaut. Curc. V. 3. 23.

fi potiffum hoc inter vos
componere.

Virg. Ecl. III. 108. *Veft.*

[24] Demſi metum omnem. haec magis ſunt hominis.
De. Caeterum,
[25] Placet tibi factum, Micio? *Mi.* Non, ſi queam
Mutare: nunc, quum non queo, aequo animo
fero.
[26] *Ita vita 'ſt hominum*, [27] *quaſi, quum ludas teſſeris:*
Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit;
[28] *Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.*

24. Demsi metum omnem.] Nimirum ex ſtupro. Sic And. II. 2. 2. *Veſterhov.*

25. Placet tibi factum?] Formula expoſtulandi. Sic Eun. V. 2. 12. Plaut. Amph. I. 3. 16.
Herè veniſti, media nocte, nunc abis: hoccine placet? *Veſterhov.*

26. Ita vita 'st hominum, quasi &c.] In Alexidis Thurii ſententiis fertur & haec:
Τοιοῦτο τὸ ζῆν ἐστιν, ὥσπερ οἱ κύβοι.
Οὐ ταὔτ' ἀεὶ πίπτουσιν, οὐδὲ τῷ βίῳ
Ταὐτὸν διαμένει σχῆμα, μεταβολὰς δ' ἔχει.
Plutarchus in Libro περὶ τῆς Εὐθυμιας: Κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ ἃ πρόσφορα, καὶ βαλόντα χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. I. e. *Plato vitam teſſerarum ludo ſimilem fecit, in quo & jacere oportet utilia, & qui jecit, iis quae ceciderunt, recte uti.* Eodem reſpexit Cicero Fam. VIII. 12. *Quod melius caderet, nihil vidi.* Et Fam. XV. 1. *Quid caſurum ſit, incertum eſt.* De vi autem particulae Quasi vide Giſan. Ind. Lucret. v. *Quaſi.* Non diſſimilis ſententia Caeſaris, B. C. III. 73. *Si non omnia* caderent *ſecunda, fortunam eſſe induſtria ſublevandam.* Veſterhov.

27. Quasi quum ludas tesseris.] Rectum erat ſi diceret, *Ita vita eſt hominum, quemadmodum teſſeris ludere*, aut, *quemadmodum ludus eſt teſſerarum.* Nota ergo genus locutionis. *Donatus.*

De. [29] Correctōr! nempe tua arte viginti minae
Pro Psaltria periere: quae, quantum potest,
Aliquo [30] abjicienda est: si non pretio, [31] at gratiis.

Mi.

28. ILLUD QUOD CECIDIT FORTE, ID ARTE UT CORRIGAS.] Ars adhibenda pro fortuna. non enim si male jactus ceciderit, deferendus est ludus. Et FORTE nunc pro *Fortuna* intelligendum. *Donatus.* CORRIGAS. corrigere debeas, aut repetendum ex priori *Opus est.*

29. CORRECTOR!] Quia dixit, ARTE UT CORRIGAS. Sed moris est itatia ab ultimo verbo contradicentis incipere. *Donatus.* CORRECTOR!] Sarcasmus acerbus. Cic. Philipp. II. 17. *Quoniam criminibus ejus satis respondi, de ipso emendatore, & correctore nostro, quaedam dicenda sunt.* Et Orat. 56. *Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, immittit imprudens ipse Senarium.* Et pro Balbo, 8. *O praeclarum interpretem juris! auctorem antiquitatis, correctorem, atque emendatorem nostrae civitatis!* Ejusmodi porro est illud ejusdem Ciceronis in L. Pisonem, 8. *O noster misericors! quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus.* Vesterhov.

30. ABJICIENDA.] H. e. vili vendenda. Plaut. Mostell. III. 3. 2.

nunquam aedepol me scio
Vidisse usquam abjectas *aedes,*
nisi modò hasce.

Phaed. IV. 4. 42.

Agros abjiciet *moecha, ut*
ornatum paret.

Adi Gronov. Observ. III. 21. Facessat igitur & abigatur adeo Guyeti ABIGENDA. Idem *projicere* dixerunt. Cic. Fam. XIII. 9. *Sin eadem nos fortuna premet, etiamne reliquias tuas misera projicies?* Flor. II. 16. 6. *Quid signorum, quid vestium, quidve tabularum raptum incensum atque* projectum *est!* *Vesterhov.* Malim tamen hoc loco *alienanda* exponere, quoniam refertur etiam ad sequens GRATIIS; id autem quod *gratis* abalienatur, non venditur, ne vilissimô quidem pretiô.

31. AT GRATIIS.] Varia lectio: GRATIS; GRATIIS; AT GRATIS; VEL GRATIIS.

Mi. [32] Neque eſt, neque illam ſane ſtudeo vendere.
De. Quid igitur facies? *Mi.* Domi erit. *De.* Prô Divum fidem!
[33] Meretrix & materfamilias una in domo?
Mi. Cur non? *De.* Sanum te credis eſſe? *Mi.* Equidem arbitror.
De. Ita me Dî ament, ut video ego tuam [34] ineptiam, Facturum credo, ut habeas [35] quicum cantites.
Mi. Cur non? *De.* Et nova nupta eadem haec diſcet? *Mi.* Scilicet.
De. [36] Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. *Mi.* Probe.

32. NEQUE EST.] Haec vix habent, quo referantur, niſi diſtinguas inter τὸ *abjicere* & *vendere*, ut illud ſit vili, hoc juſto pretio vendere. q. d. Micio: Nulla ratione alienanda eſt Pſaltria, certe non abjicienda, neque, ſi maxime poſſim, eam juſto pretio velim vendere. *Veſterhov.* In ſcopulo verſatur Micio, in quo eligit ineptus potius videri, quam prodat Cteſiphonem patri. *Donatus.*

33. MERETRIX ET MATERFAMILIAS UNA IN DOMO?] Cic. Philipp. II. 41. *Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matresfamilias verſabantur.* Id vero ne fieret honeſtiores ſollicite cavebant. Unde Periphanes ſervo imperat apud Plautum, Epid. III. 3. 19.

cave ſiris cum filia mea
Copulari hanc; neque conſpicere: jam tenes?
In aediculam iſtanc ſeorſum concludi volo.
Divortunt mores virgini longe ac lupae. Veſterhov.

Adde Plauti Merc. II. 3. 69. ad 76.

34. INEPTIAM.] Amentiam. *Paraphraſtes Delph.* Ridiculam abſurditatem, ſ. potius levitatem.

35. QUICUM CANTITES.] Cum qua vocem cantando exerceas. *Paraphraſt. Delph.* Frequenter canas amatoria cantica & meretricia, more juvenum, cum jam ſis ſenex. *Minell.* QUI, pro *qua*.

De. [37] Probe? *Mi.* Et tu nobiſcum una, ſi opus ſit. *De.* Hei mihi! 35

[38] Non

36. TU INTER EAS RESTIM DUCTANS SALTABIS.] Luſus eſt natus ab eo fune, quo introductus equus Durius [Mſſ. & edd. veteres, *Ligneus*. Veſterhov.] in Trojam eſt, cum nexis manibus fune, chorum ducunt ſaltantes. Hoc a quibusdam dicitur, ſed ego puto, manu conſertos choros puellorum puellarumque cantantantes, *reſtim ducere* exiſtimari: & id maxime convenire ad exagitandam importunitatem ſenis, veluti pueros imitantis. Simul etiam quia iſte connexus manuum laſcivus ac petulans adimit diſcretionem conditionis, dignitatis, aetatis, inter meretricem, novam nuptam, & ſenem. *Donatus*. RESTIM DUCTANS SALTABIS.] Scilicet amatores ſaltando ſtudebant placere amicae. Plaut. Pſeud. V. 1. 27. ad 29. Daceria contendit, *Reſtim ducere* eos dictos, qui manibus invicem junctis longo ordine ſaltarent. Atque ita explicat verba Livii, XXVII. 37. *In foro pompa conſtitit, &* per manus reſte ducta [*data*, vulgo legitur. *Veſt.*] *virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantes, inceſſerunt*. Sed & Horat. Carm. II. 12. 18. & 19. ac Lucret. II. 629. ſeqq. Verum nullus horum locorum id ſatis evincit. Clariſſima ſunt Horatii verba, Epiſt. I. 10. 47.

Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique,
Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem.

Ubi vide Jac. Cruquium [& Geſnerum.] Et Plaut. Poen. Prol. 116.

Jamne hoc tenetis? ſi tenetis, ducite.
Cave dirumpatis.

Quod a ſpartea reſte ductum, quae tamdiu trahebatur, donec aut rumperetur, aut altero prelrenſionem funis omittente, alter in nates caderet, obſervant ſummi Viri, Joſ. Scaliger & J. Fr. Gronovius. Sed & mirum ni eo reſpexit Tertullianus. Ita ille de Pudic. *Sed non decet ultra de auctoritate Scripturae ejusmodi* funem contentioſum alterno ductu in diverſa diſtendere. *Veſterhov.*

In

[38] Non te haec pudent? *Mi.* Jam vero omitte, Demea,
[39] Tuam iſtanc iracundiam: atque, ita uti decet,
[40] Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis.
Ego [41] hos conveniam: poſt huc redeo. *De.* O Juppiter!
[42] Hanccine vitam! hoſcine mores! hanc dementiam!

In hoc ludo manibus funem tenentibus ſaltare ſolent. Choreae Princeps & praeſultor funem ducit, quem alii, eodem fune apprehenſo, praeeuntem ſequuntur. *Paraphraſtes Delph. Reſtim ductare*, idem videtur eſſe quod κόρδακα ἕλκειν Ariſtophani, id eſt, manibus nexos in orbem ſaltare. *Minell.*

37. De. Probe.] Haec a multis Mſſ. & Edd. antiquis abſunt, etiam ab edit. anni 1469. ſed defenduntur a Rivio & Faërno. Nihil autem cauſae eſſe videtur, quare Demea τὸ Probe repeteret magis, quam quod praeceſſit, Cur non? & Scilicet. *Veſterhov.*

38. Non te haec pudent?] Ἀρχαϊσμός. Veteres enim forma perſonali utebantur. Plaut, Caſ. V. 2. 3.
Ita nunc pudeo, *atque ita nunc paveo.* Veſt.

39. Tuam istanc dicendo, & ridiculam & ſupervacuam ſignificat. Et bene Iracundiam: nam *Ira* de cauſa eſt: *Iracundia* de vitio multum iraſcentis. *Donatus.*

40. Hilarum ac lubentem.] Plaut. Perſ. V. 1. 8. *Omnes* hilaros, lubentes,
laetificantes faciam ut fiant.
Ubi notat J. Gulielm. Lubentes convivii verbum eſſe proprium. Vide Parei Lexic. Plautin. v. *Lubentes.* Veſterhov. Hilarum.] Vetuſte, non *hilarem.* [&] bene addidit Lubentem: multi enim *hilares* ſe ſimulantes, non *lubentes* ſunt. *Donatus.* Lubentem, Facilem & benevolum. Fac, praebe, exhibe. *Minell.* Lubentem, animo alacri, & promto ad indulgendum laetitiae.

41. Hos.] Intelligit Aeſchinum & ejus ſponſam.

42.

* Uxor ſine dote veniet: intus Pſaltria eſt:
43 Domus ſumtuoſa: adoleſcens luxu perditus:
44 Senex delirans. 45 ipſa, ſi cupiat, Salus,

Ser-

42. Hanccine vitam! Hoscine mores! &c.] Ἐλλειπτικῶς omnia, utpote ſtomachoſe ſecum loquens. deeſt enim *Eſſe*, aut quid tale. *Donatus.*

* Uxor sine dote veniet.] Proprie. Plaut. Trin. II. 2. 93.

Ly. *Soror illi eſt adulta; virgo grandis: eam cupio, pater*
Ducere uxorem. Ph. Sine dote? Ly. Sine dote. Ph. *Uxorem?* Ly. *Ita.*
Aul. II. 2. 62.

Dummodo morata recte veniat, *dotata 'ſt ſatis.* Veſt.

43. Domus, id eſt homines [domeſtici.] *Donatus.* Familia. *Minell.* Poteſt tamen Domus hic metonymicè pro oeconomia ſumi.

44. Senex delirans.] Phorm. V. 8. 8. Cicero Catone, cap. 11. *Senilis ſtultitia, quae* deliratio *appellari ſolet, ſenum levium eſt, non omnium.* De origine vocis vide G. J. Voſſ. Etymolog. *Veſterhov.*

45. Ipsa si cupiat Salus, servare — non potest &c.] Σωματοποιΐα. *Plautus* [Aſin. II. 2. 2.] *Lubentiorem te faciam, quam ipſa lubentia eſt* [ſed legitur nunc:
Uti ego illos lubentiores faciam, quam lubentia 'ſt.
Veſterhov.]

Etenim ὑπερβολή eſt, Ipsa Salus &c. Hinc licet aeſtimare quantum & caloris [Mſſ. Hulſt. & Boend. cum nonnullis edd. antiqq. *coloris.* Veſterhov.] & gravitatis apud *Terentium* ſit, ad imitationem Caecilianam. Vide quantum creverit a ſuperioribus, ut ſic finiat. *Donatus.* Plaut. Ciſtell. IV. 2. 76. Capt. III. 3. 14. Moſtell. II. 1. 4.

Nec Salus nobis ſaluti jam eſſe, ſi cupiat, poteſt.

Sed & maxime ſanum & ſalvum Salute ſaniorem dicebant. Plaut. Truc. II. 2. 5. Cic. Verr. III. 57. *Ecquid judicium Romae tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo*

ex

Servare prorsus non potest hanc familiam.

ex judicio te ulla Salus servare posset? *Vesterbov*. SALUS, Dea salutis: quemadmodum *Concordia*, *Victoria*, *Pax* &c. Unde *Salutaris porta* Romae appellata est, ab hujus Deae aede quae ei proxima fuit. Colebatur autem *Salus* a Romanis non aliter, ac a Graecis ὑγίεια. Minell.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

SYRUS. DEMEA.

Sy. [1] AEDEPOL, Syrisce, [2] te curasti molliter,
[3] Lauteque munus administrasti tuum.

O o o o 5 [4] Abi!

1. AEDEPOL, SYRISCE.] *Hic exemplum inducitur licentiae servorum sub miti domino. Donatus*. SYRISCE.] Blanditur sibi [hoc diminutivo] servus plus potus. Ita qui *Lampadio* in Plauti Cistellaria, idem & *Lampadiscus* dicitur: & in Casina III. 6. 14. *Olympio* per adulationem *Olympiscus* dicitur. *Vesterbov*. *Syriscus* autem appellativè, est vas vimineum ad reponendas ficus; notante Paraphrasta Delph.

2. TE CURASTI MOLLITER.] Frequens Plauto *curandi* verbum in laetitiis [forte, *lautitiis*] & convivio. Stich. V. 3. 9.

amicos meos curabo *hic advenientes*.

Poen. III. 3. 80.

Ego id quaero hospitium, ubi ego curer mollius,
Quam regi Antiocho oculi curari solent.

Virg. IV. 187. De apibus:

Tum tecta petunt, tum corpora curant.

Aen. III. 511. Aen. IX. 557.

Quod super est, laeti bene gestis corpora rebus
Procurate *viri*.

Unde *Corporis cura* prandium

4 Abi! sed postquam intus sum omnium rerum satur,
5 Prodeambulare huc libitum est. *De*. illud sis 6
vide
7 Exemplum disciplinae! *Sy*. Ecce autem hic adest
Senex

um dicitur Suetonio, Domit. 16. Cicero passim ad valetudinem retulit, Livius ceterique Historici ad refectionem militum. *Vesterhov.* MOLLITER, Delicate. *Donatus.* TE CURASTI, Tractasti. *Minell.* Corpus fovisti. *Paraphrastes Delph.*

3. LAUTEQUE MUNUS &c.] Ut quicquid esset bellissimum, carperes, cyathosque sorbillares. Aut MUNUS servile, esse & bibere. *Donatus.* LAUTEQUE MUNUS ADMINISTRASTI TUUM.] Magnifice, tanquam de munere publico, quum intelligat de edendi & bibendi provincia. Sic Ergasilus apud Plautum, Capt. IV. 3. 7.

Nunc ibo in praefecturam, ut jus dicam larido;
Et quae pendent indemnatae pernae, eis auxilium ut feram.

Idem mox Demea, *Quasi re bene gesta*, vocat. *Vesterh.*

4. ABI.] Verbum vel sibi, vel alteri cum laudatione blandientis. nam sic dicunt, qui jam compotes sunt votorum omnium, perfectique in rebus universis. *Donatus.* Vide & supra IV. 2. 15. *Vesterhov.*

5. PRODEAMBULARE.] Nota duas praepositiones uni dictioni adjunctas. Ut [Virgil. Georg. III. 256.]

Pede prosubigit terram.

Et ἀμφιπεριϰρήνην [Videtur junctim protulisse, quae Homerus Iliad B. 305. divisim, ἀμφὶ περὶ ϰρήνην. quod in Scholiis simpliciter valet περὶ τὴν ϰρήνην. Vesterh.] Et, optime ad delicias exprimendas hoc verbum convenit. nam procedere segnem, *Prodeambulare* significat. nam *deambulare* etiam intus potuit. *Donatus.* Libri quidam Scripti & Impressi cum edit. 1469. legunt: PORRO DEAMBULARE. *Vesterhov.*

6. VIDE.] Ita solent stomachantes. Sic Phorm. II. 3. 11. *Vesterhov.*

7. EXEMPLUM DISCIPLINAE!] Quia unus ex multis re-

Senex noſter. [8] quid fit? quid tu es triſtis? *De.* [9] Oh! ſcelus.

Sy. [10] Ohe! jam. [11] tu verba hic fundis ſapientia?

De. [12] Tun'? ſi meus eſſes. *Sy.* Dis quidem eſſes, Demea,

Ac

reliquis. An quia ſenior, & nuper etiam paedagogus, ut ipſe ait, *Quem ego modo tantillum puerum in manibus geſtavi meis.* Donatus. EXEMPLUM DISCIPLINAE.] Syrum, quem quaſi exemplum, eo quod ſenior jam ſit, imitari debeant caeteri conſervi. Per ἀντίφρασιν ſignificat in totum jacere diſciplinam. *Minell.* Poſſit & ſenſus eſſe, in Syro eſſe exemplum & quaſi documentum perditae diſciplinae Micionis fratris ſui. q. d. Ab uno hoc diſcere omnes licet. *Veſterh.*

8. QUID FIT? QUID TU ES TRISTIS?] Mire ſecuritatem ebrii hic expreſſit. numquid enim pertimeſcit interventum ſenis, ut ſolebat, Syrus? aut quicquam praecavet? Subblanditur tantum, & ita rerum oblitus eſt, ut quum eum ſaevire ſciat, cauſam triſtitiae ejus inquirat. *Donatus.*

9. Mallem OHE! quomodo Libri quidam MSſ. & Impreſſi exhibent. Atque ita venuſtius inferetur mox a Syro alterum OHE. Sic plane Heaut. IV. 1. 9. In aliis utrobique eſt EHO. *Veſterhov.*

10. OHE! JAM. TU VERBA &c.] Ita diſtinxi, monente Faërno; ut ſenſus ſit: *Ohe! jam deſine.* Veſterhov.

11. TU VERBA FUNDIS HIC SAPIENTIA?] Utrum SAPIENTIA VERBA? an TU SAPIENTIA? quia dixit ſupra [III. 3. 40.], *Tu, quantus quantus es, nihil niſi ſapientia es.* FUNDIS.] Utrum ſine ulla ceſſatione profers? an *Perdis?* ſecundum illud [ſupra III. 3. 79. ſeq. ubi tamen paullo aliter legitur,] *Nam quid tu hic agas, Ubi, ſi quid boni praecipias, nemo obtemperat?* Donatus. Dacieriae Donatum ſequutae τὸ SAPIENTIA vocativus eſt. *Veſterhov.*

12. TUN'?] *Haec facias?* ſubaudiunt Paraphraſtes Delphini, & Minell.

Ac [13] tuam rem conſtabiliſſes. *De.* [14] Exemplum omnibus
Curarem ut eſſes. *Sy.* [15] Quamobrem? quid feci? *De.* Rogas?
[16] In ipſa turba, atque in [17] peccato maxumo,
[18] Quod vix ſedatum, ſatis eſt, [19] potaſti, ſcelus!

[20] Quaſi

13. TUAM REM CONSTABILISSES.] Plaut. Capt. II. 3. 92.
edepol rem *meam* Conſtabilivi.
Liv. IV. 49. *Qui agros ſedesque ac fortunas* ſtabilire *volunt.* Cic. Philipp. XI. 2. *Non ad ſpem* conſtituendae rei familiaris, *quam tenere eum poſſe negant, qui norunt.* Veſterhov. Res tua familiaris bene adminiſtraretur & augeretur, ſi tuus eſſem ſervus. *Minell.* Malim: *Tuam ſortem bono in loco conſtituiſſes, atque tutum te ab inopia praeſtitiſſes.*

14. EXEMPLUM OMNIBUS CURAREM UT ESSES.] Similis conſtructio Heaut. V. 1. 47. Id autem vult, Exemplum in te ederem, quod ceteris documento eſſet, quid ſit pericli herum fallere, gnatum perdere. Sic Eun. V. 5. 4. & 6. Phorm. IV. 4. 7. Liv. II. 5. *Secundum poenam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus* exemplum nobile *eſſet*, &c. *Veſterhov.*

15. QUAMOBREM? QUID FECI?] Nihil nunc in Syro niſi ſimplex & purum ob ebrietatem. Et vide QUAMOBREM? QUID FECI? dicere, non eſſe ſobrii Syri. *Donatus.*

16. IN IPSA TURBA.] Domi Micionis & Demeae orta ob raptum Pſaltriae & vitium oblatum Pamphilae. *Veſterhov.* Rerum perturbatione. *Paraphraſt. Delph.*

17. PECCATO MAXUMO, QUOD VIX SEDATUM SATIS EST.] Graviſſimo crimine, recenti adhuc vixque ſopito. *Paraphraſtes Delph.* Raptione Cithariſtriae. *Minell.*

18. QUOD VIX SEDATUM.] Quaecunque in motu ſunt, ubi ad priorem ſtatum reducuntur, proprie *ſedari* dicuntur. Sic Phaed. II. 5. 18. de aeſtuante humo, & volitante pulvere. Inde ad turbas, rixas, calamitates, bella

[20] Quasi ire bene gesta. *Sy.* Sane [21] nollem huc exitum.

bella passim refertur. *Vester buv.* Quod peccatum nondum pacatum, compositum est. *Minell.* Obscure & inepte; nam quid est *peccatum pacatum?* Subaudiam igitur ad τὸ Quod, non *peccatum*, sed *litigium*, *turbulentum negotium.* Paraphrastes Delphini videtur VIX ADHUC SEDATUM pro flagrante, recens commisso, cepisse, id quod nec vituperarim.

19. POTASTIS, SCELUS.] Non quod plus videt senex, quam objicitur oculis: sed oratorie, POTASTIS, dixit, quum unum ebrium cernat: propter illud quod ait, EXEMPLUM DISCIPLINAE. quasi in omnibus sit, quod in uno nunc aspicitur. *Virgilius* [Aen. II. 65.],

& crimine ab uno
Disce omnes. Donatus.

Ex Donati lectione & observatione satis se tuetur POTASTIS, nec magni sunt ponderis, quae contra id attulit Vesterhovius, sc. nihil audivisse senem de potatione conservorum Syri; &, si POTASTIS dixisset, addendum fuisse *Scelesti*, non SCELUS. At POTASTI longe superat numero Librorum Mss. & Edd. eôque meritò retinendum est.

20. QUASI RE BENE GESTA.] Quasi triumphans victoria reportatâ. *Paraphrast. Delph.* Scilicet quia dixerat Syrus, *Lauteque munus administrasti tuum*, reprehendit jactantiam servi. q. d. ita te effers, quasi re in provincia vel bello bene gesta triumphum duxeris, & magnifico epulo sis exceptus. Cic. Fam. X. 30. *Res bene gesta est.* Plaut. Amph. II. 2. 23.

re gesta bene
Victis hostibus, &c.

Virg. Aen. IX. 157.

Quod superest, laeti bene gestis *corpora* rebus
Procurate, viri.

Est enim *Rem gerere* proprie * cum hostibus confligere, & insignem aliquam victoriam ex iis referre. Horat. Epist. I. 17. 33.

Res gerere, *& captos ostendere civibus hostes;*
Attingit solium Jovis. Vest.

* Ita Sallust. Jug. LVIII. 4. *Metellus cum acerrume* rem gereret. Val. Max. II. 7. 10. *Cum apud Contrebiam*

am res gereretur, ɔ: dimicaretur. quo & referri possit illud Livii XXX. 2. *Viginti — legionibus, & centum sexaginta navibus longis* res Romana *eo anno* gesta, ɔ: belligeratum a Romanis. Quod autem Vesterhovius ex Minellio asserit, *Rem gerere* esse, victoriam ex hostibus referre, de eo quidem dubitem.

21. Nollem huc exitum.] Nonnulli Mss. & Edd. legunt: Nollem hunc exitum; ut τὸ Exitum nomen sit, media correpta. *Vesterh.* Servus egressionis serò poenitens, nec inveniens quid seni increpanti respondeat, hoc sibi loquitur.

ACTUS QUINTI
SCENA SECUNDA
DROMO. SYRUS. DEMEA.

Dr. [1] HEUS! Syre; rogat te [2] Ctesipho, ut [3] redeas. *Sy.* [4] Abi.
De. Quid Ctesiphonem hic [5] narrat? *Sy.* [6] Nihil.
De. Eho! carnufex;

Est

1. Heus!] Ex aedibus Micionis prospiciens, nondum egressus haec clamat Dromo. *Vest.* Quam clare dicat, ostenditur ex eo quod praemisit Heus, antequam loqueretur. *Donatus.*

2. Mire additum nomen est: quum aut sine hoc, aut per pronomen intelligi possit Ctesipho. *Donatus.*

3. Redeas dicendo, ostendit & illum inter pocula, a quo egressus est ebrius. *Donatus.*

4. Sensus est, Abi in malam rem, qui facis mentionem Ctesiphontis, praesente Demea. *Vesterhov.*

5. Nominat. *Minell.* De Ctesiphone loquitur. *Paraphrast. Delph.*

6. Nihil, pro *non*, sc. *narrabat Ctesiphonem.*

Eſt Cteſipho intus? *Sy*, Non eſt. *De.* Cur hic nominat?
Sy. Eſt [7] alius quidam, [8] paraſitaſter parvolus:
Noſtin'? *Mi.* [9] Jam ſcibo. *Sy.* [10] Quid agis? quo abis? *De.* Mitte me.
Sy. Noli inquam. *De.* [11] Non manum abſtines, maſtigia?

[12] An

7. Non alius Parasitaster, ſed alius Cteſipho, qui eſt paraſitaſter. Et bene non *Alter*, ſed Alius, quaſi non duo, ſed multi ſint Cteſiphones. Et hoc ſic pronuntiandum eſt, ut ſimul & quaerat, & dicat Nostin'? Quaſi ſycophanta nunc addidit Nostin': nam veteratoris eſt, etiam mentientem confidere. *Donatus.*

8. Parasitaster, imitator Paraſitorum. *Minell.* ſive tiro paraſitus, novitius & rudis in arte. Parvolus, ſtaturâ, aut aetate, aut etiam merè ad contemtum additum eſt. * Parvolus.] Petrus Victorius Var. Lect. XXXV. 18. ex Cod. Bemb. legit Paululus, idque miratur, Faërnum non animadvertiſſe, confirmans porro vocis uſum. Sed & magna Mſſ. pars ita legit, quorum duodecim laudat Guyetus. Infra V. 4. 22. eodem ſenſu, *paullo ſumtu.* Et Graeci μικρὸν dixere ὀλίγον. *Veſterhov.*

9. Jam scibo.] Haec cum ſtomacho dicit Demea, ſimul in aedes Micionis introrumpere parans. *Veſterhov.*

10. Quid agis? Quo abis?] Hoc jam ebrio convenit, non illi quem cognovimus Syrum, nam quod retinet ſenem, confeſſionis genus eſt. *Donatus.*

11. Non manum abstines &c.?] Etiam injeciſſe manum, ut teneret Demeam, ex ipſius verbis cernitur. *Donatus.* Ita attrectantes & blandiri volentes quaſi abigebantur. Plaut. Amph. III. 2. 22.

potin' es, ut abſtineas manum? *Veſterhov.*

Mastigia, improbe ſerve, verbero. Mastigia enim eſt ſervus, qui aut flagris caeditur, aut certe iisdem caedi dignus eſt: a μάστιξ fla-

An tibi jam mavis cerebrum diſpergi hic? *Sy.* Abit.

Aedepol commiſſatorem haud ſane commodum,

Praeſertim Cteſiphoni. quid ego nunc agam?

Niſi

flagrum. Minell. Sunt qui nominativum hujus vocis ſtatuant *Maſtigias*: Graecis ſane μαστιγίας eſt *flagrio, mancipium.*

12. An tibi jam mavis cerebrum dispergam hic?] Ut apparet, baculo minatur. *Donatus.* Cerebrum dispergi.] Ita eſt in omnibus Mſſ. & edd. antiquis. Faërno tamen Dispergam, quod eſt in Donato & Cod. Bemb. minacius videtur: cujus rei rationem non video. De re ipſa vide ſupra III. 2. 19. IV. 2. 32. & Eun. IV. 7. 33. *Veſterhov.*

13. Abiit.] Quia prohibere non potuit, demiſſo & deſperanti vultu, quid factum ſit, dicit, & abiiſſe Demeam pronuntiat. *Donatus.*

14. Aedepol comissatorem haud sane commodum.] Τῶ χλευασμῶ [Rob. Stephanus edidit τῶ ευφημισμῶ. Veſt.], tantum [i. e. *tam*] inopinatus ſupervenit, ut omnia ſic offendat, quemadmodum qui comiſſatum ingreditur: quia comiſſatoris eſt ſupervenire ad ſcortum, & vociferari aliquid in jocularem ſtrepitum. *Donatus.* *Comiſſatores* dicuntur, qui poſt coenam veniunt ad laetitiam & ad voluptatem. Ergo nunc [ſc. *dicit*] novum comisſatorem Cteſiphoni miſimus patrem, cujus rationem habeat [i. e. *quem ſuarum deliciarum faciat participem.*] Eugraph. Comissatorem.] De vocis origine vide G. J. Voſſ. Etymolog. Suidas; Κωμαστὴς, ὁ τρυφῶν μετ' ᾠδῆς ἀσελγοῦς. Heſych. Κωμαστὴς, ὁ τρυφῶν μετ' ᾠδῆς. Κωμαστοῦ, τοῦ κωμάζοντος τερπομένου μετ' ᾠδῆς. Κῶμοι, ἀσελγῆ ᾄσματα πορνικὰ, συμπόσια, ᾠδαί. Similis ſententia illa Menandri:

Ὁ σκληρὸς ἀνήρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων. Veſterhov.

15. Praesertim Ctesiphoni.] Bona exceptio, ut ap-

Niſi dum hae [16] ſileſcunt turbae, interea in angulum
Aliquo abeam, atque [17] edormiſcam hoc villi. [18] ſic agam.

apparent omnibus incommodum [ſc. *eſſe Demeam*], ſed praecipue Cteſiphoni. *Donatus.*

16. Hae silescunt turbae.] Non quae jam ſunt, ſed quae erunt. *Donatus.* Ita Plautus Mil. II. 6. 100.

Dum hae conſileſcunt turbae, *atque irae leniunt.* Veſt.

17. Edormiscam hoc villi.] Utrumque dixerunt, *Edormire* & *edormiſcere.* Plaut. Amph. II. 2. 65.

Dum edormiſcat *unum ſomnum.*

Rud. II. 7. 28.

Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiſcam *hanc crapulam.*

Ridicule de homine uvidis veſtibus, & mari ſuffuſo, ſalſisque poculis nimium invitato. *Veſterhov.* Hoc villi.] Ὑποκόρισμα eſt *vini:* ut *unus ullus*, *aſinus aſellus*, *vanus vallus* [Arbitror ſcripſiſſe Interpretem *vannus vallum.* Vide Varronem R. R. I. 52. & Voſſii Etymolog. *Veſt.*] *vinum villum.* Donatus. Edormiscam.] Per ſomnum decoquam. *Paraphraſtes Delph.*

18. Sic agam.] Ita ſolent poſt deliberationem, quod facere certum ſit, ſtatuentes. Cic. Fam. XIV. 4. ad Terentiam uxorem: *Quid nunc rogem te ut venias, mulierem aegram, & corpore & animo confectam? non rogem? ſine te igitur ſim? opinor* ſic agam. *Veſterhov.*

ACTUS QUINTI
SCENA TERTIA.
MICIO. DEMEA.

Mi. [1] PARATA a nobis ſunt, ut dixi, Soſtrata,
[2] Ubi vis. [3] quisnam a me pepulit tam graviter fores?

De.

1. PARATA A NOBIS SUNT.] De verbis abeuntis vult oſtendere Poëta, quam orationem cum Soſtrata habuerit ingreſſus Micio. — ITA UT DIXI dicendo, ſignificat ſe dixiſſe omnia. *Donatus.* PARATA SUNT, ſc. quae ad nuptias requiruntur. *Minell.* A NOBIS, Me & Aeſchino. Exiens ex aedibus Soſtratae haec illi inter diſcedendum loquitur Micio. ſtatuendum autem, ut comica ſibi conſtet veriſimilitudo, aedes Micionis & Soſtratae contiguas ſibi eſſe, aut certè tam vicinas, ut Micio inter dicendum haec, audire poſſit ſuas fores intus pulſari. Veſterhovius videtur errare, dum arbitratur, ſua domo egredientem Micionem haec loqui Soſtratae, quae intus maneat; Demeam autem pulſaſſe extrinſecus fores Micionis, (ſc. iſtius domus, in quam modò ante Scena praeced. intro ierat,) deinde pone eas ſtare, ne, cum aperiantur fores, in viam proturbetur. Haec placeant, cui poſſunt.

2. UBI VIS, Fiant nuptiae: vel quid tale, aut omiſit: aut dicturus hoc ipſum, audit vehementius fores eſſe pulſatas: & quod agebat, abjecit. *Donatus.* UBI VIS.] Sub. adduci filiam. *Veſterh.*

3. QUISNAM A ME PEPULIT.] A ME, modo, id eſt, *Meas.* TAM GRAVITER.] Quia irati omnia concite faciunt, quum pulſandae fores eſſent exituro foras Demeae, ſic eas pulſavit, ut & his ipſis iraſci videretur. *Donatus.* QUISNAM A ME PEPULIT &c.?] Guyetus intelligit de Demea e Micionis aedibus egrediente. ridiculum. qui enim

De. Hei mihi! [5] quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar?

[6] O coelum! o terra! o maria Neptuni! *Mi.* [7] Hem tibi!

enim illud sciebat Micio? [auditu, puto, sciebat.] aut, si viderat exeuntem, cur dixit, QUISNAM? [atqui non videbat, sed audiebat pulsantem intus, ut egressuri solebant.] *Vesterhov.* Donatum idem sensisse cum Guyeto, constat ex ejus nota & vereor ne Vesterhovius ipse hoc loco sit ridiculus.

5. QUID FACIAM? QUID AGAM?] Varro de L. L. V. subtilius distinguit inter *agere* & *facere.* unde confici queat, *agére* complecti tria, cogitare, dicere, facere. atque adeo *agere* quasi genus esse, *facere* speciem. quae distinctio non perpetuo obtinet. Ita nec perpetua distinctio inter πράττειν & ποιεῖν observatur. *Vest.*

6. O COELUM! O TERRA! O MARIA NEPTUNI!] In Aeschini peccato Micionem accusavit: in Ctesiphonis, elementa cum Diis omnibus ac toto mundo. Neptunus, quia medius sit inter coelum & inferos, dum utrimque regni particeps habetur, [Mss. & edd. vetusti, *particeps est*, *habetur elementorum* &c. *Vest.*]. elementorum omnium potior [*potitor* conjic. *Vest.*] nam ideo tridentem habet pro numero trium: elementorum ut apud *Virgilium* idcirco dicit [Aen. I. 133.]

Jam coelum terramque meo sine numine, venti, Miscere!

In haec enim tria rerum natura dividitur. ut *Virgilius*, [Videtur e memória laudasse versum Aen. I. 62.

Ni faciat, maria ac terras, &c. *Vesterhov.*]

Principio maria ac terras, coelumque profundum.

Et per hoc totum mundum accusavit. O COELUM! O TERRA! O MARIA NEPTUNI!] Utrum Deos elementa vocavit, quod Diis quoque irascitur, qui in iis commorantur, ut dolentes solent? An quia Deos esse non putat, ideo haec omnia Neptuni dicit: quasi dicturus esset, *Neptunia fiant:*

Rescivit [8] omnem rem, id nunc clamat [9] scilicet: Paratae lites: [10] succurrendum 'st. *De.* Eccum adest [11] Communis corruptela nostrûm liberûm.

[12] *Mi.*

fiant: nisi intercederet persona Micionis: quem videns ad aliud conversus, desiit diluvium & interitum rebus optare, objecto fratre, cui maxime irascitur, & propter quem detestabatur omnia. Tale est apud *Virgilium* [Ecl. VIII. 58.]
Omnia vel medium fiant mare.
An omnia accusat, ut indignantes solent? Ut, [*Virg.* Aen. II. 745.]
Quem non incusavi amens, hominumque, Deorumque?
Et ut [Virg. Ecl. V. 23.]
Atque Deos atque astra vocat crudelia mater. Donatus.
Sic Plaut. Trin. IV. 3. 63.
mare, terra, coelum, Di vostram fidem!
Horat. Epod. XVII. 30.
Quid amplius vis? ô mare! ô terra! ardeo. Vesterh.

7. HEM TIBI !] τῶ ἰδιωτισμῶ TIBI; nulli enim Micio loquitur. *Donatus.*

8. OMNEM REM.] Psaltriam non Aeschini, sed Ctesiphonis esse amicam. id vero usque adhuc ignorabat Demea. *Vesterhov.*

9. SCILICET.] Magna Mss. & editorum pars Ilicet legunt. Sed & ita Donatus, & Servius ad Virg. Aen. II. 424. Guyetus in Scholiis Mss. ita: ILICET *autem hoc sensu de iis rebus dictum videtur, quae temporis momento aut eripiuntur nobis, aut elabuntur; vel de iis, quae subito erumpunt, ut torrentes. a foro autem metaphora. ubi enim lictor* ILICET *dixit, i. e. ire licet, ilico omnes, qua data porta, ruunt, & cum murmure dilabuntur.* Vesterhov. Si legatur ILICET, referendum est ad sequentia, & colon, quod nunc postponitur voculae, eidem anteponendum.

10. SUCCURRENDUM 'ST.] Ctesiphoni scilicet. *Donatus.* Cui lites paratae a Demea; & qui vix subsistet, nisi opem ei tulero. metaphora a militia translata. *Vesterhov.*

11. COMMUNIS CORRUPTELA NOSTRUM &c.] Qui communiter ambos corruperit. *Donatus.* Sic Eun. I. 1. 34. Plaut. Asin. V. 2. 17.
Is apud scortum corruptela est liberis, lustris studet.

Mi. [12] Tandem reprime iracundiam, atque [13] ad te redi.

De. [14] Repressi: redii: mitto maledicta omnia:
[15] Rem ipsam putemus. * dictum hoc inter nos fuit;

Pppp 3 Ex

Ita lego. Heinsius *corruptelae* tuetur. *Vesterh.*

12. TANDEM REPRIME IRACUNDIAM.] Mire. quia reprehendere nequit irascentem, nimietatem reprehendit irati. Et *Ira*, de causa est: *Iracundia*, de moribus. *Donatus.*

13. AD TE REDI.] Vide ad Heaut. V. 1. 48. *Vest.* AD TE REDI.] Quia *ira*, ab eo quod est *Ire* dicitur, quod a se eat, qui irascitur & furit. Et, AD TE REDI, proprie dixit. *Virgilius* [Georg. IV. 443. de Proteo, suam formam recipiente.]

Verum, ubi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit.

Et *Cicero* [in Q. Caecil. Divinat. 17. *Vest.*]: *Redit ad se, atque ad mores suos.* Donatus.

14. REPRESSI, REDII.] Non quid dicatur, sed quo gestu dicatur, specta: & videbis neque adhuc repressisse iracundiam, neque ad se rediisse Demeam. sed quam mira est atque perspicua moralitas, in hujusmodi rebus, apparet. *Donatus.*

15. REM IPSAM PUTEMUS.] Videtur paulo citius destomachatus, quam res etiam incertae poscebant. Sed & hoc morale: nam justè irati, omissa saevitia, ad ratiocinationes saepe festinant. Et praeterea istud accedit, quod non invenit jam quod condigne dicat: simul etiam quod increpitus est a fratre, quod apud se jam non sit, per iracundiam vehementem. PUTEMUS.] Tractemus, purgemus. nam & hinc *putamina*, purgamenta dicta sunt. *Putare* proprie, est falsa & cassa a veris & utilibus resecare. unde arborum purgatores, *putatores* dicuntur. Et REM, caussam ipsam litis ostendit. *Donatus.* PUTEMUS.] Expendamus, aestimemus. Metaphora a calculis & rationibus deducta. Virg. Aen. VI. 332. *Multa* putans, &c. *Vest.*

Ex te [16] adeo eſt ortum, ne tu curares meum,
[17] Neve ego tuum? reſponde. *Mi*. [18] Factum 'ſt, non nego.
De. Cur nunc apud te potat? cur [19] recipis meum?
[20] Cur emis amicam, Micio? [21] nam qui minus
Mihi idem jus aequom 'ſt eſſe, [22] quod mecum 'ſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
Mi. Non aequom dicis; [23] non. nam vetus verbum hoc quidem eſt:

[24] *Com-*

* DICTUM — FUIT.] Pactum eſt, convenit, conſtitutum eſt.

16. ADEO, & quidem, EX TE EST ORTUM, profectum, ſc. pactum iſtud: ɔ: tu id prior propoſuiſti, tu caput & auctor ei fuiſti. Veſterhovius autem ſtatuit illa, EX TE — ORTUM, parentheſis naturam habere.

17. NEVE EGO TUUM?] Niſi interrogationem haec verba habere dicas, multum ex emphaſi peribit. Sed & τὸ RESPONDE id evincit. *Veſterhov.*

18. FACTUM 'ST.] Apparet, Micionem invitum quidem fateri, ſed facere contemnere objecta. *Donat.* FACTUM.] Formula reſpondendi. Sic Eun. V. 2. 12. *Veſterhov.*

19. RECIPIS.] Vide ad Hec. V. 1. 16. *Veſterh.*

20. CUR EMIS AMICAM, MICIO?] Inclamatio iſta nominis, magnam invidiam ſignificat. Ut [ſupra II. 1. 21.]

Regnumne, Aeſchine, hic poſſides?

Et [Virg. Aen. XI. 362.],

pacem te poſcimus omnes, Turne. Donatus.

21. MSſ. quidam & editi poſt an. 1469. NUMQUID. Alii cum Donato, NUM QUI. *Veſterhov.* Putat quidem Donatus aut NUM, aut QUI abundare: ſed nihil abundabit, ſi τὸ QUI pro *ulla ratione* capiamus.

22. QUOD MECUM 'ST &c.] Pauci Libri praeferunt, QUAM QUOD &c. *Veſterhov.*

23.

[24] *Communia esse amicorum inter se omnia.*
De. [25] Facete! nunc demum istaec nata oratio est.

 Mi.

23. Non.] Confidenter Non repetivit, non habens rationem quam subjiceret: nisi illi proverbium venisset in mentem. Nam quia se videt in malam causam incidisse, totum vernaliter & facete agit: & subjicit aequitatem, ubi justo se tueri non potest. Quod tamen a Demea statim convincitur, dicendo, Nunc demum istaec nata oratio, ut ostendat illum perturbatum contraria protulisse dictis suis superioribus. *Donatus.* Non —; non.] Vehemens negatio. Catull. Carm. XIV. 16.

Non, non *hoc tibi*, *salse*, *sic abibit.*

In quibusdam Codd. est: Mi. Non aequum dicis. De. Non? Mi. Nam vetus &c. *Vesterb.*

24. Communia esse amicorum inter se omnia.] Inter Pythagoreos ortum dicitur. *Donatus.* Malchus de Pythagora: Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος. Hieronym. advers. Ruffin. *Pythagorica & illa praecepta sunt*, Amicorum omnia sunt communia. *Lindenbrog.* Menander ἐν τοῖς Ἀδελφοῖς:

Τὰ τῶν φίλων κοιν', οὐ μόνον τὰ χρήματα,
Καὶ νοῦ δὲ καὶ φρονήσεως κοινωνία.

Citat Suidas in Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Unde constat *vetus esse verbum*. Cic. Off. I. 16. *Ut in Graecorum proverbio est:* Amicorum esse omnia communia. Idem de Legib. I. 12. Unde est illa Pythagorea vox: Τὰ τῶν φίλων κοινά. καὶ φιλίαν ἰσότητα. *Vesterhov.* Haec de communione inter amicos. at de communione bonorum inter fratres habetur elegans proverbium in Vita Gislii Sursonii: Saman et brædra eign best ad siá ɔ: *Fratrum facultates in uno loco (indivisas) videre jucundissimum est.*

25. Facete! nunc demum istaec nata &c.] Alii

Mi. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.
Principio, [26] si id te mordet, sumtum filii
Quem faciunt, [27] quaeso facito haec tecum cogites:
Tu * illos duos olim [28] pro re tollebas tua,
Et me tum uxorem credidisti, scilicet,

Ductu-

lii totum jungunt [ut sit, *Facete nunc demum* &c.]: alii separant. Et bene NATA EST: nam sic dicimus de repentinis. *Donatus.* FACETE! festivè. ironia. Sic Phorm. II. 3. 64. *Ha, ha, he! homo suavis.* NUNC DEMUM &c.] Nam antehac Micio bonorum proprietatem asseruerat, Aeschinum quem adoptaverat sibi soli vindicans. Hanc ergo tam repentinam in eo nunc demum extitisse sententiae mutationem, falsè deridet frater.

26. ID TE MORDET.] Sic Graeci quoque, Τȣ̃τ' ἐμὲ δάκνει. Lindenbrog. Sic Eun. III. 1. 21. & 55. *Vesterhov.* SI ID TE MORDET, SUMTUM FILII QUEM FACIUNT.] Figurativa locutio est: ut [Eun. IV. 3. 11.] *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!* Donat.

27. Modo objurgatorium est QUAESO. *Donatus.*

* ILLOS DUOS.] Servius ad Virgil. Aen. XI. 285. ILLOS DUO legit; quod & Pierius & Cerda firmant, variis exemplis hanc declinationem Graecissantem adstruentes. Idem in AMBO accidit. Vide Parei Lexic. Plautin. *Vesterhov.*

28. PRO RE TOLLEBAS TUA.] Pro patrimonii qualitate. *Donatus.* TOLLEBAS.] In quibusdam Libris est TOLERABAS [quod Minellius rectè exponit, *alebas & sustentabas.*] Existimatque Faërnus, TOLLEBAS de filiis adultis proprie non dici. Caes. B. G. VII. 77. *Eorum corporibus, qui aetate inutiles ad bellum videbantur, vitam* toleraverunt. *Vesterb.* Ita etiam Tacit. Annal. II. 24. 2. *Miles — fame absumptus, nisi quos corpora equorum eodem elisa* toleraverant. Non tamen est ut vituperetur TOLLEBAS, cum sit figurata dictio antecedentis pro consequente, pueri enim recens editi de terra tollebantur, ut educarentur.

Dulturum: [29] eandem illam rationem antiquam obtine:
[30] Conserva, quaere, parce; fac quam plurimum
Illis relinquas; gloriam tu istam obtine.
Mea, quae praeter spem evenere, [31] utantur sine.
[32] De summa nihil decedet: [33] quod hinc accesserit,
[34] Id de lucro putato esse omne. haec si voles
In animo vere cogitare, Demea,
Et mihi, & tibi, & illis demseris molestiam.
De. [35] Mitto rem: [36] consuetudinem ipsorum. *Mi.* [37] Mane:

29. EANDEM ILLAM RATIONEM ANTIQUAM OBTINE.] Sic And. IV. 5. 22. Magna autem Mss. pars, sed & editi quidam praecipui post an. 1469. TIBI OBTINE, legunt. *Vesterb.* RATIONEM ANTIQUAM, pristinum tuum studium, seu vitae institutum.

30. CONSERVA, QUAERE, PARCE.] Hoc sic pronuntiandum, ut appareat hanc ipsam voluptatem displicere Micioni. CONSERVA Parta. QUAERE Nova. PARCE omnibus. *Donatus.*

31. UTANTUR SINE.] Aut deest *His*, ut sit *His utantur:* aut *mea utantur*, antiqua locutio est. *Donatus.*

32. DE SUMMA.] Rei tuae scilicet. *Donatus.*

33. QUOD HINC ACCESSERIT.] Δεικτικῶς, h. e. a me. Et vim habet ACCESSERIT oppositam τῷ DECEDET. q. d. Quod a me accesserit ad tuos reditus, quibus tu tollere solebas filios ambos. *Vesterhov.*

34. ID DE LUCRO PUTATO ESSE OMNE.] Elegans formula. Cic. Fam. IX. 17. De lucro *prope jam quadriennium vivimus.* Horat. Carm. I. 9. 14.

Quem fors dierum cumque dabit, lucro
Adpone.

Vide Phorm. II. 1. 16. Hec. III. 1. 7. *Vesterh.* Id omne tanquam lucrum inopinatum te invenisse existima. *Paraphrastes Delph.*

35. MITTO REM.] Pecuniam. *Donatus.*

36. CONSUETUDINEM IPSORUM.] *Loquor*, aut quid tale

Scio: [38] istuc ibam. [39] multa in homine, Demea, 35
Signa.

tale subaudiendum. *Donatus.* Sub. Mihi vide. Intelligit autem consuetudinem cum Psaltria. Sed & aegre fert consuetudinem Clitiphonis cum Aeschino. unde Clitiphonem recipi non vult a Micione. *Vesterhov.* Paraphrastes Delphini intelligit *pravam vitae rationem.* cui accedo, cum praesertim Donatus idem sensisse videatur, & totum responsum Micionis de moribus filiorum agat.

37. MANE: SCIO: ISTUC IBAM.] Moralis & faceta correptio, continens in se latenter blandimentum, quo deliniatur auditor. *Donatus.* SCIO, intelligo, quid velis dicere. ISTUC IBAM, Volebam istuc dicere. *Murell.*

38. ISTUC IBAM.] Vide ad Eun. I. 2. 44. & 75. *Vesterhov.*

39. MULTA IN HOMINE DEMEA SIGNA INSUNT.] *Obscurissimum sensum & re & verbis* Donatus vocat. Et sane totus hic Micionis sermo parum cohaeret. Ubi enim dixisset, MULTA IN HOMINE, DEMEA, SIGNA INSUNT, EX QUIBUS CONJECTU A FACILE FIT, suspendit sermonem, neque addit, quod addendum erat. Illa autem, QUAE EGO ILLIS INESSE VIDEO, quid sibi velint, non video. Et si vel maxime SIGNA intelligas filiis INESSE, quae illa SIGNA? aut cujus rei? Infert tamen Micio, UT CONFIDAM FORE ITA UT VOLUMUS. Retulerim igitur ad artificium Poëtae, Micionem & veris rationibus argumentisque pro illa filiorum vita destitutum, & nihilominus Demeam in suam sententiam pertrahere studentem potius quidquid dicere, & verba sine sensu velle fundere, quam committere, se saevidicis dictis a Demea protelari. Idem accidit Alcesimarcho Plautino, Cistell. II. 1. *Vesterhov.* Ista autem obscura, sive potius confusa & hiulca, oratio, incipiens ab hisce verbis, MULTA IN HOMINE &c., extenditur usque ad illa versu 40. QUAE EGO ESSE IN ILLIS VIDEO, quae plausibiliter satis explicatur a Farnabio hunc in modum: *Homini intelligenti facile est de vita & moribus adolescentum aestimare animum ipsorum & ingenium.* adeo

Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit;
40 Duo quum idem faciunt, saepe, ut possis 41 dicere,

Hoc

adeo etiam, ut cum duo idem facere videntur, dicat tamen peritus rerum aestimator, hoc licet huic impune facere, *qui sc. liberali ingenio praeditus est, nec facile corrumpi potest.* illi non licet, *quippe qui per naturae improbitatem obsequio abutitur. sequitur hypotesis*, Quae ego esse in illis video, *&c.*

40. Duo quum idem faciunt.] Obscure locutus est, quum hic sit sensus: Duo *idem faciunt, quorum uni licet facere, alteri non licet.* Donatus. Hoc cum praecedenti jungit Paraphrastes Delphini, & sic exponit: *Ex quibus conjicere possumus, cum duo eandem rem faciunt, uni nocituram eam esse, non alteri; adeo ut quis dicere possit, huic licet sine periculo damni id agere, illi* &c. Malim Hysterologiam statuere, & sic in ordinem redigere: *Saepe ut possis dicere, quum duo idem faciunt..* * Duo quum idem faciunt.] Videtur tangere iniquitatem judicum, & προσωποληψίαν, Unde Anacharsis leges Solonis aranearum telis similes esse dixit, in quibus adhaereant muscae, majores volucres non item. Qui sensus verborum sine sensu prolatorum siminus placet, possit respici ingenii & indolis diversitas, qua fit, ut hujus mores placeant, alterius sint odio. Confer Fabulam de catello & asino domino adblandientibus, quae est in Append. Fab. Phaedri, X. Nihil quoque frequentius in duorum procorum ambitu urbanis tincto salibus. Non valde diversum est illud Juvenalis XIII. 104.

Committunt eadem diverso crimina fato.
Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema. Vest.

41. Dicere posuit, pro intelligere & scire: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. ut, [Phorm. III. 2. 8.] *Foeneratum istuc beneficium pulcre tibi* dices. Et [supra II. 2. 43.] *Memorem me* dices *esse & gratum.* Donatus.

Hoc licet [42] impune facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit, sed [43] quod is, qui facit.
[44] Quae ego illis inesse video, ut confidam [45] fore
Ita ut volumus. [46] video sapere, intelligere, [47] in loco
Vereri, [48] inter se amare: [49] scire est liberum
In-

42. Sine punitione & reprehensione. *Minell.*

43. QUOD IS, QUI FACIT.] Dissimili ingenio sit. *Minell.*

44. QUAE EGO ESSE IN ILLIS VIDEO.] Ordo & sensus hic est. *Multa in homine, Demea, signa insunt, ex quibus conjectura facile fit: quae ego illis inesse video, ut confidam fore ita ut volumus.* Donatus. QUAE &c.] Signa praedicta inhaerentia homini, ex quibus mores futuri possunt conjectari. *Minell.* ILLIS INESSE.] Mss. quidam & editi post an. 1469. IN ILLIS ESSE. *Vesterhov.*

45. FORE ITA, UT VOLUMUS.] Nostris votis in posterum suis probatis moribus responsuros [filios.] *Minell.*

46. VIDEO SAPERE.] Enumerat signa. INTELLIGERE, quid faciant in rem suam. *Minell.* SAPERE, sapientes esse.

47. IN LOCO.] Ubi est opus & opportunum. *Minell.* Ubi res & tempus id postulant. * VERERI, Verecundos esse, & modestos. *Paraphrast. Delph.*

48. INTER SE AMARE.] Cito [i. e. *compendiose*] dixit INTER SE: quod est, quum alter alterum invicem amat. *Donatus.* Sic Plaut. Capt. II. 3. 60.
Videas corde amare inter se.
Cicero ad Q. Fr. III. 3. *Valent pueri, studiosè discunt, — & nos, &* inter se amant. *Vesterhov.*

49. SCIRE EST.] EST, pro licet, per Hellenismum. Virgil. Georg. IV. 447.
neque est te fallere *cuiquam.*
Tacit. Annal. XVI. 34. 3. *Ut* conjectare erat *intentione vultus.* Porrò LIBERUM, liberale, & INGENIUM ATQUE ANIMUM abundanter posuit amplificandi causâ, cum unum sufficeret; nisi statuamus

Ingenium, atque animum. [50] quovis illos tu die
Reducas. [51] at enim metuas, ne [52] ab re sint tamen
Omissiores paullo. [53] ô noster Demea,
[54] Ad omnia alia aetate sapimus rectius.
Solum unum hoc vitium senectus adfert hominibus,
[55] *Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:*
[56] Quod

mus Hendyadyn Figuram pro eo quod est, *Ingenium animi* ɔ: naturam.

50. QUOVIS ILLOS TU DIE REDUCAS.] Revocare possis in bonam vitae viam illos filios, quandocunque libuerit tibi: non enim in malis pertinaces sunt. *Minell.*

51. AT ENIM METUAS.] Certe possis metuere. Occupatio, qua occurritur argumento, quod Demea objicere poterat, nempe interim perire rem familiarem, dum eis convivia & amores concedantur. *Minell.*

52. AB RE SINT TAMEM PAULLO OMISSIORES.] Vide Heaut. V. 2. 9. *Vesterhov.* OMISSIORES.] Ἀνημένοι, ἀνετώτεροι, negligentiores. *Donatus.* AB RE, circa rem (familiarem) sc. conservandam.

53. O NOSTER DEMEA.] Blanda & cum quodam complexu ejus, qui reprehenditur, incusatio, & de more sublata [i. e. *sumta.*] Et sic hoc dixit, tanquam dicturus esset, *Multa te latent, simplex homo es.* nam hujusmodi sententia latenter quandam dicentis auctoritatem fiduciamque designat. *Donatus.*

54. AD OMNIA ALIA AETATE SAPIMUS RECTIUS.] Praeterquam ad avaritiam. Et per hoc, quod optas liberis, vitium senectutis est. *Donatus.* Menander:

Εἰ τ' ἄλλ' ἀφαιρεῖν ὁ πολὺς εἴωθεν χρονός
Ἡμῶν τὸ γε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ.

Citat Stobaeus, Tit. CXVI. *Vesterhov.* AD, pro, quod attinet ad, s. simpliciter, in aliis rebus. AETATE, sc. multâ, ɔ: senectâ; nam haec *aetas* dicta antiquis est, κατ' ἐξοχήν. Symmach. Epist. III. 13. *Nec Achilli excusavit aetatis suae frigus Phoenix monitor.*

55.

[56] Quod illos sat aetas acuet. *De.* [57] Ne nimium modo

[58] Bonae

55. Attentiores sumus ad rem omnes &c.] Proprie attentiores reddidit *omissioribus*. Donatus. Sic infra V. 8. 31. Cicero Fam. IX. 16. *Cum rem habebas, quaesticulis te faciebam* attentiorem. Horat. Epist. I. 7. 91.

Durus, ait, Vultei, nimis attentus*que videris*.

Senum avaritiam exagitat Cicero de Senect. 18. *Vesterhov.* Diligentiores & magis anxii ad divitias comparandas [& servandas] nos omnes senes sumus, quam aequum est. *Minell.* Lampridius in Alexand. Severo 43. Ad *aurum* colligendum attentus. convenit Island. Aðsiáll, quô tamen per Charientismum designatur *pecuniae tenax*, non autem *pecuniae avidus*, seu *avarus*.

56. Quod illos sat aetas acuet.] H. e. Hortabitur, urgebit, stimulabit. Cicero pro Rosc. Amer. 38. *Illum* acuere, *hos — fallere: illum ident..iem monere, ut caveret*. Virg. Georg. I. 123.

curis acuens *mortalia corda*.

Metaphora a cote. Cic. Off. III. 1. *Duae res, quae languorem afferunt caeteris, illum* acuebant, *otium & solitudo*. Vesterhov. Quod, Ad quod. *Paraphrast. Delph.* & *Minell.*

57. Ne nimium modo bonae tuae istae nos rationes, — Et tuus iste — subvortit.] Si Nae, valde, Subvortit infra legendum est: Si Ne, pro non, conjunctio est. & Subvortat legendum, ita ut subaudiatur *Timeo*, vel aliquid tale. Et tuae & istae quod ait, significationem habent nulliusmodi rationem & ineptam [*rationum — ineptarum*, conjic. *Vest.*]: nam apparet non eas probari ab eo, qui sic loquitur, ut supra. *Jam vero omitte, Demea, istam tuam iracundiam*. Donatus. Ne — subvortant.] Ita legunt tres MSS. Leid. & tres Pall. laudante Pareo, item Edd. melioris notae. Rob. Stephanus, Pulmannus, Plantinus ediderunt: Nae — subvortit. *Vesterhov*. Nimium refero ad Bonae, & or-

[58] Bonae tuae istae nos rationes, Micio,
Et tuus iste animus [59] aequus subvortant. *Mi.* Tace:
Non fiet. mitte jam istaec: [61] da te hodie mihi:
[62] Exporge frontem. *De* [63] Scilicet, ita tempus fert:

Fa-

ordinem constituo: *Modo ne nimium bonae.* Minellius ante Modo, supplet *Vide.*

58. Bonae rationes, pulchrae, praeclarae sententiae, seu pulcra tua ratiocinia. ironice.

59. Aequus, mitis & facilis. *Paraphrastes Delph.* Subvortant, perdant. *Idem.*

60. Tace nunc pro ευφημισμῶ positum est: quasi diceret, Non subvertet. ne dixeris, quod mali ominis verbum est. *Donatus.*

61. Da te hodie mihi.] Accommoda te ipsum voluntati meae. nam ad animum transtulit, quod est corporis. Da te hodie mihi.] Si non vis, inquit, propter te: vel propter me mitis esto. *Donatus.* Plaut. Asin. V. 1. 21.

Quin te *ergo hilarem* das mihi?

E Sophoclis Philocteta adscripserat suo Codici Gerard. Falkenburgius: Δός μοι σεαυτόν. Versus est 84. Vide Eun. III. 3. 10. *Vest.*

62. Exporge frontem.] Quia *contrahi* in verbo [*contrario verbo*, vel, *a severo*, conjic. *Vest.* Credo scripsisse Grammaticum *inversò* adverbialiter, i. e. e contrario.] dicitur. Et verbo isto ostenditur, quanto conatu opus sit, ad explicandam tantam contractionem senectutis ac severitatis. *Donatus.* Homines tristes & saevi contrahere frontem dicuntur, quod *caperare* dixit Plautus, seu à caprorum frontibus crispis, seu a cornuum caprinorum similitudine. Hoc Festo, illud Nonio videtur. Quorum igitur vultus mutaretur ad serenitatem, *porrigere* & *exporrigere* frontem dicebantur. Plaut. Cas. II. 4. 3.

Primum ego te porrectiore fronte *loqui mecum volo.*

Quod Horatius Epist. I. 18. 94.

Deme

Faciundum eſt, caeterum rus cras cum filio
[64] Cum primo lucu [65] ibo hinc. *Mi.* Immo [66] de
noĉte cenſeo:
Hodie modo [67] hilarum fac te. *De.* [68] Et iſtam
Pſaltriam

Una

Deme ſupercilio nubem. Dixit. *Veſterhov.*

63. SCILICET ITA TEMPUS FERT: FACIUNDUM EST.] Ita ſolent, qui poſt longam altercationem vinci ſe patiuntur. Sic Eun. I. 2. 105. *Veſterhov.* FACIUNDUM EST.] Satis mire: tanquam neceſſitate cogatur ad gaudendum agreſtis ſenex μισοκαλήμερος [i. e. *oſor feſtivitatis.* Ita autem lepide correxit Veſterhovius monſtrum illud Graeci vocabuli, quod hic in Donato bis legebatur.] *Donatus.*

64. CUM PRIMO LUCU.] Veteres dicebant *lucum* pro *luce*, pro ſole ponentes. Ergo CUM PRIMO LUCU, quum primum ſol coeperit illuceſcere. *Donatus.* Ita plerique Mſſ. & impreſſi. Pauci, in quibus Mſ. Lipſ. & edit. anni 1469. CUM PRIMA LUCE. Plautina eſt *cum primo luci*, Ciſtell. II. 1. 49. niſi forte ibi legendum *lucu*, quod Amph. I. 1. 11. Meurſius faciendum cenſet. Cicero Off. III. 31. *Cum prima luce.* Virg. Aen. VII. 130. &, primo *laeti* cum lumine *ſolis.* Gr. ἅμα ἕῳ, ἅμ' ἡμέρᾳ, ἅμα τῷ διαυγάζειν. Multa huc pro PRIMO LUCU congeſſit Guyetus in ἀνεκδότοις. Veſterhov.

65. IBO HINC.] Tanquam de malo loco. *Donatus.*

66. DE NOCTE.] Abundat DE. *Donatus.* IMMO DE NOCTE &c.] Approbo, ut vel hac ſtatim noĉte abeas. Prima ſpecie adulatur fratri: ſed occultè ait longam ejus praeſentiam eſſe odioſam.

67. HILARUM FAC TE.] Supra IV. 7. 38. *Veſterhov.* FAC TE] Eodem verbo utitur, quo jamdudum: ut laborem ad laetitiam ſe convertentis oſtendat: id eſt, elabora ut ſis hilaris. *Donatus.*

68. ISTAM PSALTRIAM — ABSTRAHAM.] ISTAM odium ſignificat. ABSTRAHAM.] Aparet

Una illuc mecum hinc abftraham. *Mi.* [69] Pugnaveris.
Eo pacto [70] prorfum illic alligaris filium.
Modo facito, ut [71] illam ferves. *De.* Ego iftuc videro:
Atque ibi, [72] favillae plena, fumi, ac pollinis,

[73] Co-

paret illum quafi mancipium ducturum puellam, non ut fidicinam. *Donatus.* Abstraham.] Quafi invitam & reluctantem. Sic And. I. 5. 8. & III. 2. 39. *Vefterhov.*

69. Pugnaveris.] Magnam rem feceris: Sic *Lucilius*,

Vicimus ô focii, & magnam pugnavimus pugnam. Donatus.

Rem magnam facere *pugnare* dicebant, feu ferio, feu joco. Cic. Fam. III. 10. [num. 11.] *Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.* Vefterhov. Rem praeclaram feceris. Paraphraftes Delph. Viceris. *Minell.* Hoc autem per ironiam dicit; nam fcit amicam lubenter fecuturam effe amatorem.

70. Prorsum illic alligaris filium.] Haec cum rifu dicit Micio, Et *ligare*, eft injicere alicui vincula. Quis vero dicitur *alligari* ad aliquid, fine quo effe non poffit? [malim hanc notam quaeftionis mutatam in colon, & *Quis* pro *aliquis* capiam.] Ergo proprie ad amicam alligari adolefcentem dixit amatorem. Prorsum autem, certe, recte, ac verè fignificat. *Donatus.* Illic alligaris.] Legitur & Illuc & Illi adverbialiter. Videtur autem potius rus intelligere, quam Pfaltriam. quare mox addit: Modo facito ut illam serves. q. d. caveto, ne illa aufugiat, & tuus fortaffe filius unà. *Vefterhov.*

71. Illam serves.] Acuendum Illam [i. e. vocabulum illam clarius eloquendum eft caeteris, utpote fignificantius]: Hoc eft, non jam filium, fed Illam ferva, in qua utrumque retinueris. *Donatus.*

72. Favillae.] Scintillae extinctae & defertae ab igne. *Minell.* Confer Servium ad Virg. Aen. III. 573.

73 Coquendo sit saxo, & molendo: praeter haec
74 Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat:

75 Tam

573. Plerumque *Favillam* usurpat Virgilius de scintillis è flamma evolantibus. Plena sit, Iis cooperta inficiatur, ac decoloretur.

73. Coquendo sit saxo, et molendo.] Atqui *molere* prius est quam *coquere:* sed illud prius posuit, quo pulchritudo magis foedatur. an quia prius torreatur triticum, ut tundi possit? ut *Virgilius* [Aen. I. 179.]

Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Coquendo — et molendo.] Ne ametur scilicet. *Donatus.*

74. Meridie ipso.] Cum sol vehementior est. Meridiem dixerunt veteres, quasi *medidiem*, R pro D posito, propter cognationem harum inter se literarum. *Donatus.* Meridie ipso faciam &c.] Intelligit ἡμέραν μέσην, ὅταν ὁ ἥλιος τὸ φλεγῶδες ἐκλάμπεῖαι. Virg. Georg. I. 297.

At rubicunda Ceres medio *succiditur* aestu.

Martial. III. 44. 7.

Non dipsas medio *perusta* sole.

Gell. V. 14. Sole medio, *rapido & flagrante.* Tibull. I. 10. 13.

Jam mihi persolvet poenas, pulvisque decorem
Detrahat, & ventis horrida facta coma.
Uretur facies, urentur sole capilli.

Ovid. Fast. IV. 705. & 706. Minitatur igitur Demea, se Psaltriam relegaturum ad spicilegium, ut Varro ait. *Stipula* vero pro calamis ponitur & spicis, καλαχρηστικῶς. Alio sensu id est, quod demesso frumento in agris relinquitur. Meridie ipso.] Id tempus prandio vel quieti solitum dari, ad Gen. XVIII. 1. observant Jun. & Tremell. Quod *meridiari* dixerunt. Quo major Demeae immisericordia. *Vesterhov.* Ut stipulam colligat.] Quod sub sole fieri necesse est. *Donatus.*

[75] Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo 'st. *Mi.* Placet.
Nunc mihi videre sapere. [76] atque equidem filium
[77] Tum etiam, si nolit, cogas, ut cum illa una cubet.
De. [78] Derides? fortunatus, qui istoc animo sies.

Q q q q 2 Ego

75. TAM EXCOCTAM REDDAM, ATQUE ATRAM.] EXCOCTAM, ad tenuitatem siccati coloris [Hadr. Junius legit *siccantis coloris*. Vesterhovius mallet, *siccatae cuticulae*]: ATRAM, ad colorem retulit. Et vide quam aspera, quamque ingrata clausula sit, qua saevidici senis finitur oratio. *Donatus.* EXCOCTAM.] Tostam. *Paraphrastes Delph.* Tantum a sole desiccatam atque nigram sive calore solis exustam efficiam, quantum carbo est excoctus atque ater. *Minell.* Lucret. Lib. VI. 962.

Principio, terram sol exco-
quit, & facit are,

o: arefacit. Idem ibid. vers. 722.

Inter nigra virum, perco-
ctaque saecla calore.

Qui versus ferè invariatus recurrit ibid. 1107. Vesterhovius componit Plauti Poen. V. 5. 9. ad 12. ubi, quod hic a sole, idem a pugnis suis minitatur miles.

76. ATQUE EQUIDEM FILIUM &c.] Non solum suadet laetitiam, sed etiam ridere cogit invitum. *Donatus.*

77. TUM ETIAM, &c.] Pauci Codd. TUUM praeferunt. Praetulerim autem TUM, cum ob Codicum numerum, tum quod sensus sit, *Tum, ubi ita habita erit Psaltria, ut placere amplius non possit, cogas filium, ut una cubet cum illa.* CUM ILLA UNA CUBET.] Sic Hec. I. 2. 63. Plaut. Bacchid. IV. 9. 86.

Quod cum *peregrini* cubui
uxore *militis.*

Amph. II. 2. 103.

mecum coenavisti, & me-
cum cubuisti. *Vesterh.*

78. DERIDES? FORTUNATUS, QUI ISTO ANIMO SIES.] Hoc verbum vultu Demeae sic profertur, ut subrisisse videatur invitus. Sed rursus EGO SENTIO, amarè severeque dixit. Et *Rides*, qui simpliciter ridet: DERIDET,

Ego sentio. *Mi.* Ah! pergisne [79]? *De.* [80] Jam jam desino.

Mi. I ergo intro, & [81] cui rei opus est, ei hilarem hunc [82] sumamus diem.

RIDET, qui cum alterius irrisione & contemtu ridet. — Non laudantis est quod ait FORTUNATUS: sed moraliter reprehendentis. ut si dicas, quum te aliquid cura offenderit, fortunatos stultos qui nihil sentiant. *Donatus.*

79. *In tuis jurgiis*, subaud. *Minell.*

80. JAM JAM DESINO.] Et hic velut necessitatem queritur imponi sibi. *Donatus.* *Irasci*, subaud. *Minell.*

81. ET CUI REI OPUS EST.] Cui rei credis, nisi nuptiis? hoc est, ludo atque laetitiae, voto & gaudio nuptiali. HUNC SUMAMUS DIEM.] Non accipiamus, sed impendamus & consumamus. Unde & *Sumtum* dicimut pecuniam, quae insumenda est. *Donatus.* Faërnus ex Libro Vaticano, Basilic. & Bemb. monet legendum esse: ET CUI REI EST, EI REI HUNC SUMAMUS DIEM. Sed & ita est in Mf. Lipf. & edit. 1469. Codices alii praeferunt: ET CUI OPUS EST REI, EI REI HILAREM &c. *Vesterhov.* OPUS EST, sub. *sumi*, seu, *ut sumatur*, ex sequentibus. Minellius quoque excludit OPUS, & exponit τὸ EST, per *licet sumere.* videtur commodius subaudiri *sumendus.*

ACTUS QUINTI
SCENA QUARTA.
DEMEA.

[1] NUMQUAM *ita quisquam* [2] *bene subducta ratione ad vitam fuit,*

[3] *Quin*

1. NUMQUAM ITA QUISQUAM &c.] Sententiam quatuor horum versuum firmant plures. Solonis fertur: γη-

5 *Quin res, aetas, usus, semper aliquid adportet novi,*

γηράσκω δ' ἀιεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Senesco multa semper discens.* Bionis: ἡ οἴησις της προκοπῆς ἐγκοπή. *Opinio praecidit profectus.* Pindari: ἁμέραι ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. *Dies sequentes testes sapientissimi.* P. Syrus: *Discipulus est prioris, posterior dies.* Vesterhov.

2. BENE SUBDUCTA RATIONE.] Bene disposita, bene computata: *Ducere* enim est digitis computare. Sed *Ducere* [*Adducere* conjic. *Wieling.*] est apud alium & palam: *Subducere*, apud se ipsum & secreto. quo magis in verbo isto majoris attentionis & diligentiae signum est. *Donatus.* Ratio loquendi a tabulis accepti & expensi deducta. Plaut. Capt. I. 2. 89.

subducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

Quod vel digitis explicandis & complicandis, vel notis scriptis, quas cifras vocamus, fit; ut appareat seorsim rationem putando, quid alii nobis, quid nos aliis debeamus. Unde Plautus Curc. Act. III. versu 1.

Beatus videor: subduxi ratiunculam,
Quantum aeris mihi sit, quantumque alieni siet.

Eleganter Cicero Fam. I. 9. [22.] *Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus*, rationibus*que* subductis, *summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breviter exponam.* Vesterhov. AD VITAM, Instituendam, id est, ad vivendum. *Minell.* Nota *subducta ratione fuit*, pro, *subduxit rationem.* at noli temere imitari.

3. QUIN RES.] QUIN, modo, *cur non* significat [malim, *ut non.*] RES, AETAS, USUS.] Tria posuit, ex quibus RES pro experientia ponitur: & hac dicit se esse mutatum. nam mox dicet, RE IPSA REPPERI, FACILITATE NIHIL &c. *Donatus. Rem* quoque pro experientia cepit Minellius, *Usum*

Aliquid moneat, ut illa, quae te ſcire credas, [4] *neſcias:*
[5] *Et quae tibi putaris prima, in experiundo* [6] *repudies:*
Quod nunc mihi evenit. nam ego [7] vitam duram, quam vixi uſque adhuc,
[8] Prope jam excurſo ſpatio mitto: [9] id quamobrem? re ipſa repperi,

[10] *Fa-*

·*Uſum* autem, pro exercitatione [ſ. habitu] in modo vivendi. Paraphraſtes Delphini Res per *rerum occaſiones*, Usus per *experientia* interpretatur. ſi per *rerum occaſiones* intellexit, caſus, eventa, accidentia; aſſentior.

4. Nescias, Intelligas te neſciviſſe ante. *Minell.*

5. Quae tibi putaris prima.] Ante alia eligenda: quae & primo loco ponenda, ac per hoc optima. *Donatus.* Lucil. Sat. incerta: *Commoda praeterea patriae* ſibi prima putare. *Veſt.*

6. Repudies.] Sic And. IV. 3. 18. Georg. Fabricius laudat C. Fannii ſententiam, ex Annalium primo: *Cum in vita agenda didicimus multa, quae in praeſentiarum bona videntur, poſt inventa multo amplius aliusmodi, atque ante viſa eſſent.* Veſterhov. In experiundo.] Inter utendum. *Paraphraſtes Delph.* ɔ: cum ea ad factum applicas, ſ. exſequeris, aut exſequi vis.

7. Vitam — quam vixi.] Ἀρχαϊσμος. Ut *Lucilius*,
Magnam pugnavimus pugnam. *Donatus.*

8. Prope jam excurso spatio.] Id eſt, ad calcem, propter [i. e. *prope.* Veſt.] ipſos decurſus metasque vivendi. [Ex voce *decurſus* colligit Veſterhovius, legiſſe Interpretem Decurso, pro Excurso.] Et eſt μεταφορὰ ſumta a curſoribus. Excurso spatio.] Id eſt, in ſumma ſenectute. *Donatus.* Conſtantem fere Mſſ. lectionem eſſe Excurso obſervat Veſterhovius; Priſcianum tamen Inſtit. Grammat. Libb. VIII. XI. & XVIII, legere Decurso, aſſertque hujus locutionis exempla,

[10] *Facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.*
Id esse verum, ex me, atque ex fratre, cuivis facile 'st noscere.
Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis:
[11] Clemens, placidus, [12] nulli laedere os, arridere omnibus.
[13] Sibi vixit: sibi sumtum fecit: omnes bene dicunt, amant.

 [14] Ego

xempla, ex Plaut. Merc. III. 2. 4. Stich. I. 2. 14. item Lucret. Lib. III. 1055. *Ipse Epicurus obit*, decurso *lumine vitae*.
Cic. Tusc. Quaest. I. 8. *Nunc video calcem: ad quem quum sit* decursum, *nihil sit praeterea extimescendum.* De Senect. 23. *nec vero velim, quasi* decurso spatio, *ad carceres a calce revocari.* Pro P. Quinct. 31. prope acta jam aetate, decursaque. Monet porro eodem sensu moribundam Didonem, apud Virg. Aen. IV. 653. dixisse; *Vixi, &, quem dederat cursum fortuna*, peregi. Optime autem omnium Paulum Apostolum, 2. Timoth. IV. 7. Τὸν δρόμον τετέλεκα. Caeterum arbitratur dubium esse posse, an EXCURRERE pro *decurrere*, ad finem currere, recte dicatur. quod tamen mihi cum analogia non videtur pugnare.

9. IN QUAMOBREM? RE IPSA REPPERI.] Quia secum loquitur, ideo multa reticet. Et deest *Faciam*? &, *Si quis quaerat*: & *Dicam*, Donatus.

10. FACILITATE.] Inter *Facilitatem* & Clementiam hoc interest: *Facilis* enim, cujus ira cito solvitur: *Clemens*, qui non irascitur. *Donatus*.

11. CLEMENS, PLACIDUS, &c.] Mira varietas & in locis, & in partibus orationis. Et CLEMENS est, qui *colit mentem* suam, nec eam vexat irascendo. CLEMENS, PLACIDUS,] CLEMENS est circa recte agentes: PLACIDUS etiam circa delinquentes. Et *Clementis* est, NULLI LAEDERE OS; *Placidi*, ARRIDERE OMNIBUS. Et CLEMENS animo, PLACIDUS vultu. *Donatus*.

12. NULLI LAEDERE OS.] Id est, nullum praesentem lae-

[14] Ego ille agrestis, saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem: [15] quam ibi miseriam vidi! nati filii:
[16] Alia

laedere. Et vide quam grate [MSS. & veteres Impressi *graece*. Vest.] a nominibus verba [*ad verba*. conjic. *Wieling*.] transeant. *Donatus*. NULLI LAEDERE OS] Quod quid sit explicat Augustinus de Civit. Dei, Lib. I. 9. *Vel cum laboris piget*, *vel* os eorum *verecundamur* offendere. De iis, qui alios peccantes admonere metuunt. Gr. Εἰς τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν. κατὰ τὸ στόμα εἰπεῖν. Fit hoc, proferendo verba molesta, quibus se laesum testatur ipso vultu, in quem dictum est. *Vesterhov*. LAEDERE —, ARRIDERE.] Aut *fuetus* subauditur; aut hi infinitivi ponuntur nunc pro gerundio in *Do*. Horat. Serm. II. 8. 24.

Ridiculus *totas simul* obsorbere *placentas*.

ARRIDERE autem OMNIBUS, intelligo *ridere ad omnia*, *cum risu excipere* seu *approbare*. Minellius exposuit: *Risu suo omnibus* benignitatem suam, seu favorem ostendere.

13. SIBI VIXIT.] Nimirum uxorem non ducendo, ex cujus more & arbitratu multa fuerint facienda. quam oppositionem ipse Demea facit. Sic And. I. 1. 126. *Vesterhov*. SIBI, ad suum commodum, ex mente Paraphrastae Delph. Uterque sensus consistere potest.

14. EGO ILLE AGRESTIS. &c.] Bene addidit ILLE, quasi jam notus, hoc ipso quod ferus atque AGRESTIS. Et SAEVUS factis. TRISTIS animo: TRUCULENTUS vultu. Et aliter dici potest, ut TRISTIS sit, qui dolet: TRUCULENTUS & SAEVUS, qui terret. Et ideo αὔξησις mira per ista decurrit. *Donatus*. AGRESTIS.] H. e. Ferus, Ἄγροικος. Hunc designat Horatius Epist. I. 18. 5.

Est huic diversum vitium vitio prope majus;
Asperitas agrestis *& inconcinna gravisque.*

Et Serm. I. 7. 6.

Durus homo, atque odio qui possit vincere regem. Vest.

15.

[16] Alia cura. porro autem, illis dum ſtudeo ut [17] quam plurimum
Facerem, contrivi in quaerendo [18] vitam, atque aetatem meam.
Nunc exacta aetate, [19] hoc fructi pro labore ab his fero,

15. Quam ibi miseriam vidi!] Ibi inquit, quaſi uxor locus ſit. *Donatus.* Menander:

Τὸ γυναῖκα ἔχειν, εἶναί τε
παίδων, Παρμένων,
Πατέρα, μερίμνας τῷ
βίῳ πολλὰς φέρει.

Vidi, Expertus ſum. Virg. Aen. II. 5.

quaeque ipſe miſerrima vidi.

Cic. pro Mil. 36. *Praeclare enim vixero, ſi quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali* videro. Eſt & ſacra phraſis Pſalm. XXXIV. 13. Quod Petrus expreſſit I. 3. 10. *Veſterhov.* Exemplum ex Virgilio minus aptum eſt, quum ibi τὸ *Vidi* ponatur ſenſu proprio, ut conſtare poteſt ex verſu ſequenti. At Plautus aliquoties uſus eſt hoc verbo, pro *experiri.* Ibi, in conjugio, exponit Minellius.

16. Alia Cura.] Non *altera.* Donatus. Qui ſunt mihi alia ſollicitudo, praetèr uxorem. *Minell.* Metonymia cauſae.

17. Quam plurimum, ſub. *bonorum.* Minell. Facerem, conficerem, pararem. Nepos in Cimone I. 3. *Qui magnas* pecunias *ex metallis* fecerat. Author Belli Hiſpanienſis XXII. 6. *Cum bene magnam* manum feciſſet.

18. Vitam — atque aetatem.] Aut bis idem dicit ſenex, aut *Vitam* modò intelligamus, vigorem, valetudinem.

19. Hoc fructi &c.] Archaïcè, pro, *hunc fructum*, ɔ: hoc commodum, ſeu praemium; & Fero, accipio. Cic. pro Sext. 31. allegante Veſterhovio: *Piſo ille, gener meus, cui* fructum *pietatis ſuae, neque ex me, neque* a populo *Romano* ferre

Odium. Ille alter ſine labore [20] patria potitur commoda:

[21] Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia:

Illum [22] diligunt: apud illum ſunt ambo: ego deſertus ſum.

[23] Illum ut vivat, optant: [24] meam autem mortem exſpectant. [25] ſcilicet

Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit ſuos,

[26] Paullo ſumtu. miſeriam omnem ego capio: hic [27] potitur gaudia.

[28] Age

re *licuit*. Anté ODIUM ſubaudimus, *ſcilicet*.

20. PATRIA POTITUR &c.] Accuſativo caſu extulit, quod nos ablativo dicimus. id eſt, *patrio potitur commodo*. *Accius* in Clytemneſtra,
Feras potiuntur plagas. Don.

21. ILLUM AMANT &c.] Enumerat [in ſequentibus] illa commoda, quibus potitur Micio. *Minell.*

22. DILIGUNT.] Diſcrimen inter *Amare* & *Diligere* apparet ex Cic. Fam. IX. 14. 11. ubi vide Gottl. Cortium. adde Fam. XIII. 47. 1.

23. ILLUM UT VIVAT, OPTANT.] Σύλληψις nam ſic veteres loquebantur. nos vero dicimus *Illi optant*, non *illum*. Donatus.

24. MEAM — MORTEM EXSPECTANT.] Invidioſè dictum, pro, optant ut moriar. Eodem ſenſu Cicero Paradox. VI. 1. *Si teſtamenta amicorum, aut ne exſpectas quidem, at ipſe ſupponis*. Vide plura ſupra I. 2. 29. *Veſterhov.*

25. SCILICET.] Delevi majorem diſtinctionem poſt hanc vocem, ſequutus elegantem editionem Rob. Stephani, in forma minima anni 1540. Si vulgata diſtinctio maneat, τὸ SCILICET affirmantis vim habebit. *Veſterhov.*

26. PAULLO SUMTU.] Facili negotio. *Paraphraſtes Delph.* Subauditur ergo *Laboris*.

27. Fruitur gaudiis, ex benevolentia filiorum procedentibus. *Minell.*

[28] Age age, nunc experiamur contra haec, quid ego poſſiem
Blande dicere, aut [29] benigne facere, [30] quando eo provocat.
[31] Ego quoque a meis me amari, & magni pendi poſtulo.
Si [32] id fit dando, atque obſequendo, [33] non poſteriores feram.

[34] Deerit?

28. Verſum hunc ex optimis editionibus, Juntarum, Aldi, Stephani, aliis expreſſi. Sunt tamen qui legunt: AGE, AGE, NUNC JAM EXPERIAMUR PORRO, ET QUID EGO POSSIEM. *Veſterb.* Magis comicè pluraliter EXPERIAMUR dixit, quam ſi diceret, *Experiar.* Donatus.

29. BENIGNE FACERE.] H. e. Liberalem & munificum eſſe. Cic. Fam. XIII. 72. *Quibuscunque rebus Caerelliae* benigne feceris. Catull. Carm. LXXI. 3.
Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne *eſt.*
Plaut. Capt. V. 1. 29.
Facis benigne. Veſterhov.

30. QUANDO EO PROVOCAT.] Sunt Libri, in quibus HUC, ſunt, in quibus HOC [antiquorum more, pro *Huc*, ut ait Faërnus,] legitur. Eſt autem locutio a ſingulari certamine tranſlata. *Veſterhov.* Eo, ad id experiendum, ſc. *quid poſſim blande dicere, & benigne facere.*

31. EGO QUOQUE A MEIS ME AMARI; — POSTULO.] Demea Terentianus Demaenetum Plautinum imitatur, Aſin. I. 1. 49. ad 53. Eadem porro conſtructione dixit Cicero, Catil. I. 2. Cupio *patres conſcripti*, me eſſe clementem. *Veſterhov.* MAGNI PENDI, Hoc reſpondet illi quod dixit antea, *Illum diligunt.*

32. ID, ſc. *amari, & magni pendi.* FIT, Efficitur, comparatur, Interpretibus Minell. & ParaphraſtaDelph.

33. NON POSTERIORES FERAM.] Subauditur *Partes*, aut, *Non parvi fiam*, [Ita correxit Abr. Wieling. quod in Donato legebatur, *Non parvi faciam.*] id eſt, non vincar a Micione. Et translatio eſt a partibus hiſtrionum

34 Deerit? id mea minime refert, qui sum natu maximus.

num in Fabula. *Donatus.* Sensus est, non ero secundus in loco seu pretio. Contrarium est. Eun. I. 2. 71. Translatio desumta a personis comicis, in quibus aliae primarum, aliae secundarum, aliae denique posteriorum erant partium. Eun. V. 9. 27. Plaut. Merc. II. 3. 106.

quod posces, feres. *Vesterh.*

34. DEERIT? ID MEA MINIME REFERT, QUI SUM NATU MAXIMUS.] Ita distinxi, ob majorem emphasin. Id autem vult, sibi sat esse viatici, ad conficiendum, quod reliquum sit spatii vitae suae. Plaut. Trin. II. 2. 38.

Mihi quidem aetas acta 'st ferme: tua istuc refert maxume.

Cicero pro M. Coel. 16. *Si egebis, tibi dolebit: mihi sat est, qui, aetatis quod reliquum est, oblectem meae.* Vesterhov. DEERIT, conficietur res familiaris [largiendo sc.] *Paraphrast. Delph.* Qui cum vulgo Interpretum colo distinguit post DEERIT, in quo verbo est objectio, facultates consumtum iri hoc novo vitae genere, quae tamen mox tollitur. Ego sane emphasin, quam Vesterhovius nota interrogationis affectavit, nullus video.

ACTUS QUINTI
SCENA QUINTA.
SYRUS. DEMEA.

1 HEUS! Demea, rogat frater, 2 ne abeas longius.

De.

1. *Hic ostendit Poëta, quam absurde blandus conetur esse, qui non soleat: & quam immodica sit repentina largitas, ubi animus a parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excurrerit.*

Do-

De. [3] Quis homo? o Syre noster, salve! quid fit? quid agitur?
Sy. [4] Recte. *De.* Optime 'st. [5] jam nunc haec tria primum [6] addidi
Praeter naturam: ô noster! quid fit? quid agitur?
[7] Servom non illiberalem praebes te; [8] & tibi
Lubens

Donatus. ROGAT FRATER.] Satis moraliter dixit, FRATER: nec addidit *Tuus.* Idem.

2. NE ABEAS LONGIUS.] Simulabat enim Demea, se vel domum, vel ad forum ire. Sic Eun. IV. 2. 5. Plaut. Menaechm. II. 2. 52.
Proin tu, ne quo abeas longius *ab aedibus.* Vest.

3. QUIS HOMO?] Sc. *Est, qui me vocat?* Respicientis vox est. *Minell.*

4. RECTE.] Bene respondit RECTE: hae enim interrogationes [*Quid fit? Quid agitur?*] de salute atque incolumitate ejus sunt, qui interrogatur. *Donatus.* RECTE, Scilicet *agitur.* Minell. OPTIME 'ST.] Gratum est mihi, *quod recte tecum agitur*, gaudeo quod vales.

5. JAM NUNC HAEC TRIA &c. usque ad, QUID AGITUR.] Haec pressius dici observat Donatus, & ad TRIA, subaudit *Verba.*

6. ADDIDI, Sermoni adjunxi. *Paraphrastes Delph.* Imo verbo SALVE, s. salutationi subjunxi. Ista autem TRIA VERBA repetit Demea versu seq. sc. *O noster! quid fit? quid agitur?*

7. SERVOM NON ILLIBERALEM PRAEBES TE.] H. e. Liberaliter servis. And. I. 1. 11. *Vesterhov.* PRAEBES TE.] Id est, te ostendis, factis probas. *Donatus.*

8. ET TIBI LUBENS BENE FAXIM.] Bene hoc addidit. quis enim credat tam subitis post saevitiam blandimentis, nisi factis quoque vera esse ostendantur? *Donatus.* In cujus notae initio legebatur, *An &* BENE; sine sensu. * TIBI LUBENS BENE FAXIM.] Idem repetit Getae, infra V. 6. 8. dixit autem FAXIM, uti Pacuvius, Periboea:

precor veniam, petens,
Ut quae egi, ago, vel axim,
verrunceut bene. Vest.

Lubens bene faxim. *Sy.* Gratiam habeo. *De.* Atqui, Syre,
Hoc verum 'ſt, & ipſa re experiere [10] propediem.

9. ATQUI, SYRE.] ATQUI abundat per παρέλκον. SYRE.] Aſſeveratio eſt non credentis. *Donatus.* ATQUI, SYRE, HOC VERUM 'ST.] Vix videtur credere Demea, verba ſua Syro fieri veriſimilia, quod contra conſuetudinem, ipſamque naturam eſſent dicta. Sed & videtur Syrus ſubridens, & quaſi ſubdubitans reſpondiſſe, GRATIAM HABEO. Unde Demea, volens fidem facere ſuis verbis, ATQUI, SYRE, HOC VERUM 'ST, addit, ET IPSA RE EXPERIERE PROPEDIEM. Sub. quod dico. An ſpes libertatis facta eſt ſervo? *Veſterhov.*

10. PROPEDIEM.] Ὑφέν. Nam PROPEDIEM adverbium eſt temporis: ut ſi diceret, *Cito.* Donatus.

ACTUS QUINTI

SCENA SEXTA.

GETA. DEMEA.

Ge. [1] HERA, ego hinc ad hos proviſam, quam mox virginem
[2] Arceſſant. [3] ſed eccum Demeam! ſalvos ſies.
De. [4] O! qui vocare? *Ge.* Geta. *De.* Geta, hominem maxumi

Pretii

1. HERA.] Alloquitur Softratam, quae intus eſt, de via & foras exiens Geta. *Veſterhov.* AD HOS PROVISAM.] AD HOS, ad Micionem & Aeſchinum ſcilicet. PROVISO duas res ſignificat: procedo & video. *Donatus.*

2. ARCESSANT, Adduci velint. *Paraphraſt. Delph.*

3. SED ECCUM.] Hoc apud ſe. *Donatus.* 4.

Pretii [5] te esse, hodie animo judicavi meo.
Nam is [6] mihi profecto est [7] servos spectatus satis;

Cui

4. O! QUI VOCARE?] Hac interjectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. — Post O, nomine vocaturus, non habuit quod diceret: & ideo subjecit, QUI VOCARE. *Virgilius* [Aen. I. 327.]

O quam te memorem? virgo. namque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem sonat. ô Dea certe,
An Phoebi soror? an Nympharum sanguinis una?

Moris est autem inferiores proprio nomine vocari, si blandiri velis. sed hic nominis oblitus, dum dubitat, & inquirit, inhaesit pronomini. *Donatus*.

5. Ms. Graev. ESSE TE HODIE JUDICAVI ANIMO MEO. *Vesterh.* ANIMO MEO.] Hoc est, secundum animi mei sententiam, & quantum ad animum meum pertinet. *Donatus*.

6. MIHI.] Id est, quantum ad judicium meum pertinet. *Donatus*. EST, habetur, videtur. * SERVOS SPECTATUS SATIS.] H. e. Bonitatis probatae, & frugi. Justin. I. 1. Spectata *inter bonos moderatio*. And. I. 1. 64. IV. 1. 22. & V. 1. 1. Imitatus Plautum, Menaechm. V. 6. 1.

Spectamen bono servo, id est, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, &c.

Eratque formula antiqua de servo frugi & libertatem merito, SPECTATUS SATIS. Non dabatur autem fere libertas, nisi post longam & liberalem servitutem, atque adeo sera. Horat. Epist. I. 1. 2.

Spectatum satis, & donatum jam rude, &c. Vesterh.

7. CUI DOMINUS CURAE 'ST.] Quum hic *dominas* habeat, *Dominum* dixit: quia praevalet masculinum. *Virgilius*. [Aen. II. 632. ubi sermo est de Venere.]

Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes
Expedior.

Et praeterea sententia] generalis inducitur, quum nullum specialiter *dominum* significat. *Donatus*.

Cui [8] dominus curae 'ſt: [9] ita ut tibi ſenſi, Geta.
Et tibi, ob eam rem, [10] ſi quid uſus venerit,
[11] Lubens bene faxim. [12] meditor eſſe affabilis;
Et bene procedit. *Ge.* [13] Bonus es, quum haec exiſtimas.

De.

8. Ita, uti tibi sensi, Geta.] Maximum delenimentum infert, eum nomine vocans. *Donatus.* Sensi, Comperi, animadverti, ſc. *dominus eſſe curae.*

9. Si quid usus venerit.] Si quid acciderit, in quo poſſum tibi prodeſſe. *Minell.* Ita Symmach. Epiſt. Lib.X. 39. *Ut mibi nunc* venit uſus. Sed poſſit tamen hic exponi: *Si qua in re opus tibi fuerit meo officio.* Caeſ. B. G. VII. 80. *Omni exercitu — diſpoſito, ut* ſi uſus veniat, *ſuum quiſque locum teneat & noverit.*

10. Lubens bene faxim.] Scilicet quia praeter naturam Demea meditatur eſſe affabilis, iisdem fere verbis utitur, quae Syro dixerat ſupra, V. 5. ut appareat, hanc ſibi quaſi formulam affabilitatis & humanitatis praeſcripſiſſe Demeam. quod ridiculum. *Veſterhov.*

11. Meditor esse affabilis.] Sic hoc lentius, ut illud ſupra, *Jam nunc tria haec addidi praeter naturam* &c. *Donatus.* Meditor, conor, ſtudeo eſſe &c. exerceo me ad affabilitatem. Plaut. Stich. II. 1. 34.

'ad curſuram meditabor me *ad ludos Olympiae.*

Ubi conſule Stewechium.

12. Bonus es] Notat Barthius Adverſ. VII. 14. Latina conſuetudine quum gratum quis alicui quid dixiſſet, Bonus es, vice alicujus gratiarum actionis reſponſum. *Veſterhov.*

13. Paullatim plebem.] Moraliter inferiorum turbam, Plebem dixit: hoc eſt, ut in urbe vulgus, ita in familia ſervos. Et fit translatio ab iis, qui honores doloſe, ac non pro merito petunt, ambitioſique ſunt. Facio meam.] Hoc eſt, mihi faventem. Ut e contrario *Virgilius.* [Aen. II. 396.]

Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. *Donatus.*

Videtur reſpicere prenſationes ambitioſorum candida-

to-

De. [14] Paullatim plebem primulum facio meam.

torum, quibus ea disciplina erat, primulum minutam plebem captare blande dicendo, & benigne pollicendo. Liv. III. 14. *Paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* Cic. pro Mil. 35. Plebem *& infimam multitudinem* suam *se* fecisse *commemorat*. Coelius Ciceroni, Fam. VIII. 17. *Equidem jam effeci, ut maxime* plebs, *& qui antea* noster *fuit*, populus vester *esset*. [Locum Coelii huc retuli, qui antea adscriptus erat istis, LUBENS BENE FAXIM, operarum culpâ, ut arbitror.] Ovid. Arte Am. II. 259.
Fac plebem, *mihi crede*, tuam: &c. *Vesterbov.*

ACTUS QUINTI

SCENA SEPTIMA.

AESCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

Aes. [1] OCCIDUNT me quidem, dum [2] nimis sanctas nuptias
Student

1. *Adolescens & Demea inter se affabiles, imaginem praebent, & quam dulcis sit junioribus assentatio, & quam ingrata censura.* OCCIDUNT ME QUIDEM.] Ἰδιωτικῶς dixit OCCIDUNT ME, pro *Nimis laedunt & cruciant me.* Donatus. Guyetus ex binis sententiis faciens unam legit: OCCIDUNT ME, QUI, DUM NIMIS SANCTAS NUPTIAS STUDENT FACERE, IN APPARANDO &c. Sed & ita legit Fr. Sanctius, in Minerva III. 14. & Fr. Fabricius. Est autem ἐμφατικώτερος sententia gemina. *Vesterbov.*

2. NIMIS SANCTAS ridicule additum est in ea ducenda, quae jam peperit. nam *Sanctum* est, quod omni

Student [3] facere: in apparando conſumunt diem.
De. [4] Quid agitur, Aeſchine? *Aeſ.* [5] Ehem! pater mi, tu hic eras?
De. [6] Tuus hercle vero & animo & natura pater;
Qui [7] te amat plus quam hoſce oculos. [8] ſed cur non domum

Uxorem

ni obſervatione inviolatum eſt. Et bene additum eſt NIMIS: quia *Nimium* pro vitio ponitur. *Donatus.* SANCTAS, ſolenni & religioſa pompa apparatas. *Farnab.*

3. FACERE dixit, pro apparare, adornare. Sic And. III. 2. 41. & Heaut. V. 1. 22. *Veſterhov.* FACERE, Celebrare. *Minell.* De hac quidem ſignificatione verbi poſſit dubitari: Sumerem potius FACERE pro reddere, efficere, & ad NIMIS SANCTAS referrem.

4. QUID AGITUR, AESCHINE?] Jam ipſe docuit, QUID FIT? & Quid AGITUR? blandimentum eſſe. *Jam nunc haec tria primum addidi praeter naturam, O noſter!* &c. [ſupra V. 5. 3.] *Donatus.*

5. EHEM! PATER.] Non ſine conſternatione reſpondet Aeſchinus: etſi hic blande interrogat, & miti vultu: nam ex improviſo objectus eſt Demea & inſperanti. *Donatus.* TU HIC ERAS? Speciem habet excuſationis ſui, quod prior non ſalutaverit patrem.

6. TUUS HERCLE VERO &c.] Totum eripuit Micioni, cui ne animum quidem reliquit. *Donatus.* ET ANIMO ET NATURA PATER.] Sic ſupra I. 2. 46. & infra V. 8. 34. *Veſterhov.* ANIMO, Affectione paterna. NATURA, generatione. *Minell.*

7. QUI TE AMAT.] Magis comicum, quam *amo.* Donatus. TE AMAT PLUS QUAM HOSCE OCULOS.] Sententia geſtu adjuvanda. Vid. ſupra IV. 5. 67. *Veſt.*

8. SED CUR NON DOMUM UXOREM ARCESSIS?] Bene ſubjecit, quae * volenti eſſe credebat. *Donatus.* * *Volenti eſſe*, i. e. grata eſſe illi. locutio Salluſtiana Graeciſſans, de qua multa bene adnotavit Gottl. Cortius ad Jugurth. 84. n. 3. Abr. Wielingius apud Donatum legit

Uxorem arcessis? *Aes.* Cupio: [9] verum hoc mihi morae 'st
[10] Tibicina: & [11] Hymenaeum qui cantent. *De.* Eho!

legit *Volenti futura esse.* non male. Vesterhovius infeliciter conjicit: *Velle Aeschinum credebat.*

9. VERUM HOC MIHI MORAE 'ST, TIBICINA: &c.] Hoc est quod ait, *Dum nimis sanctas nuptias student facere.* Donatus. MORAE 'ST.] Sic supra IV. 5. 78. Ms. Graev. cum Edd. Tarvis. & Mediol. MORA. *Vesterhov.* Codd. Victor. & Bemb. a prima manu habent MORA EST. MORA 'ST. *Faërn.*

10. TIBICINA: ET HYMENAEUM QUI CANTENT.] Haec varie leguntur. Sunt Libri praeferentes TIBICINAE; sunt, in quibus est CANAT, & CANTITET. Illud Mss. Leidenses, hoc Traject. exhibent. Et sane plures Tibicinae requirebantur ad pompam nuptialem, quae quidem *nimis sancta* diceretur ab Aeschino. Plaut. Aul. II. 4. 1. & 2. *Vesterhov.*

11. HYMENAEUM QUI CANTENT.] HYMENAEUM quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. ideo per laudem cantatur virginalibus nuptiis ob hujusmodi meritum. Alii, virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas praedonibus virgines, oppressis latronibus, intactas patriae restituerit. Alii, quod ὑμὴν dicatur membrana quaedam, qua est munita virginitas, quae primo disrumpitur coitu, HYMENAEUM putant, veluti *hymnum* vocari virginalium nuptiarum. Ergo hic accipe HYMENAEUM in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris *hymnum* Donatus. Catull. Carm. Nupt. LX. 3.

Surgere jam tempus, jam pingues linquere mensas:
Jam veniet virgo, jam dicetur Hymenaeus.
Hymen, ô Hymenaee, Hymen ades, ô Hymenaee.

Apulej. Metam. IV. *Domus tota lauris obsita, taedis lucida, constrepebat Hymenaeum.* De Hymenaeo autem, & cantico illo solenni vide Plaut

[12] Vin' tu huic ſeni auſcultare? *Aeſ.* Quid? *De.* Miſſa haec face;
Hymenaeum, [13] turbas, [14] lampadas, tibicinas: Atque

Plaut. Caſin. IV. 3. atque ibi Interpretes. Theocr. Idyll. XVIII. 56.

Ὑμὰν, ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.
Hymen, ô Hymenaee, nuptiis hiſce gaudeas.

Eundem putabant lampada ſeu facem extinguere, mortuo marito vel maritâ. Bion, Idyll. I. 86.

Αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος.
Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον. οὐκέτι δ' Ὑμάν,
Ὑμὰν οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος. ἄδεται αἲ αἴ.

Ipſam Cytheream adlamentantur Amores.
Extinxit totam facem in limine Hymenaeus,
Et coronam nuptialem expandit. non amplius Hymen,
Hymen non amplius cantilena eſt: cantatur ah ah! Veſt.

HYMENAEUM.] Carmen nuptiale, Epithalamium. ὑμέναιον Photius deducit ἀπὸ τοῦ ὑμεναίειν, Aeolice pro ὁμονοεῖν, quod concorditer noviter maritatos vivere optarent. *Farnab.* Confer & Servium ad Virg. Aen. I. 655.

12. VIN' TU HUIC SENI AUSCULTARE.] Contemſit ſe ipſum dicendo, HUIC SENI: hoc ſolum afferens cauſae, cur audiendus non ſit, quod ſit ſenex. Et totum hoc apparet laetiſſimo vultu dici. *Donatus.* Simile eſt Heaut. III. 3. 24.
Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare?
Meo tamen judicio, HUIC SENI quandam ſapit oſtentationem. q. d. Viſne meum ſequi conſilium, qui propter longam experientiam atque aetatem tē ſum prudentior.

13. TURBAS, LAMPADAS, FIDICINAS. Bene totum pluraliter: ut qui reprehendit ſic multa. *Plautus* [Curc. IV. 3. 14. ſed legitur

Atque [15] hanc in horto maceriam jube dirui,

tur nunc: *Quos tu mihi luscos libertos? quos* &c. *Vesterhov.*]

Quos tu mihi parasitos, luscos, quos Summanos somnias?

Haec igitur vultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti. *Donatus.* TURBAS, Turbam quae deducat sponsam. *Paraphrast. Delph.* Multitudinem convivarum. *Minell.* Prius placet. nisi forte intelligit Demea deductionem sponsae per viam publicam; quam deductionem tumultuosam fieri necesse erat, ob concursum multitudinis visendi cupidae.

14. LAMPADAS.] Faces quinque a pueris patrimis & matrimis praelatas. Adi quae adnotavimus ad Senec. Thebaid. vers. 507. *Farnab.* LAMPADAS.] His utebantur in nova nupta domum ducenda. Plaut. Cas. IV. 4. 16. An huc respexit Servator in parabola, quae Matth. XXV. 1. — 8. quae δέκα παρθένοι Theocrito Συνομάλικες, Pindaro παρθένοι ἑταῖραι vocantur. nisi per *lampadas* intelligit faces seu cereos, novae nuptae praelatos. Plaut. Curc. I. 1. 9. Cas. I. 30. Virg. Ecl. VIII. 29. Qui vero ex nuptiis sine facibus praelatis nascerentur pueri, σκότιοι dicti. quad indicat Scholiastes Homeri ad Iliad. Z. 24.

σκότιον δὲ ἑ γείνατο μήτηρ.

Σκότιον] Ἐκ λαθραίας μίξεως τὸν λάθρα γεγεννημένον, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κατὰ τὸν νόμον γαμηθείσης. τὸν ἐξ ἀδαδούχητων γάμων. Scilicet qui faces hasce praeferebant, δᾳδοῦχοι dicti. Vide Rosinum, V. 37. atque ibi Dempsterum. *Vesterhov.*

15. HANC, q. d. Quam ipse nôsti *. MACERIAM, parietem constantem ex lapidibus sine calce. *Minell.* Gulielm. Philander Castilionius ad Vitruv. II. 8. inquit: *Utuntur & sepiendis fundis atque hortis, maceriis, id est, ex puris caementis temere congestis, & sine arenato, parietibus.* Vesterhov.

Quantum poteſt: hac [16] transfer: unam fac domum:
Traduce & matrem, & familiam omnem ad nos.
Aeſ. Placet;
Pater lepidiſſime. *De.* [17] Euge! jam lepidus vocor.
[18] Fratri aedes fient perviae: [19] turbam domum
Adducet; [20] ſumtum admittet; [21] multa. quid mea?
[22] Ego lepidus ineo gratiam. [23] jube nunc jam
[24] Dinu-

16. Benè TRANSFER, utpote puerperam ab recenti partu aegrotam. Eſt autem in his Hyſterologia, nam praecedere debuit, UNAM FAC DOMUM, ɔ: ex domibus Micionis & Soſtratae fac unam quaſi domum, diruto pariete qui haſce diſcludit.

17. EUGE! JAM LEPIDUS VOCOR.] Apparet Demeam experiendi cauſa aſſentari, non quod animo faciat. *Donatus.* Haec verba, & quatuor verſus ſequentes, Demeam ſecum loqui ſuſpicor.

18. FRATRI AEDES &c.] Elegantius quam *Fratris.* Donatus. Fratris aedes omnibus patebunt. *Paraphraſtes Delph.* Domus fiet fratri tranſitu facilis. *Minell.* Mihi prior explicatio probatur.

19. An TURBAM intelligat familiam Soſtratae, & gregem muliebrem novam nuptam ſecuturum; an vero alienorum multitudinem, id eſt, populum, quem quaſi adducat frater in aedes ſuas per hortum patentem; incertum eſt. inclino tamen ad poſteriorem ſententiam. τὸ ADDUCET de Aeſchino intelligit Minellius.

20. SUMTUM ADMITTET.] I. e. Subibit, ſuſcipiet in ſe, ſuſtinebit, *Frater* ſc. Minellius reddit: adjunget, id eſt, faciet multos ſumtus, & longe majores ſolito.

21. MULTA.] *Alia ſuſtinebit.* ſubaud. *Paraphraſtes Delph. Alia fient incommoda.* ſubaud. *Minell.* Subaudirem potius, *impendet*, aut *impendenda ſunt illi.* Poteſt etiam eſſe Mimeſis verbi Micionis, conquerentis de ſumtuum nimietate. q. d. *Multa in iſtas nuptias impendere cogor.*

22. EGO LEPIDUS INEO GRATIAM.] Irridens adoleſcentis animum, ſic inquit. INEO GRATIAM.] *In gratiam eo*, hoc eſt, amicos comparo. *Donatus.*

23.

[24] Dinumeret illi Babylo viginti minas.

23. JUBE NUNC JAM.] Insultantis est verbum, JUBE [NUNC], tanquam praesenti [ita optime correxit Vesterhovius, cum in Donato legeretur, *praestet*.] Micioni hoc dicit Demea. JUBE NUNC JAM DINUMERET ILLI BABYLO &c.] Nimis morale est, quum de absente tanquam de praesente agimus. Est autem, JUBE NUNC JAM, figura etiam apud Plautum frequentissima. *Donatus*. JUBE NUNC JAM DINUMERET ILLI BABYLO VIGINTI MINAS.] Torsit hic versus viros eruditos. Dacieria legit: DINUMERET ILLIS BABYLO &c. Huic igitur BABYLO dicitur Micio, ob regiam opulentiam & liberalitatem; ILLIS valet Syro & Getae. Sed & Turnebo, Adversf. XX. 31. BABYLO dicitur Micio opulentus & prodigus. Barthio Adversf. XXI. 7. BABYLO est nomen actoris seu dispensatoris. Barlando BABYLO nomen proprium est Trapezitae. Mihi in tot sententiarum divortiis tutissimum videtur statuere, in verbis Demeae esse quasi μίμησιν verborum Micionis, dicere soliti Aeschino argentum postulanti, DINUMERET BABYLO VIGINTI MINAS. Insultans igitur fratri absenti, & secum loquens, nec Aeschinum alloquens ait: JUBE NUNC JAM: DINUMERET ILLI (Aeschino) BABYLO (trapezita) VIGINTI MINAS. q. d. Nae tu, frater, istius munificentiae dehinc obsaturaberis, neque semper foeneratorem Babylonem Aeschino cum illa familia viginti minas dinumerare jubebis. In MSS. plerisque omnibus est ILLE BABYLO vel BABILO, quomodo & edd. opt. Anon. Junt. anni 1469. Ald. plures. In MSS. Leidens. duobus τοῖς ILLE BABYLO suprascriptum, alteri *servus meus*, alteri *meus servus*. In MS. Lips. etiam s. *servus meus*. Vesterhov. Si legatur ILLE BABYLO, etiam intelligi potest, dispensator aut trapezita Micionis, & ILLE de hoc additum est, quasi de noto. ad DINUMERET autem subaudiri potest, aut *Aeschino*, aut *in sumtus*. q. d. Nunc tibi, Frater, occasio erit sat sumtuum faciendi. Interim tamen

[25] Syre, cessas ire, ac facere? *Sy.* Quid ago? *De.* [26] Dirue.
[27] Tu, illas, abi, & traduce. *Ge.* Di tibi, Demea, Bene faciant, quum te video nostrae familiae Tam [28] ex animo factum velle. [29] Dignos arbitror.

[30] Quid

tamen placet explicatio Vesterhovii, cui maximam partem praeivit Minellius. Conjecturae, sive potius castrationes, Guyeti & Boecleri, quorum ille duobus verssbus, hic uno truncat Authorem, indignae sunt quae memorentur. Idem dictum esto de Clerici, Nannii, & Scaligeri fictis lectionibus, locô vocabuli, BABYLO.

24. DINUMERET dixit, quasi multum numeret. ILLI.] Cui ILLI? Ctesiphoni? Lenoni? an Aeschino? an Syro? BABYLO.] Fratrem, *Babylonem* ob nimiam prodigalitatem vocat: an Aeschinum nimis prodigum? *Donatus.* Theodorus Pulmannus ex vetere Libro, ubi sine ulla litura scriptum erat, legit: DENUMERET ILLE: ABI, DO VIGINTI MINAS. Additque: *Verba sunt Demeae secum loquentis; qui quod in Micionem omnia cadere, & sese ab omni sumtu liberum esse cognosceret, in sinu, quod ajunt, gaudet: nimirum ex alieno aere liberalis. Hanc lectionem si recipimus, interpretes frustra hic ingeniosi sunt.* Edd. Tarvis. & Mediol. BABYLO ILLE. *Vesterhov.*

25. SYRE, CESSAS IRE, &c.?] Ἰδιωτικῶς dicitur. *Donatus.* Mox QUID AGO? dubitantis est, & haesitantis.

26. DIRUE.] Hoc vultu dicitur adhortantis. *Donat.*

27. TU ILLAS, ABI, ET TRADUCE.] Similis trajectio est Hec. IV. 4. 64.

Egi, atque oravi tecum,
uxorem ut duceres. Vest.

Ordo est: *Tu abi, & illas traduce.* In loco Hecyrae nihil opus est trajectionem verborum fingere, teste vel ipso Vesterhovio ad eundem locum.

28. *Ex animo alicui facere*, est id facere, quod ille [cui fit] animo suo velit: aut certe ex tota mente praestare, non perfunctorie. sed EX ANIMO FACTUM, bene

fa-

[30] Quid ais tu? *Aes.* Sic opinor. *De.* [31] Multo rectiu 'st,
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. *Aes.* Nihil enim vidi melius, mi pater.
De. [32] Sic soleo. sed eccum, Micio egreditur foras.

factum intelligere debemus, ut sit, Ex ANIMO, quasi ex sententia. *Donatus.* FACTUM VELLE.] H. e. adeo promtum esse in adjuvanda familia nostra. Plaut. Bacchid. III. 3. 91.
Serva tibi sodalem, & mihi filium. MN. Factum volo. Symmachus in Epistolis saepius. Idem *velle caussâ alicujus* dixit Cicero. *Vesterhov.*

29. DIGNOS ARBITROR.] Multa desunt, & *Vos* & *esse*, & *Qui fiant* [i. e. ut ea vobis fiant, quae vultis. Forsitan scripsit, *Quibus fiant*, vel *fiat.* sensu eodem.] *Donatus.*

30. QUID TU AIS?] Eo vultu dicitur QUID TU AIS? quo videmus loqui eos, qui interrogant gesticulante vultu, quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse. *Donatus.* SIC OPINOR.] Forsitan haec verba etiam sunt tribuenda personae Demeae. ut sit: SIC, OPINOR, MULTO RECTIUS EST, sc. *disjectâ maceriâ, per hortum ad nos transferri novam nuptam.* Certè in ore Aeschini istud verbum, OPINOR, minus mihi significans, atque adeo frigidius esse videtur, quam circumstantiae & fervidum ejus ingenium postulant.

31. RECTIU 'ST.] Aptius, convenientius.

32. SIC SOLEO.] Potest εἰρωνεία videri. quippe quando tale consilium probat Demea, quod probaret adolescens. [Malim haec interrogative capere, & *probabat*, pro *probat* legere.] *Donatus.* SIC SOLEO.] Ita Eun. II. 2. 48. *Vesterhov.* SIC SOLEO.] Sc. *suadere bene.* Formula applaudendi sibi ut supra aliquoties; nec sine εἰρωνεία tamen, quasi vero aedes suas in filiorum gratiam diruere sit solitus. *Minell.*

ACTUS QUINTI
SCENA OCTAVA.
MICIO. DEMEA. AESCHINUS.

Mi. [1] JUBET frater? ubi is eſt? tune jubes hoc, Demea?
De. Ego [2] vero jubeo, & in [3] hac re, & aliis omnibus,
Quam maxume [4] unam facere nos hanc familiam;
[5] Colere, adjuvare, adjungere. *Aeſ.* Ita quaeſo, pater.
Mi. Haud aliter cenſeo. *De.* Immo hercle [6] ita nobis decet.

[7] Primum

1. JUBET FRATER?] *Apparet Micionem dixiſſe*, Cur diruis? *Syrum reſpondiſſe*, Quia hoc jubet frater tuus. *Donatus.*

2. VERO.] Sane, profectò. aſſeverantis vocula.

3. HAC RE.] Maceriae disjectione. ET ALIIS OMNIBUS.] Ut nuptiis ſenilibus. *Donatus.*

4. UNAM FACERE, ſub. cum noſtra. QUAM MAXUME, Quantum fieri poteſt. *Paraphraſtes Delph.* & *Minell.*

5. COLERE, ad nurum pertinet: ADJUVARE, ad Hegionem: ADJUNGERE, ad Soſtratam. Et notandum *Coli* a ſuperiore. ut, [Virg. Aen. I. 16.]
Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma.
COLERE.] Subauditur *Jubeo*, per ζεῦγμα. Donatus. COLERE.] Amicitiam, ADJUVARE. Familiam inopem, & Hegionem cognatum, ADJUNGERE. Affinitatem. quod *Adſtringere* dixit Plautus, Trin. III. 2. 73. *Veſt.* COLERE, Amare, honorare. Sic ſupra [III. 2. 54.] *Et nos coluit maxime.* ADJUNGERE, Per affinitatem conjungere ac devincire. *Minell.*

6. ITA NOBIS DECET.] Antiqui ſi addebant ſtatim verbum, *Nos decet facere*, *nos decet dicere*: ſi non adde-

7 Primum hujus uxoris est mater. *Mi.* Quid postea?
De. 8 Proba & modesta. *Mi.* 9 Ajunt. *De.* Natu grandior.
Mi. 10 Scio. *De.* 11 Parere jam diu haec per annos non potest:

Nec,

debant, *Nobis decet*, dicebant. *Donatus*. Vide supra III. 4. 45. & animadverte pugnetne secum Donatus. Nos DECET per ellipsin effertur, & accusativus sequens a verbo infinito regitur. *Vesterhov.*

7. PRIMUM HUJUS UXORIS EST MATER.] Incipit a persuasione, sed latenter, ita ut ea quae proposito consilio dicenda erant, ante demonstrârit, quam dicat, quid fieri velit. Et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus, a quibus incipere non oportet, propter turpitudinem, aut incommoditatem rei, quae persuadenda est. Considera adeo apud *Virgilium* [Aeneid.V.606. seqq.], ubi persuadet Iris matribus, ut naves suas incendant: & invenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quamplurima,

Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes. Don. Ex abrupto transit ad commendandum Sostratam fratri in matrimonium; & primum argumentum sumit ab affinitate.

8. PROBA ET MODESTA.] PROBA sibi [i. e. in se, suâ naturâ]: & MODESTA apud alios [i. e. in vita, & moribus.] Et vide laudes conciliatoribus inventas & usitatas. *Donatus.*

9. ITA AJUNT.] Hoc ita respondet, quasi dicat, *Sed quid mea?* Donatus.

10. SCIO.] Adhuc Micio non intelligit, quò res tendat: sed tamen vultu quodam admirantis, cur hoc dicatur, respondet. *Donatus.*

11. PARERE JAM DIU HAEC PER ANNOS NON POTEST.] Hoc addidit, ne contra filios pater suadere videatur nuptias, si illis cohaeredes procreandos suadeat. HAEC PER ANNOS &c.] Bene PER ANNOS: quia non est sterilis. *Donatus.* PER ANNOS.] Sic Eun. I. 2. 33. *Vesterhov.*

Nec, qui eam [12] respiciat, quisquam est: [13] sola est.
Mi. Quam hic rem agit?
De. [14] Hanc te aequom 'st ducere: & te operam, ut fiat, dare.
Mi. [15] Me ducere autem! *De.* Te. *Mi.* Me? *De.* Te, inquam. *Mi.* Ineptis. *De.* [16] Si tu sis homo,

Hic

12. QUI EAM RESPICIAT.] Curam ejus gerat. Supra III. 2. 55. *Vesterhov.* Adjuvet, tueatur. *Minell.*

13. SOLA EST.] H. e. Deserta vivit, nec amicum habens nec patronum. And. II. 3. 7. Eun. I. 2. 67. Supra III. 1. 4. *Vesterhov.*

14. HANC TE AEQUOM 'ST DUCERE.] TE, Micio, scilicet. ET TE OPERAM.] TE, Aeschine. nam ad illum conversus a Micione est. Et quare Aeschinum operam dare aequum est? scilicet ut prosit socrui. *Donatus.*

15. ME DUCERE AUTEM.] Magna vis in pronominibus posita est. nam ME ille sic dicit, quasi quem minime deceat. TE.] Ille sic respondet, quasi quem maxime oporteat. *Donatus.* AUTEM.] hic, & mox versu 12. abundanter, servit indignationi.

16. SI TU SIS HOMO.] Non SI ES, sed SIS, dixit: quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. SI TU SIS HOMO] Aeschine. SI SIS, pro, Si esse volueris, &, credi homo volueris.— Facete & mire coëgit Aeschinum ad persuadendum. non enim dixit, SI TU SIS HOMO, *persuade:* sed sic, FACIAT: ut ab illo non factum, sed effectum exigeret. *Donatus.* SI TU SIS HOMO.] Formula leviter reprehendendi. Supra I. 2. 27. *Vesterhov.* Mihi suspicio est, SI TU SIS HOMO, dici Micioni, ut reddatur illi verbum suum, quod modo allegavit Vesterhovius: HIC FACIAT autem, de Aeschino dici, pro efficiet, ɔ: obtinebit, impetrabit, *abs te sc. ut hanc ducas uxorem.* & SI HOMO SIS, pro, *Si humanus sis*, ɔ: humano sensu & ingenio praeditus: reprehensio non ita levis, ut censet Vesterhovius.

Hic faciat. *Aes.* [17] Mi pater. *Mi.* [18] Quid? tu autem huic, asine, auscultas? *De.* Nihil agis:
Fieri aliter non potest. *Mi.* [19] Deliras. *Aes.* Sine te exorem, mi pater.
Mi. [20] Insanis? aufer. *De.* Age, [21] da veniam filio. *Mi* Satin' sanus es? ego
[22] Novus maritus anno demum quinto & sexagesimo
Fiam! atque anum [23] decrepitam ducam! [24] idne estis auctores mihi?

Aes.

17. Mi vocativus casus nunc est, ab eo quod est *Meus.* Donatus.

18. Quid? tu huic, Asine &c.?] Aptum convicium grandi & fatuo. *Donatus.*

19. Deliras.] Proprio vocabulo usus est, tanquam loquaci. *Donatus.*

20. Insanis? Aufer.] Congrue seni Deliras: juveni Insanis. Et Aufer, vel. *te:* vel *manum:* nam rogans manum admovet scilicet, dicens Mi pater. *Donatus.* Aufer.] Sub. Manum & dicta, ad utrumque enim commode refertur, si statuas Aeschinum manu demulcentem, & laeto gestu orasse patrem. Phorm. I. 4. 46, & V. 6. 18. *Vesterb.*

21. Da veniam filio.] Vide mox ad vers. 18.

22. Ego novus maritus.] Apud Menandrum senex de nuptiis non gravatur. Ergo *Terentius* εὐρητικῶς. Ego novus maritus anno &c. Hic deest & *Quis*, & *Quid*, & *Quando*, & *Quomodo*: ut sit, *Quis?* Ego. *Quid?* Novus maritus. *Quando?* Anno demum. &c. *Quomodo?* Anum decrepitam ducam. *Donatus.* Anum decrepitam.] Suet. Oth. 2. *Quamvis anum, ac penè decrepitam.* Vid. ad Eun. II. 1. 25. *Vesterhov.* Novus maritus, sponsus, dictum est ad eundem modum, ut *Nova nupta.*

23. Decrepitam, aut stomacho anili & iracundo: aut

Aes. Fac: promisi ego illis. *Mi.* Promisti autem? [25] de te largitor, puer.

De. Age, [26] quid, si quid te majus oret? *Mi.* Quasi non hoc sit maxumum.

De. [27] Da veniam. *Aes.* [28] Ne gravare. *De.* Fac, promitte. *Mi.* [29] Non omittis?

Aes.

aut DECREPITAM obtusi animi & laesae senectutis. aut DECREPITAM, cui saepe moribundae * crepuerit planctu familia, id est, clamaverit. *Donatus.* * CREPUERIT.] Vide Donatum ad Eun. II. 1. 25. *Vesterhov.*

24. IDNE ESTIS AUCTORES MIHI?] Hoc est, persuasores. ut *Virgil* [Aen. XII. 159.]
Auctor ego audendi. Donat. Plaut. Pseud. I. 3. 2.
Quid *mihi es* auctor?
Adde Poen. I. 3. 1. Mil. IV. 3. 1. *Vesterhov.* ID ESTIS AUCTORES.] Aut per Enallagen dicitur, pro, *ejus estis auctores;* aut per Ellipsin, τοῦ, *ut faciam.*

25. DE TE LARGITOR, PUER.] LARGITOR, Verbum est imperativi modi, futuri temporis. Acutius DE TE dictum est, quam *de tuo.* Et bene in eum, qui promiserat puellae conjunctionem suam. *Donatus.* Dixit DE TE, ut Plautus Menaechm. III. 3. 21.
AN. Da *sodes*, abs te; *post ego reddidero tibi.*
ME. *Immo* cedo abs te.
Pseud. II. 4. 45.
possum a me dare.
Cur autem dixit, PUER, quum Aeschinus jam esset maritus? scilicet est blanda objurgatio; notante Nannio ad Virg. Ecl. IX. 66. *Vesterhov.*

26. QUID, SI QUID TE MAJUS ORET?] Formula persuadendi, etiam sacris literis usitata. Vide 2. Reg. V. 13. *Vesterhov.*

27. DA VENIAM.] Praesta beneficium, concede quod petitur. *Donatus.* Eodem sensu Virgilius Aeneid. IV. 435.
Extremam hanc oro veniam. Ubi confer Servium. Evolve & Sinceri Ind. Latinum in Corn. Nepotem.

28. NE GRAVERE.] Ne te difficilem praebeas. quis gra-

Aes. Non, nisi te exorem. *Mi.* [30] Vis est haec quidem. *De.* [31] Age, prolixe, Micio.

Mi. [32] Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea

Videtur, [33] si vos tantopere istuc voltis, fiat. *Aes.* Bene facis:

[34] Me-

gravem se dicitur *praestare*, qui id facile non praestat in beneficio, quod potest. DA VENIAM, NE GRAVERE. FAC, PROMITTE.] Altrinsecus agentium, fatigantiumque verba sunt. *Donatus.* NE GRAVARE.] Ita MSS. plurimi, & plusculae optimae notae edd. Plautus, Stich. I. 3. 32. *Promitte vero!* ne gravare. *Vesterhov.*

29. LIBRI quidam, NON OMITTITIS? forte, quod & Demea & Aeschinus instare simul videntur; & si NON OMITTIS? dixisset; videtur non Aeschinus, sed Demea respondere debuisse. *Vesterh.*

30. VIS EST HAEC QUIDEM.] Formula, qua utebantur arctius pressi & oppressi. Plaut. Capt. III. 5. 92.
Vis haec quidem *hercle* est. Sic Caesar quum videret, se peti mucronibus, *Ista quidem vis est*, inquit, apud Suet. Caes. 82. Turneb. Adversf. XIV. 7. *Vesterhov.*

31. AGE, PROLIXE.] H. e. Benigne, liberaliter. Cic. Fam. VII. 5. *Neque mehercule minus ei* prolixe *de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.* Vest.

32. ETSI HOC MIHI PRAVUM &c.] PRAVUM, si anum ducit nullo commodo suo. INEPTUM, qui non voto filiorum ducat uxorem. ABSURDUM, homini qui nunquam duxerit, & nunquam ducere voluerit, seni duci uxorem, quae adolescenti ducta non sit. *Donatus.* ABSURDUM.] Indignum auditu. *Absurdum* enim dicitur, a quo, tanquam indigno quod audiatur, avertimus aures ut surdi. *Minell.*

33. SI VOS TANTOPERE ISTUC VOLTIS.] Cur hic non vertitur [forte sensus verbi hic est, *agitur*, *tractatur*.] de voluntate Sostratae? An quia illam consentire necesse est, vel propter pauperiem, vel ob amorem filiae suae? SI VOS

34 Merito te amo. *De.* 35 Verum, quid ego dicam?
36 Hoc confit, quod volo.
37 Quid nunc, quod restat? 38 Hegio his est cognatus proxumus,

39 Affinis

VOS — VOLTIS, FIAT.] Ridiculè dixit & comice, uxorem se ducere, non quia velit, aut debeat: sed ut obsequatur jubentibus. *Donatus.*

34. MERITO TE AMO.] Haec Rob. Stephanus Demeae tribuit. Et sane requirebatur, ut & is impetrans, quod tantopere expetiverat, gratum animum testaretur Micioni. Sic And. III. 3. 42. Simo postquam impetrasset nuptias filiae Chremetis:

Merito te semper maxumi feci.

Eun. I. 2. 106. Thais impetrato biduo a Phaedria:

Merito te amo. Vestorh.

35. Verum quid ego amplius faciendum proponam: quandoquidem omnia, quae volui & proposui, facta sunt. Verba sunt Demeae secum loquentis, & meditantis sibi novam comitatis laudem; Micioni aliam exercendae liberalitatis materiam. *Minell.*

36. HOC CONFIT, QUOD VOLO.] Perficitur, inquit, quod volo: ut sumtum & turbam domum recipiat Micio, & ego ineam gratiam. [Vid. Scen. praeced. vers. 14. 15. 16.] *Donatus.* Hoc CONFIT.] Mss. Leid. tres, Mark. Lips. Bodl. & duo Boecleri, Hoc CUM FIT. Ms. Boend. QUUM FIT QUOD VOLO. And. I. 1. 139.

restat Chremes,
Qui mihi exorandus est; &
spero, confore.

Cic. Fam. IV. 5. *Per quos ea* (consolatio) confieri *debet.* Virg. Aen. IV. 115.

qua ratione, quod instat,
Confieri *possit, paucis, adverte, docebo.*

Ubi vide Pierium. *Vesterhov.*

37. QUID NUNC, QUOD RESTAT?] Arte factum, ut plura suasurus, hoc tanquam ultimum proponeret. *Boeclerus.* QUID NUNC, Sub. *Dicis ad id*, QUOD &c.

38. HEGIO HIS EST COGNATUS PROXUMUS.] Commendatio personae quasi no-

tae:

[39] Affinis nobis, pauper: [40] bene nos aliquid facere illi decet.
Mi. Quid facere? *De.* Agelli eſt hic [41] ſub urbe paullum, [42] quod locitas foras:
[43] Huic demus, qui fruatur. *Mi.* Paullum id autem? *De.* [44] Si multum ſiet, tamen

Fa-

tae: etiam Micioni, ob merita ſua. Et bene addidit PROXUMUS: nam multi gradus & veluti rami ſunt propinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. *Donat.*

39. AFFINIS NOBIS.] Recte. nam uxoris cognati, marito affines ſunt. PAUPER.] Jam hoc nomine apparet aliquid flâgitari. *Donatus.* AFFINIS NOBIS.] Sic Plaut. Trin. V. 2. 39.
CH. *Spondeo.* CA. *Et ego ſpondeo idem hoc.* LY. *Oh! ſalvete* affines *mei.* Veſt.

40. BENE NOS ALIQUID FACERE ILLI &c.] Sic ſupra V. 5. 6. *Veſterhov.*

41. SUB URBE.] Periphraſis, pro agro ſuburbano. Plaut. Trin. II. 4. 107.
Philto; eſt ager ſub urbe hic *nobis.*
Martial. XI. 18. 1.
Donaſti, Lupe, rus ſub urbe *nobis.* Veſterhov.
SUB URBE EST PAULLUM AGELLI HIC.] Totum cum contentione pronuntiandum. *Donatus.*

42. FORAS dixit, locum pro perſona ponens; quaſi diceret, *Neſcio cui alieno.* Donatus. FORAS.] Praeſtat haec lectio prae quorundam Librorum FORIS. Donatus dubitat [exponit tamen, *foris poſito*, id eſt, alieno.] Veſterhov.

43. HUIC DEMUS, QUI FRUATUR.] Id eſt, qui fructum capiat, non proprietate potiatur. Proprie ergo, & quaſi de jure dixit FRUATUR. eſt autem FRUATUR, alatur: quia *Frumen* dicitur ſumma gula, per quam cibum lingua demittit in ventrem. *Donatus.* HUIC DEMUS, QUI FRUATUR.] H. e. Uſufructuarium conſtituamus, ut annuos fructus & reditus percipiat, ipſo agro manente noſtro. Ita paſſim Cicero & Livius. *Veſterh.*

44. Guyetus non cepit vim τȢ SI, reponens, ETSI MULTUM EST. Valet enim SI idem quod ETSI, paſſim apud

Faciundum eſt: [45] pro patre huic eſt: [46] bonus eſt: noſter eſt: * recte datur.

Poſtremo [47] non meum illud verbum facio, quod tu, Micio,

[48] Bene

apud Comicos, & auctores alios. *Veſterhov.*

45. Pro patre huic est.] H. e. Loco patris & officio patris functus. Sic Eun. II. 3. 83. *Veſterhov.* Huic, Philomenae nurui noſtrae. *Minell.*

46. Bonus est: Noster est: Recte datur.] Ἐπιτροχασμὸς hortantis, & ἀσύνδετον multa congerentis. Bonus est: Noster est.] Haec omnia vultuoſè, tanquam invidiam parſimoniae faciat Micioni. *Donatus.* Noster est, Amicus & affinis ſc.

* Recte datur.] Quaſi non quaeratur, an dandum ſit: ſed illud ſolum, an Recte [detur.] *Donatus.* Recte datur.] H. e. tutò; nec eſt quod metuas, ne agellum tuum in perpetuum perdas, vel, ne quidquam ejus bonitati decedat, ſi huic homini cum fruendum dederis. Sic *recte damus literas*, cui tuto committimus. Cic. Fam. XIV. & XVI. paſſim. *Veſterhov.* Recte, juſtè, merito collocatur apud talem virum beneficium, cum bonus ſit & noſter. *Minell.* Dignus eſt cui detur. *Paraphraſt. Delph.*

47. Non meum illud verbum facio.] Nunc Verbum pro ἀξιώματι poſuit, quod uno ſtringitur verbo. Ergo Verbum, brevis ſententia. Non meum — Verbum &c.] — Verbum dixit, veram ſententiam. nam verba eſſe a veritate teſtatur Varro. *Donatus.* Non vindico mihi illud dictum, tam ſapientis dicti laudem tibi praereptam nolo. *Farnab.* Nuperi quidam Editores, Nunc meum illud verbum &c. expreſſerunt. q. d. Demea, idem nunc ego, quod tu dudum dixiſti, dico. Verum ſi rem recte putes, id vult Demea: poſtremo fac cogites, quid dudum bene ac ſapienter dixeris. Tuum id verbum eſt, non meum. quanto magis cavendum, ne dicta factis non reſpondeant. *Veſterhov.* Poteſt ſanè illud, Non meum facio, ex-

[48] Bene & ſapienter dixti dudum: *Vitium commune omnium eſt*,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc [49] maculam nos decet
Effugere. dictum eſt vere, & [50] re ipſa fieri oportet.
Mi. Quid iſtic? dabitur: [51] quandoquidem hic volt. *Aeſ.* [52] Mi pater,
De. [53] Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. *Mi.* Gaudeo.
De. [54] Suo ſibi gladio hunc jugulo.

exponi: Nolo ad me applicari, aut, in me quadrare. at hoc ideo non probatur Minellio; quod Demea culpam avaritiae non ſatis a ſe amoveat, cum non de ſe largiatur, ſed fratrem modo ad largiundum hortetur.

48. BENE ET SAPIENTER.] Formulae ſpeciem habet. *Veſterhov.*

49. HANC MACULAM &c.] MACULAM τῷ χλευασμῷ dixit, irridens opinionem Micionis: qua parſimoniam, MACULAM putet. Et ſimul auxit, primo VITIUM, deinde MACULAM dicendo. *Donatus.* Ergo MACULAM, probrum, ignominiam.

50. RE IPSA FIERI OPORTET.] Tu dicti veritatem re ipſa comprobabis. *Boecler.* Ad τὸ FIERI ſubaudiendum eſt *verum*, ex priori. * Guyetus & Heinſius, poſt OPORTET, addunt MICIO. Habet autem repetitio nominis elegantem uſum in perſuaſionibus. *Veſterh.*

51. QUANDOQUIDEM, pro *ſi*, *dummodo.* HIC, Aeſchinus.

52. MI PATER.] Sc. Fac, quod ſuadet Demea, da fruendum Hegioni hunc agrum. *Boecler.* Blandientis eſt dictum & applaudentis. *Minell.*

53. GERMANUS PARITER CORPORE ET ANIMO.] Sic ſupra V. 7. 4. Plaut. Caſ. III. 4. 25.
Nunc tu mihi amicus es germanum in modum. Veſt.
CORPORE, naturâ, cognatione, ſanguine. ANIMO, amoris affectu.

54. SUO SIBI HUNC GLADIO JUGULO.] Ἀλληγορία. Et non suo, ſed suo SIBI,

 mo-

moraliter, & ut veteres solent. *Donatus.* H. e. Suis ipsius dictis & sententiis constrictum teneo. Cic. pro A. Caecina 29. *Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur, necesse est.* Seneca Controv. XXIV. non minus eleganter: *In suis illum castris cecidit.* Barthius Adverſ. XXXV. 1. laudat Ambrosii dictum: *Loquimur plerumque, quod inimicus excipiat, & quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est, alieno gladio, quam nostro perire.* Conjunctio autem vocum SUO SIBI familiaris est Plauto. Sic Capt. I. 1. 13.

Suo sibi succo vivunt. Vest.

ACTUS QUINTI

SCENA NONA.

SYRUS. DEMEA. MICIO. AESCHINUS.

Sy. [1] FACTUM est, quod justi, Demea.
De. [2] Frugi homo es. ego [3] aedepol hodie mea quidem sententia
Judico [4] Syrum fieri esse aequom liberum. *Mi.* Istunc liberum?

[5] Quod-

1. FACTUM EST, &c.] Id est, diruta est maceria. *Donatus.* JUSTI.] In Libris nonnullis est JUSSISTI. *Vest.*

2. FRUGI HOMO ES.] Utilis, ut fruges. *Donatus.* Laus servi. Vid. Eun. III. 5. 60. Plautus *servum frugi* opponit servo *nequam.* Cas. II. 3. 37. 39. *Vesterb.*

3. AEDEPOL HODIE MEA QUIDEM SENTENTIA JUDICO SYRUM &c.] Hoc est quod jamdudum promiserat Syro: sed nunc opportune. videtur enim modo meritum praecessisse. Et, SENTENTIA JUDICO, κυριολογία. [Mf. περισσολογία. Lindenbr.] Donatus.

4. Ordo: *aequom esse Syrum fieri liberum.*

[5] Quodnam ob factum? *De.* [6] Multa. *Sy.* O noster Demea! aedepol vir bonus es.
[7] Ego istos vobis usque a pueris curavi ambos sedulo:
Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui, omnia.
De. [8] Res apparet: [9] & quidem haec porro; [10] obsonare, cum fide

5. QUODNAM OB FACTUM?] Jure. ascribi enim causas manumissionis, in jure formula est. *Donatus.* Marcian. l. 9. & seqq. π. de manumiss. & vind. *Lindenbrog.*

6. Multa.] Oratorie maluit generaliter dicere, quam quaerere specialiter, quod invenire non possit. Et Micio singulariter unum quaerit, hic pluraliter multa respondet. *Donatus.*

7. EGO ISTOS VOBIS &c.] Intelligit Syrus, laborantem pro se Demeam non habere quod dicat: & ideo ipse prosequitur ordinem meritorum: secundum quem apparet, paedagogum fuisse. *Donatus.* Sic And. III. 4. 17. Heaut. III. 3. 33. Vid. Joh. Jac. Claudii Tract. de Nutricibus & Paedagogis. *Vesterh.*

8. RES APPARET.] Mire irridet Demea, sic tamen ut serio agere videatur. *Donatus.* Experientia monstrat, ɔ: vita filiorum, quod bene iis praeceperis omnia.

9. ET QUIDEM HAEC PORRO.] Minellius subaudit, *docuisti sequentia.* Malim subaudire *officia*, ex versu 9.

10. OBSONARE, CUM FIDE SCORTUM ADDUCERE.] Ita distinguere malui cum Juntis, Aldo, Rob. Stephano, Heinsio, pluribus: quam cum aliis, OBSONARE CUM FIDE, SCORTUM ADDUCERE. quasi sensus sit, ita obsonare, ut non carpserit furtimve praelibarit quid, sed emta in foro & macello fideliter domum retulerit, quomodo placebat Cl. Graevio. Quodsi ita distinguas, παράλληλον erit illud Plauti, Rud. Prol. 29. *Quique aetatem agitis cum pietate &* cum fide. Et Flori, II. 18. 16. *Asseruit* cum fide *socios.* Est

Scortum adducere, [11] apparare de die convivium.

Non

Est autem CUM FIDE SCORTUM, *meretricula fidicina.* Vesterhov.

II. APPARARE DE DIE CONVIVIUM.] Id est, repente, neque ante praedictum, nec pridie constitutum. *Donatus.* Si tamen genuinus Donatus; quem mirum sit prisci moris & sermonis tam imperitum fuisse. Olim enim (ab Hippocratis usque temporibus certe, ut ex ipso liquet) rarus erat prandiorum usus. sed nec alia (quibus in usu prandia fere, quam parvi & privati (ut Plinii verbo utar) refectus. *De die* autem *potare*, vel (quod idem est) *epulari*, semper probro datum, ut intemperantis & voluptuariae vitae argumentum. Ita Q. Curtius [V. 7. 2. ubi vide Freinshem.] luxum Alexandri notat, quod *de die convivia iniret*: & Livius Poenorum, quod *de die epularentur*. DE DIE autem cum dicitur, *medio* supplendum est, quod expressit Horatius [Serm. II. 8. 3.] *De medio potare die*: cum sol adhuc altus, nec multo plus medii confecit itineris. Nam alioquin coena quoque ante solis occasum, non coepta tantum, sed peracta multis. *Farnab.* APPARARE DE DIE CONVIVIUM.] Id semper probro datum, etiam Apostolis Petro & Paulo testibus; illo Act. II. 15. hoc 1. Thessal. V. 7. Frugi autem homines coenam auspicabantur. hora nona vel decima, atque adeo non jam affecto, sed mortuo die; luxuriosi vero DE DIE. Catull. Carm. XLV. 5.

Vos convivia *lauta*, *sumtuose*
De die facitis.

Horat. Epist. I. 14. 34.

Quem bibulum liquidi media
de luce *Falerni*.

Cicero Philipp. II. 34. *Non solum* de die, *sed etiam in diem vivere.* Suet. Calig. 37. *Discumbens de die.* & Ner. 27. *Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat.* Cicero, *tempestiva convivia*, & coenas *tempestivas vocat.* Eodem sensu Curtius VIII. 1. 22. *Solenni & tempestivo adhibetur convivio*, dixit. *Vesterhov.* Hoc Horatius, Carm. II. 7. 6. & 7. nominat *Diem frangere*; & Carm. I. 1. 20. *Partem solido demere de die.* si Minellio credimus.

[12] Non mediocris hominis haec sunt officia. *Sy.* O lepidum caput!
De. Postremo, hodie in Psaltria hac emunda, [13] hic adjutor fuit,
Hic curavit: [14] prodesse aequom 'st: alii meliores erunt.
[15] Denique hic volt fieri. *Mi.* Vin' tu hoc fieri? *Aes.* Cupio. *Mi.* Si quidem

12. NON MEDIOCRIS &c.] Subridentem haec dixisse Demeam, argumento sunt Syri verba, quae mox sequuntur. *Vesterh.* Non quilibet haec efficere potest, a singulari ingenio proveniunt. *Minell.* O LEPIDUM CAPUT! O HOMO festive & jucunde. *Minell.*

13. HIC ADJUTOR FUIT.] In re bona *Adjutores*, in re mala *Impulsores* dicuntur [Ita quidem Eun. V. 6. 18. & supra IV. 2. 21. non item Hec. IV. 4. 65. Raro aliter Cicero. vid. Nizol. *Vesterbov.*] Ergo HIC ADJUTOR dicitur a non irascente: a criminante autem & irato *Impulsor.* — De more repetitum est HIC: quum dicitur, HIC ADJUTOR FUIT, HIC CURAVIT. Sic enim solemus onerare audientem meritis ejus quem laudamus. Deinde quid non praestitit, qui & officium corporis, ut ADJUTOR: & curam animi praebuit, ut consultor? *Donatus.* CURAVIT, curam adhibuit, aut curâ suâ effecit, ut emeretur, Donatus in fine suae Observ. videtur intellexisse, *auctor fuit.*

14. PRODESSE AEQUOM 'ST.] Id vult, aequum esse operam Aeschino navatam prodesse Syro. Libb. quidam legunt: OMNIA PRODESSE. *Vesterbov.* ALII MELIORES ERUNT.] Sensus est, Alii servi, ubi videbunt, Syrum libertate donari, & ex virtutibus suis ornari, eadem spe ducti meliores erunt. *Vesterbov.*

15. DENIQUE HIC VOLT FIERI.] Abutitur Demea sciens prodigam voluntatem adolescentuli. *Donatus.*

Tu vis, [16] Syre, eho! accede huc ad me: liber esto. *Sy.* Bene facis:
Omnibus gratiam habeo: & [17] seorsum tibi praeterea, Demea.
De. [18] Gaudeo. *Aes.* Et ego. *Sy.* Credo. utinam hoc [19] perpetuum fiat gaudium,
[20] Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam.
De. Optimam quidem mulierem. *Sy.* Et quidem tuo nepoti, hujus filio,

[21] Hodie

16. SYRE, EHO! ACCEDE HUC AD ME.] Utrum ut eundem manu emittat, an ut palam fiat, jubet propius accedere, juris publici consuetudine ludens? & vide quam Comicam manumissionem, quam facete induxerit atque condigne. *Donatus.* ACCEDE HUC AD ME.] Ut te circumagam; qui usitatissimus manumissionis ritus. Persius, [Sat. V. 75. & 76.] *Quibus una Quiritem* (i. e. liberum hominem) *Vertigo facit*. Farnab. Haec audiens Syrus adsilit. unde continuo Micio, LIBER ESTO, inquit. Confer Phaed. II. 5. 21. seqq. Plaut. Epid. V. 2. 65.
Ob eam rem liber esto. *Vest.*

17. SEORSUM TIBI PRAETEREA, DEMEA.] Effecit Demea plus quam volebat. nam qui conabatur amari, praefertur etiam his qui amantur. *Donatus.*

18. GAUDEO. AES. ET EGO.] Gratulantium Syro haec verba sunt: quibus de more ille, CREDO, respondet. *Donatus.*

19. PERPETUUM FIAT GAUDIUM.] Integrum, solidum, & nusquam interruptum. *Donatus.* PERPETUUM.] Solidum. quale esse non poterat, Syro libero, Phrygia non libera. Nisi fortasse id voluit novus libertus, *Utinam me inter amicos manumissum solenni etiam vindicta liberes.* Sic Plaut. Menaech. V. 9. 87. & 88. *Vesterhov.*

20. PHRYGIAM UT UXOREM MEAM.] Ut ipse Syrus, ita uxor PHRYGIA: secundum veteres, qui servis nomina a nationibus imponebant. *Donatus.*

[21] Hodie primam mammam dedit haec. *De.* [22] Hercle vero ferio,
Si quidem primam dedit, haud dubium, quin [23] emitti aequom fiet.
Mi. [24] Ob eam rem? *De.* Ob eam. poftremo a me argentum, [25] quanti eft, [26] fumito.
Sy. [27] Dî tibi, Demea, oro, omnes femper omnia optata offerant.

21. HODIE PRIMAM MAMMAM DEDIT HAEC. Ridiculum meritum: fiquidem oportuerit primam effe quamcunque. *Donatus.* PRIMAM MAMMAM DEDIT.] Τὸν τιτ-θὸν ἔδωκε. Plaut. Truc. II. 5. 1.
Puero ifti date mammam.
Menaechm. Prol. 19.
Ita forma fimili pueri, uti mater fua
Non internofcere poffet, quae mammam dabat:
Neque adeo mater ipfa, quae illos pepererat.
Mff. Bodl. Graev. PRIMA MAMMAM DEDIT. *Vefterhov.*

22. HERCLE VERO SERIO.] Adverbia funt confirmantia. παρέλκον. Donatus. Interrogativè accipit Paraphraftes Delphini. Melius fubauditur, *dico.*

23. Extra fervitutem mitti, liberam fieri. *Minell.*

24. OB EAM REM?] Hoc eo vultu dicit, quo rem velut excutimus, & oftendimus momenti effe nullius. *Donatus.*

25. QUANTI EST.] Quanto pretio valet. *Donatus.* Quanti tibi aeftimatur Phrygia. *Vefterhov.*

26. SUMITO.] Accipito. Heaut. III. 1. 56. Plaut. Pfeud. I. 5. 93.
tu mihi hercle argentum dabis:
Abs te *equidem* fumam. *Vefterhov.*

27. DI TIBI, DEMEA, ORO OMNES — OMNIA OPTATA OFFERANT.] Formula bene precandi. Plaut. Capt. II. 2. 105.
Di tibi omnes omnia optata afferant.
Ubi itidem *offerant* malim quam *afferant*. Vel, quod eft in Mf. Boend. *optata ferant.* atque ita eft in edit. anni 1469. Horat. Carm. III. 16. 43. *bene*

Mi. Syre, [28] processisti hodie pulchre. *De.* Si
quidem porro, Micio,
[29] Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum [30] prae manu
Dederis, [31] unde utatur: reddet tibi cito. *Mi.* [32]
Istoc vilius.

Aes.

bene est, cui Deus obtulit *Parca, quod satis est,* manu. Ex Homero laudat Georg. Fabricius:

Ζεύς τοι δοίη, ξεῖνε, καὶ
ἀθάνατοι Θεοὶ ἄλλοι,
Ὅττι μάλισ᾽ ἐθέλεις, καί
τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ.

Vesterhov. OMNES, OMNIA: antiqua elegantia, & figurata. *Donatus.* Videtur etiam captare emphasin, tot vocabulis ab *o* incipientibus coacervandis.

28. PROCESSISTI PULCHRE.] Ad magnum bonum provectus es. *Minell.* PROCESSISTI.] Promotus es. Plin. Epist. VIII. 6. 3. *Sed quis adeo est demens, ut aut per suum, aut per publicum dedecus* procedere *vellet?* Vesterhov.

29. TU TUUM OFFICIUM FACIAS.] Hoc est patroni, ut libertum non deseras, sed ut alas manumissum. *Plautus* [Curc. IV. 2. 15. sed legitur nunc, pro *melius*, *sapientius*; & pro *lenonum*, *latronum* ɔ: militum.]

Facis melius
Quam pars lenonum, qui libertos habent, & eos deserunt. Donatus.

30. ALIQUID PAULULUM PRAE MANU DEDERIS.] Plaut. Bacchid. IV. 3. 9.

patri reddidi
Omne aurum amans, quod fuit prae manu.

Petron. cap. 76. *Mihi centum aureos* in manu posuit: *hoc fuit peculii mei fermentum.* ubi vid. Cl. Burm. *Vesterhov.* PRAE MANU DEDERIS, suppeditaveris; aut etiam, ALIQUID PRAE MANU, praesentis sc. argenti, quod ad manum sit, atque in promtu ad necessarias expensas. Distinctio nempe est incerta, cui jungendum sit illud PRAE MANU, verbone, an nomini: ego ad posterius magis inclino.

31. UNDE UTATUR.] UTATUR, vivat: unde *usura*, vita

Aes. Frugi homo eſt. *Sy.* Reddam hercle, da modo. *Aes.* Age pater. *Mi.* Poſt [33] conſulam.

De. Faciet. *Sy.* O [34] vir optime! *Aes.* O mi pater feſtiviſſime!

Mi.

vita dicitur. ut, [Cicero Catil. I. 12.] *Unius uſuram horae gladiatori iſti non dediſſem* [legendum, *ad vivendum non dediſſem.* Veſterh.] An unde alatur, de quo uſumfructum capiat, & cujus tibi ſortem reddat? Et hoc eſt melius: nam ideo addidit, REDDET TIBI CITO. *Donatus.* UNDE UTATUR.] Sic Paulus Apoſtolus Philipp. IV. 16. Ἅπαξ καὶ δὶς ἐις τὴν χρέιαν μοι ἐπεμψάτε. ubi ἐις χρέιαν notat *in uſum*, ſeu, unde uterer. Cic. Att. XI. 11. *Atque hoc ipſum jam prope conſumtum eſt, quare id quoque velim cum illa videas ut ſit*, qui utamur. Plura exempla vide apud J. Fr. Gronov. de Pec. Vet. II. 7. *Veſterh.*

32. ISTOC VILIUS.] Quaſi *nihil minus*: negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tale, cum ἐλλέιψει. quia ſubauditur *Quicquam*: & *Non dabo.* Donatus.

ISTOC VILIUS.] Plaut. Trin. II. 4. 80.

Decedam ego illi de via, de ſemita,
De honore populi: verum quod ad ventrem attinet,
Non hercle hoc longe, *niſi me puguis vicerit.*

Edit. anni 1469. ISTOC LEVIUS. Veſterhov. *Reddet*, ſubaud. Minell. & Paraphraſtes Delph. caetera Donato conſentiunt. J. Fr. Gronovii explicatio apud Veſterhovium, non erat digna quae afferretur.

33. Deliberabo. *Paraphraſtes Delph.* & *Minell.* Phraſeolog. Dan. Jeg vil ſiden beraade mig derpaa. * POST CONSULAM.] Formula blande negantis. *Veſterhov.*

34. Incertum eſt, an haec ſint verba laudantis ad Demeam, an orantis ad Micionem. prius placet Minellio & Paraphraſtae Delph. Eadem ambiguitas eſt mox in verbis Aeſchini. Quod au-

Mi. Quid istuc? quae res tam repente mores mutavit tuos?
35 Quod prolubium? quae istaec 36 subita est largitas?
De. Dicam tibi:

Ut

autem Micio subjicit, QUID ISTUC? potest sumi pro *verbo concedentis & veluti victi:* quemadmodum Donatus exponit ad And. III. 3. 40. hic tamen vulgo refertur ad sequentia, quasi interrogantis sit, seu admirantis.

35. QUOD PROLUBIUM?] PROLUBIUM, quod Graeci προθυμίαν, id est, promtus animus ad largiendum. *Donatus.* QUOD PROLUBIUM?] Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, TAM REPENTE MORES MUTAVIT TUOS. Muretus Var. Lect. IV. 13. PROLUVIUM citat ex Caecilio apud Nonium, unde Terentius versum hunc imitatus sit. Verba Caecilii in Ὑποβολιμαίῳ:

mea rastraria,
Quod proluvium, *quae voluptas, quae te lactat largitas?*

Eandem lectionem defendit Dacieria; atque ita exhibent optimae editiones, Anonyma, Rob. Stephani, Aldi, Juntarum, Venetae, Argentina. sed & ita Gambarellus in Observ. Et Nonius Marcellus: PROLUVIUM, profusio. *Terentius in Adelphis:* QUOD PROLUVIUM? QUAE HAEC SUBITA LARGITAS? Etiam est in Mss. Leidens. tribus. horum uni suprascriptum *effusio*, uni, *largitas & effusio census.* In quinto Leid. est PROFLUVIUM [item apud Eugraphium, & ab eo exponitur, *ultra naturalem mensuram alicujus rei abundantia.*] Dicitur autem PROLUVIUM a proluo, uti *Diluvium* a diluo. At in Mss. Lips. Boend. Bodl. Mark. Graev. Leidens. uno, Vaticano, laudante Faërno: Edd. Tarvis. Mediol. & anni 1469. paucisque aliis est PROLUBIUM: quod magis placet. neque sane PROLUVIUM erat servum cum serva manumittere, neque agelli paululum & nummorum utendum & prae manu dare, sed largitas & liberalitas mera ex prolubio orta. Gell. XVI. 19. Prolubium *audiendi subit.* Vesterhov.

36.

Ut [37] id oftenderem, quod [38] te ifti facilem, & feftivom putant,
Id non [39] fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo & bono:
Sed [40] ex affentando, indulgendo, & largiundo, [41] Micio.
Nunc adeo, fi ob eam rem vobis vita mea invifa eft, Aefchine,
[42] Quia non jufta, injufta prorfus omnia, omnino obfequor:

[43] Miffa

36. SUBITA — LARGITAS?] Repentina, ac per hoc ipfa eft ingrata & immoderata: ut evenit, quum ex nimis parcis non largi & liberales, fed effufi prodigique redduntur. *Donatus.*

37. Abundat ID. aut ἔλλειψις eft, pro *Per id.* Donatus.

38. TE ISTI — PUTANT.] Multum detraxit Micioni, dicendo TE ISTI PUTANT, per quod fignificatur errare adolefcentes, & hunc non effe FESTIVOM. — Bene in poftremo dignitas perfonae hujus fervata eft, ut non perpetuo commutata videretur: ut Truculenti apud Plautum. *Donatus.*

39. FIERI EX VERA VITA.] Vide Heaut. I. 1. 102. Sic ἀληθινὸς ufurpatur in Evang. Luc. XVI. 12. *Vefterh.* ID NON FIERI, fc. ut tu facilis & feftivus habeare. EX VERA VITA, ex vivendi modo rationis normae congruo, feu, ex eo, quod recte vitam inftituas. NEQUE ADEO EX AEQUO ET BONO, Neque id eô fieri, quod aequum & bonum colas. five id, quod juftum & utile eft in focietate humana. *Ex vera aequitate*, exponunt Paraphraftes Delphini & Minell. minus dilucide.

40. Nota Ex Gerundio in *Do* additum.

41. MICIO.] Severe additum eft nomen verbis ex animo plorantis. *Donatus.*

42. QUIA NON JUSTA, INJUSTA &c.] Proverbiales funt hujusmodi elocutiones, *fanda nefanda*, *digna indigna*, *velis nolis*. Donatus.

JUSTA,

[43] Missa facio: [44] effundite, emite, facite, quod vobis lubet.
Sed si id voltis potius, quae vos propter adolescentiam
[45] Minus videtis, magis impense cupitis, [46] consulitis parum,

[47] Haec

Justa, injusta.] Καὶ δίκαια, κἄδικα. Sic And. I. 3. 9. *Vesterhov.* Conf. Heaut. IV. 1. 30. & nota Obsequor cum accusativo rei.

43. Missa facio.] Omnia scil. *Farnab.* Guyetus legit, *Missos facio*, sc. *vos*, *ô filii*, id est, dimitto vos, & vestro arbitrio vivere sino. *Minell.*

44. Effundite, Emite, Facite &c.] Effundite, ad Aeschinum pertinet: Emite, ad Ctesiphonem: Facite, ad omnes. — Haec ἐπιτροπὴ est figura, qua invitos nos permittere ostendimus. *Donatus.* Effundite.] H. e. Quam largissime consumite. Cic. pro S. Rosc. Amer. cap. 2. — *quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere.* Idem Off. II. 15. *Multi patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo.* Hinc *effuse*, *effusio*, *effusus*, pro, largè, largitio, largus & prodigus. Usitatius tamen est *profundere*, unde *profusio* & *profusus*. Pro Emite, quidam Mss. & editi vetusti, Emittite. *Vesterhov.* quod esse possit, *liberate amicas ex servitute*; quemadmodum Ctesipho Fidicinam.

45. Minus videtis, &c.] Εἰρωνεία, Minus, magis, parum. *Donatus.* Minus videtis.] H. e. intelligitis & cavetis. And. IV. 3. 23. Heaut. I. 1. 64. Cic. pro L. Manil. cap. 22. *Si autem vos plus tum in rep. vidistis.* Idem ad Q. Fr. I. 1. *Quod quoniam meum peccatum esse confiteor; est — humanitatis tuae, curare —; ut hoc minus sapienter a me provisum diligentia tua corrigatur.* *Vesterhov.*

46. Consulitis, perpenditis. *Paraphrast. Delph.* Prospicitis, cogitatis, quid porro futurum sit. *Minell.* Consulitis parum, inconsulte,

[47] Haec reprehendere, & corrigere me, & obsecundare in loco:
Ecce me, qui id faciam vobis. *Aes.* [48] Tibi, pater, permittimus:.
Plus scis, quid facto opus est, sed de fratre quid fiet? *De.* [49] Sino.

Habeat,

---

sultè, temerè, decernitis, aut agitis.

47. HAEC REPREHENDERE, ET CORRIGERE ME, ET SECUNDARE [Mſ. Hulſt. OBSECUNDARE. *Veſt.*] IN LOCO.] Tribus tria redduntur: & utraque αὐξητικῶς. Illa in malam partem superiora: haec in bonam quae inferiora sunt. Non tantum enim culpae est, *minus providere*, quam *impense cupere*: nec tantum mali est, *impense cupere*, quantum *parum consulere*. Item REPREHENDERE, bonum est: melius CORRIGERE: optimum, SECUNDARE. Nam qui *reprehendit*, non continuo *corrigit*: qui *corrigit*, non ilico *secundat*, id est laetissimum reddit, & fidelissimum [Constans Librorum lectio. Restituo audacter, *Felicissimum*. Vest.] Alii SECUNDARE, obsequi dictum putant. Et ideo additum esse IN LOCO: quasi non semper faciendum sit. Ergo SECUNDARE, vel in melius convertere, vel obsequi intelligimus. *Donatus.* OBSECUNDARE IN LOCO.] Vide ad Heaut. IV. 6. 22. *Vesterhov.* IN LOCO, Ubi oportunum & commodum erit, pro re nata. *Minell.*

48. TIBI, PATER, PERMITTIMUS.] Noluit Terentius ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem. *Donatus.* Tuae voluntati relinquimus omnia. *Minell.* Tuae potestati nos committimus. *Paraphrastes Delph.*

49. SINO. HABEAT. &c.] Haec quidem permissio est: sed & exceptionem in se continet: & cum quodam stomacho, & velut minaci denuntiatione profertur. *Donatus.*

50. IN ISTAC FINEM FACIAT.] Hoc est, aut ne aliam amet, aut ne aliam comparet: ne post istam luxurietur ulterius. *Donatus.* Hoc dixit eodem fere sensu, quo

supra

Habeat. [50] in istac finem faciat. *Aes.* [51] Istuc recte.
Ω. Plaudite!

CALLIOPIUS RECENSUI.

supra III. 4. 62. & 63. Ovid. Metam. IV. 258. *Venerisque modum sibi fecit in illa*. Vest.
HABEAT, Ista potiatur Fidicina. *Paraphrastes Delph.* Eam habeat uxorem. *Minell.*

51. ISTUC RECTE.] Bene. Et Micio non discessit de proposito suo, qui ut peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem, cum exceptione quadam laudans verba ejus, ISTUC RECTE dixit. Quasi diceret, *non ut caetera*. Et simul reposuit ei, qui supra dixerat, UT ID OSTENDEREM, QUOD TE ISTI FACILEM — PUTANT, ID NON FIERI EX VERA VITA &c. *Donatus*. Non observare me memini in quoquam Codice haec Micioni tribui; quod facit Donatus. *Vesterhov.*

FINIS ADELPHORUM ET TOTIUS OPERIS TERENTIANI.



INDEX

INDEX VERBORUM ET PHRASIUM.

Numeri Romani Actus significant; Arabici, prior Scenam, posterior versum. Quae literis currentibus expressa, non sunt ipsa Auctoris verba, sed mea, quae vel interpretationi, vel phrasi magis generaliter ob oculos sistendae, inserviunt.

A.

Adjungere

Adposcere.

Aesculapius.)

Alimentum.)

Alius.)

Amica.)

Angulus.)

Arti

Audio,

B.

C.

Caefius.

Quid

Quid si nunc coelum ruat? Heaut IV. 3. 41. Qui templa coeli summa sonitu concutit. (*De Jove.*) Eun. III. 5. 42.

Coëmere. Adelph. II. 2. 27.

Coena dubia adponitur. Phorm. II. 2. 28. Quid nobis coenae *est?* Heaut. I. 2. 37. *Emere quid* in coenam. And. II. 6. 32. Phorm. V. 8. 64. Ire ad coenam. Eun. III. 2. 6. III. 5. 32. Monere *quem*, ad coenam ut veniat. Heaut. I. 1. 118. Adparare coenam. *Ibid.* vers. 74. Abducere *quem* ad coenam. Heaut. I. 2. 9. Dare *alicui* coenam. Heaut. III. 1. 46. Redire a coena. Adelph. I. 1. 1.

Coenare. And. I. 1. 62. Eun. V. 4. 14.

Coëo.) Aliquot adolescentuli coimus in Piraeeo. Eun. III. 4. 1.

Coepi cogitare. Heaut. I. 1. 76. Pergam; quo coepi, hoc iter. Hec. I. 2. 119. Ego hoc, quia — tantopere jusseras, eo coepi (*non* Cepi, *ut in Textu Vesterboviano, & fortasse etiam in Nostro, legitur.*) Heaut. IV. 5. 38. & 39. Satis pericli coepi adire. And. V. 1. 2. Illuc redi, quo coepisti. Adelph. II. 1. 36. Video, non licere, ut coeperam, hoc pertendere. Heaut. V. 5. 9. Si quidquam hodie hic turbae coeperis, faciam, ut &c. Eun. IV. 7. 30. Coeperet, *pro* Coeperit. *var. lectio.* Adelph. III. 3. 43.

Coepto.) Quid hic coeptat? Phorm. IV. 3. 21.

Cogito.) Quid agam, cogito. And. II. 2. 21. *ubi Vesterbovius observat*, τὸ Cogito *eleganter poni in fine sententiae. conf.* Phorm. IV. 5. 15. Adelph. IV. 2. 30. Cogito id; quod res est. Adelph. II. 1. 52. Quae cogito! Adelph. I. 1. 10. Quid facere cogitas? Heaut. III. 3. 46. Non cogitas hinc longule esse? Phorm. II. 2. 10. Etiam atque etiam cogita. Eun. I. 1. 11. Cogitare de aliquo. Eun. I. 2. 114. Cogitare cum animo. Adelph. III. 4. 55. Cogitare secum. Eun. I. 1. 19. IV. 2. 8. Adelph. V. 3. 22. Aliam rem ex alia cogitare. Eun. IV. 2. 3. Commode cogitare *quid.* Heaut. Prol. 14. In animo vere cogitare *quid.* Adelph. V. 3. 32. Spatium cogitandi ad disturbandas nuptias. And. I. 2. 11. Animum ad cogitandum instituere. Phorm. II. 1. 10. Cogitata proloqui. Phorm. II. 1. 53.

Conflatur

Adimere

Continens

Corrigere

Cupidus

D.

Delectare

Devincio.)

Dieculam

Dimidium

E.

Enu-

Equidem

Ex

Exorno.) Varia veste exornatus. Eun. IV. 4. 16. Adeo exornatum dabo *illum*, ut. Heaut. V. 1. 77.

Exoro.) Gnatam ut det oro, vixque id exoro. And. III. 4. 13. Exorare *aliquem*, ut. Heaut II. 3. 117. Phorm. III. 2. 4. Sine te exorem (hoc.) Eun. I. 2. 105. *alibi.* Quod, si hic potuisset exorari triduum hoc. Phorm. III. 3. 2. Qui mihi exorandus est. And. I. 1. 140. *Ubi Donatus monet legi etiam* Expurgandus. *Et tum ex ejus sententia legendum est* Cui, *non* Qui: *quia, inquit*, Cui *per* Q *veteres scripsere.*

Exossare *piscem.* Adelph. III. 3. 24.

Expedire animum impeditum. Hec. III. 1. 17. Impeditum (*hominem*) expedire. And. III. 5. 11. *Sic.* Plaut. Epid. I. 1. 79. Cic. Verr. II. 42. *Hic videte, in quot se laqueos* induerit, *quorum ex nullo se unquam* expediret. *Sic Mercurius dicitur* expedire *res & rationes mercatorum.* Plaut. Amph. Prol. 5. Phaed. I. 16. 2. *Rem* expedire. *Vest.* Curâ, aerumnis, crimine, ex turba, se expedire. Phorm. V. 4. 4. Hec. III. 1. 8. V. 1. 28. Adelph. IV. 4. 5. Expedire *negotium, aut argumentum.* Phorm. II. 1. 8. Iram expedire. Hec. III. 1. 11. Expedire *rem, i. e. enarrare.* Phorm. I. 4. 20. Eun. IV. 4. 27. V. 6. 20. Dilucide expedire (rem) judicibus. Phorm. II. 2. 52.

Expedit bonas esse vobis. Heaut. II 4. 8. *Ubi Mss. quidam & impressi habent*, bonis. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Phorm. V. 2. 1. *Ubi & multi Mss. &c. habent*, malis. Mihi ut discere novas (*Fabulas*) expediat. Hec. Alt. Prol. 49.

Expellere *filium.* Heaut. V. 2. 36. — ab amica. Heaut. II. 3. 20.

Expergiscor.) Nunc porro, Aeschine, expergiscere. Adelph. IV. 4. 21.

Experior.) Enitar faciam, experiar. Adelph. III. 4. 51. Ipsa re experiri *quid.* Adelph. V. 5. 7. Heaut. IV. 6. 20. Experiri *aliquem.* Hec. V. 2. 12. Omnia experiri. And. II. 1. 11. Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet. Eun. IV. 7. 19. Experiundo scire *rem.* Heaut. II. 3. 90. In experiundo esse. Hec. Alt. Prol. 30. In experiundo repudiare *rem.* Adelph. V. 4. 4.

Expers.)

 riam

F.

Fatuus,

Fides.) In verbis fides. And. V. 2. 16. *i. e.* ἀξιοπιςίαῖς λόγȣ, *vis persuadendi.* Vest. Mihi fides est apud hunc. Heaut. III. 3. 10. *Contra:* parva fides &c. Phorm. V. 3. 27. Curavi unum hoc, ut mihi esset fides. Phorm. V. 7. 11. Nihil fidei habere *alicui.* Heaut. V. 2. 49. Bona nostra haec — tuae mando fidei. And. I. 5. 61. Commendare & committere se *fidei alterius.* Eun. V. 2. 47. Crede hoc meae fidei. *Ibid.* vers. 59. Fidem servare. Hec. III. 3. 42. And. I. 5. 45. Te oro, per tuam fidem. And. I. 5. 55. Hanc fidem sibi ut darem ɔ: *hoc sibi sanctè promitterem.* And. II. 3. 27. *conf.* Eun. V. 9. 30. Phorm. III 2. 7. Hec. I. 2. 37. 38. & 39. Adelph III. 4. 27. Firmare fidem. And. III. 1. 4. — — *alicui* rei. Hec. IV. 2. 5. — — suam apud quem. Hec. V. 1. 23. Habere *alicui* fidem, *i. e. credere.* And III. 4. 7. Hec. V. 5. 31. *Absolutè, & alio, ut videtur, sensu.* Eun. I. 2. 59. Adstringere *alicui* fidem *suam.* Ibid. vers. 22. *Ubi fidelitas in servando arcano intelligitur.* Solvere fidem And. IV. 1. 19. Dî vostram fidem! Phorm. V. 1. 30. And. IV. 3. 1. *alibi.* Proh fidem Deûm! Eun. V. 1. 5. Proh Deum atque hominum fidem! And. I. 5. 2. & 11. *Ubi Vesterbovius observat: Solet haec exclamatio adhiberi in summa admiratione, sed & in re valde indigna & tristi; quoties imploramus ea auxilia, quae naturali quadam obligatione alter alteri debet. Unde passim* Fides *pro* praesidio & tutela *usurpatur. ut* Adelph. III. 4. 43. & *ibi adducto* Liv. I. 7. *Sed & inde hostes; ubi dedunt sese, dicuntur in* Fidem *victoris venire.* Implorare fidem *alicujus.* Adelph. III. 4. 43. Commendare se *alicui* in clientelam & fidem. Eun. V. 9. 9. Committere se (tergum suum) in fidem *alterius.* Hec. Alt. Prol. 45. I. 2. 34. Fidem mutare cum *aliquo.* Phorm. III. 2. 27. Perspicere fidem *alicuius* in pecunia. Phorm. I. 2. 10. Propter *alterius* fidem *decipi.* Phorm. III. 1. 5. Bona fide. Heaut. IV. 5. 13. Homo optima fide. Adelph. II. 1. 7. — antiqua fide. Adelph. III. 3. 88. Cum fide obsonare. Adelph. V. 9. 7. *var. lect.*

Fides. Chorda.) Cum fide scortum. Adelph. V. 9. 7. Fidibus scire. Eun. I. 2. 53.

Fidicina.

Fundus.

G.

Germanus

Glycerium,

H.

Hac.)

Hecyra,

Hinc.)

I.

Jamdudum:

Illic, *pro, in ea re, aut, in eo homine.* And. IV. 3. 5. Illic, *tempus, aut statum rei, notat.* And. IV. 1. 14.

Illic, pronomen.) Ubi illic est scelus, qui me perdidit? And. III. 5. 1. Illaec. Heaut. V. 1. 58. Illanccine. Heaut. IV. 3. 5. Illuc est sapere. Eun. IV. 7. 12. Illoc homine. Eun. V. 9. 53

Illicio.) Homines adolescentulos in fraudem illicis? And. V. 4. 8.

Illico, *proprie notare* in loco, *ex auctoribus vetustis observat Boeclerus in Crestomathia. Eodem sensu Plautus* ex hoc loco *dixit.* Vest. ad And. III. 2. 34. *Graeci dicunt* αὐτόθεν. *Nam loci significatio est, etiam brevitatem temporis notans.* Donat. Ibid. *Huc pertinent* Adelph. II. 1. 2. Phorm. I. 4. 18. *Convenit Island.* Ꝫ ſtad, (Þegar i ſtad. Strax i ſtad) Dan. Paa Stædet. Germ. Auf der Stelle.

Illinc.) Se illinc subducet. Eun. IV. 1. 14. Vix me illinc abstraxi ɔ: *ab illa.* Hec. III. 1. 17. *Ubi in quibusdam Libris est*, Illi.

Illiusmodi civium *&c.* Adelph. III. 3. 87.

Illoc, *Adverb.* And. II. 2. 25.

Illuc, quaeso, redi, quo coepisti, ɔ: *ad id.* Adelph. II. 1. 36.

Illudere *quem.* Phorm. V. 7. 22. Heaut. IV. 4. 19. — in *quem.* Eun. V. 4. 20. — in *quo.* And. IV. 4. 18. — vitam *cujus.* And. V. 1. 3.

Illuvies.) Ancillula — immunda illuvie. Heaut. II. 3. 54.

Imber aureus (*a Jove Danaae in gremium missus.*) Eun. III. 5. 27.

Imbrus, *Insula.* Hec. I. 2. 96.

Immemor.) Exprobratio — immemoris beneficii. And. I. 1. 17. *i. e. cujus nemo meminerit.* Donat. *Quidni* immemor beneficium *eadem ratione dicatur, qua* servitus justa & clemens [*in eadem hac Scena, vers.* 9.]? *Uti enim Dominus justus & clemens* justam & clementem *facit* servitutem, *ita immemor accepti beneficii ipsum* beneficium *quasi* immemor *facere videtur.* Vest. Num immemores discipuli? And. III. 1. 19.

Immerenti offerre injuriam. Hec. V. 1. 13.

Impono.)

Cic. ad Attic. XV. 20. *Nunc* dubitare *quenquam prudentem*, quin —? Virg. Aen. XI. 269.

Invidisse *Deos* ——?

Aen. I. 41.

Mene incoepto desistere *victam?*

Sueton. Caes. 84.

Men' me servasse, *ut essent*, *qui me perderent?*

Ingenium.) Ita ut ingenium est omnium hominum ab labore proclive ad lubidinem. And. I. 1. 50. Ingenium *primo & proprio sensu ipsum animum & ejus indolem notat.* *Sic infra* 66. & 86. Cic. Inv. I 45. *Inverecundum* animi ingenium *possidet*. Liv. I. 59. *Unde novum in Bruti pectore* ingenium. *Vesterhov.* Ingenium *immutatur.* And I. 5.40. Ingenium *vix umquam apud Terentium naturam significare, quatenus a moribus distinguitur egregie docet Boeclerus in Chrestomathia.* Vesterhov. Sic est ingenium. Phorm. I. 2. 20. Officia humani ingenii. And. I. 1. 86. Ingenium noscere. And. I. 1. 26. Oro te per ingenium tuum. And. I. 5. 54. *legitur &* genium. *Donat.* Bonum (optimum) ingenium adolescentis. And. III. 1. 8. *Suo* modo ingenium frui. Heaut. II. 4. 21. Redire ad ingenium. Adelph. I 1. 46. Hec. I. 2. 38. Ingenium liberum. Adelph. V. 3. 43. Ingenium & animus, *junguntur. Ibid.* — liberale. Adelph. IV. 5. 49. — pium ac pudicum. Hec. I. 2. 77. Antiquum ingenium obtinere. Hec. V. 4. 20. Par ingenium nactus est. Hec. I. 2. 95. advorsum ingenium suum *facere quid.* Phorm. III. 2. 35. Habere ingenium (*hoc vel illud.*) Heaut. II. 4. 4. Praeditus ingenio (*hoc l. illo.*) And. I. 1. 71. Esse ingenio bono. And. III. 2. 7. — — duro atque inexorabili. Phorm. III. 2. 12. — — inhumano. Eun. V. 2. 41. — — leni in liberos. Heaut. I. 1. 99. Ingenio — ad miserias natus sum. Heaut III. 1. 11. Uti liberali esse ingenio decet. Hec. I. 2. 89. Ita — ingenio sumus. Phorm. I. 3. 20. Judicare *alterum* ex suo ingenio. Heaut. V. 1. 7. *conf.* Eun. I. 2. 118. Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam (*mulierem*) reperias. Hec. II. 1. 3. Miro ingenio esse erga *aliquem.* Hec. III. 5. 39. Meretricum ingenia & mores noscere. Eun. V. 4. 10. Cum ingeniis *malis* conflictari. And. I. 1. 66. Ingenium,

 39.

Interficio.)

Inventor,

Irascor.)

Itaque,

L.

Levo.)

7.

M.

Malum

Phorm

 hanc

Mensis

Paucos

Metus.)

N.

N.

Natu

egens relicta est. Phorm. II. 5. 10. & 11. Negliguntur internuntii. ɔ: *parum curantur* l. *negligenter vestiuntur; quod Veteres quidam Libri hic legunt, at Vesterbovius glossema esse censet.* Heaut. II. 3. 58. *Sic; ancillula* neglecta. *Ibid.* vers. 54. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Adelph. IV. 3. 16.

Negat quis? nego. Eun. II. 2. 21. Negat vidisse. And. II. 2. 21. Modo ait, modo negat. Eun. IV. 4. 47. Ego illud sedulo negare factum. And. I. 1. 110. Si tu negaris ducere. And. II. 3 5. Ille primo se negare. Hec. I. 1. 45. Illa enim se negat. Phorm. I. 2. 63. Ne nega. *vid.* Ne. Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. Negat. Ph. Neque ejus patrem se scire, qui fuerit? Ge. Negat. Ph. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? Ge. Negat. Phorm. II. 3. 5. *seqq.*

Negotium.) Dare (Dedere) *alicui quid* negotii. And. III. 2. 41. Eun. III. 4. 6. And V. 4. 50. Id sibi negotî credidit solum dari, populo ut placerent &c. And. Prol. 2. „Id Negoti, *modò pro molestia & cura; non labore.* Donat. *Quum heri servis, magistratus civibus dicantur.* Negotium dare, *possit videri Terentius, si minus Scipionem & Laelium, certè Aediles & πέντε κριτὰς τῶν κωμικῶν intellexisse. Sallust. Catil.* 40. *Igitur P. Umbreno cuidam* negotium dat. *Suet. Aug.* 40. Negotium *Aedilibus* dedit. *Dicitur autem* Negotium *plerumque de re gravi, atque ad quam opus est multo labore ac studio. Unde Cicero Tusc.* I. 6. *Quid* negotii *est haec — convincere. Ita quod facile fit,* nullo negotio *fieri dicitur, Sed Jureconsultis* Negotium dare *simplicem significatum habet mandandi seu committendi. Vid. Paul. leg.* 6. §. 1. *D. Quod cuj. univ. nom.* Vesterhov.“ Negotii odium *me capit.* Eun. III. 1. 14. Paullum negotî mihi obstat. Heaut. III. 1. 92. Quid hoc est negotî (negotî est)? Adelph. IV. 5. 73. Hec. I. 2. 22. *conf.* Phorm V. 3. 33. Quid huic hic negotî est? Adelph. IV. 5. 4. *conf.* vers. 8. & And. V. 2. 8. Aliquid novi negotî incipere. Phorm. IV. 4. 30. In otio, in negotio. Adelph. Prol. 20. Esse in negotio. Hec. Alt Prol. 18. *Alteri* socium esse in negotiis. Heaut. III. 1. 9.

Nemo

Nequitia.)

Neutra

Nodum in scirpo quaeris. And. V. 4. 38. *sic Plaut. Menaechm.* II. 1. 22. *Ennii fertur:*

Quaerunt in scirpo, *soliti quod dicere* nodum. *Vest.*

Nolo mentiare. Heaut. IV. 3. 23. Nolo, volo: volo, nolo rursum. Phorm. V. 7. 57. *Mimesis hominis, qui instabili est sententia.*" Scortari crebrò nolunt; nolunt crebro &c. Heaut. I. 2. 32. Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro (*sc. mulieres.*) Eun. IV. 7. 43. Ah! noli Parmeno, *sub. rem proferre, aut mihi narrare.* Hec. I. 2. 34. Noli, inquam, *i. e. ne facias.* Adelph. V. 2. 6. Noli fabularier. Hec. III. 1. 6. Nolim ceterarum te socordem &c. Adelph. IV. 5. 61. Quod sane nolim. Hec. III. 1. 51. Num quidnam quod nolis, vides? Pa. Te. Eun. II. 2. 41. *Nolle* uxorem. And. I. 2. 1. Nollem factum. Nollem datum. Adelph. II. 1. 11. Phorm. V. 3. 13. *conf.* Adelph. V. 1. 13. Nollem. ɔ: *molestum est mihi.* Heaut. I. 1. 30. Numquam quidquam erga me commerita est, quod nollem. Hec III. 5. 37. Nolle factam injuriam *alicui*, ɔ: *ejus poenitere.* Adelph. II. 1. 8.

Nomen mulieris cedo quod sit. Heaut. IV. 1. 49. Ejus nomen? (*sub. quodnam fuit, l. cedo.*) *Cr.* Nomen tam cito tibi? Phania. And. V. 4 25. Nomen non convenit. *Ibid.* vers. 39. Hecyra est huic nomen Fabulae. Hec. Prol. 1. Nomen quaestûs. Hec. V. 1. 8. Patris nomen aliud dictum est. Phorm. V. 3. 21. In his Poëta — nomen profitetur suum. Eun. Prol. 3. Nomen perdidi *sc. ex memoria.* Phorm. II. 3. 39. Quis — meum nomen nominat? Phorm. V. 1. 12. Ne me istoc — nomine appellassis. *Ibid.* vers. 15.

Nomino.) Quid ait, ubi me nominas? Heaut. II. 3.62. Neque eum nominat ɔ: *nomen ejus dicit.* Adelph IV. 5. 24. Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam. Eun. III. 1. 50. Nominare uxorem ɔ: *ejus mentionem facere.* Phorm. IV. 4. 11. Quis nominat me ɔ: *nomine evocat.* Phorm. V. 8. 1. Meum nomen nominat. Phorm V. 1. 12.

Non, si, *pro Non, etiamsi.* Eun. I. 1. 4. And. IV. 2. 12. Heaut. V. 4. 12. *v. r. lect.* Deambulatio, quam non laboriosa. Heaut. IV. 6. 3. Metuis, ne non — convincas. Heaut. V. 2. 15. *add.* Adelph. II. 2. 11. Si non

Noster.) Hic noster *sc. Poeta.* And. Prol. 19. Noster Parmeno, ɔ: *servus meus l. domesticus.* Eun. V. 6. 4. Senex noster ɔ: *heri mei frater.* Adelph. V. 1. 6. Cum narret senex voster nostro, ɔ: *tuus pater meo hero.* Heaut. IV. 3. 34. *conf.* Phorm. I. 2. 13. Heaut. V. 2. 49. Noster, *sc. filius herilis.* Phorm. I. 2. 30. 60. & 67 Noster est, *sc. affinis.* Adelph. V. 8. 28. O noster Chreme! And. V. 2. 5. *Dicitur* Noster, *qui quocunque vinculo nobiscum junctus est. Ita cives vocantur* nostri. *Virg. Aen.* II. 149. *Sed & domestici.* Plaut. Mil. II. 5. 20 *ad* 23. *Sed &* Noster *dicitur nobis favens.* Vesterhov. Eu noster! laudo. Eun. I. 2. 74. *blandiendi laudandique formula. Plaut. Bacchid.* III 3. 39. *Vesterh. Sic* Adelph. V. 9. 4. V. 5. 2. & 4. Phorm. II. 3. 51. *add. Donat. ad* Hec. V. 2. 4. O noster Demea! Adelph. V. 3. 45. *blanda incusatio.* Donat. Nostra, *sc. hera, aut, herilis filii mater.* Hec. I. 2. 113. *Nostra platea.* Eun. II. 3. 52. Nostrâpte culpâ. Phorm. V. 2. 1. Virgines nostrae, *sc. cives, populares.* Eun. II. 3. 21. Hunc — nostrarum numquam quisquam vidit, *pro nostrum, &* quisquam *pro quicquam.* Eun. IV. 4. 11. *conf.* Adelph III. 2. 33. Nostrae mulieres, *pro, uxores & filia.* Hec. V. 2. 11. Nostrum est intelligere. Heaut. III. 3. 17. Quid istuc nostra? Phorm. V. 3. 17. *conf.* V. 7. 47. Adelph. IV. 5. 4.

Notitia.) Haec inter nos nuper notitia admodum est. Heaut. I. 1. 1.

Notus, *qui novit, familiaris.* Eun. V. 2. 4. II. 2. 7. Phorm. I. 2. 48. Peregrinus est, minus potens, minus notus &c. Eun. IV. 6. 22.

Novi rem omnem. And. IV. 4. 50. Novi ingenium mulierum. Eun. IV. 7. 42. Si quid collibuit, novi te. Eun. V. 9. 26. Locum novi, ubi sit. Adelph. IV. 2. 33. Non novi hominis faciem. Hec. III. 4. 25. Egomet me novi, & peccatum meum. Phorm. I. 4. 40. Novi aeque omnia tecum. Phorm. V. 8. 43. Nostin' qui sim? Adelph. II 1. 23. Nostin' porticum? Illic ubi etiam caprificus magna est, nostin'? Adelph. IV. 2. 34. & 38. Est alius quidam, parasitaster parvolus: nostin'? Adelph. V. 2. 5. Requiescere ubi volebat quasi, nostin'? Eun. III. 1. 15.

Non

Num

Nusquam est ɔ: *non adest*, *disparuit*. And. IV. 4. 4. Eun. III. 4. 5. Ille — nusquam adparet. Eun. IV. 3. 18. Nusquam pedem. Nusquam abeo. Adelph. II. 2. 19. & 38. Nusquam tu me. Adelph. IV. 1. 23. Nusquam gentium. Adelph. IV. 2. 1. Ut te vivat nusquam quisquam blandior. Hec. V. 4. 21. Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi. Heaut. II. 3. 38.

Nutrix.) Puero nutricem parare. Hec. IV. 4. 104. — — adducere. Hec. V. 2. 4. Mea nutrix, *in vocativo.* Heaut. IV. 1. 4. Adelph. III. 1. 1.

O.

O *interjectio optantis adventum*, *aut repente perculsi.* Donat. ad And. I. 5. 32. *Prius videtur verius. sic* Hec. III. 2. 17. V. 4. 16. Adelph. V. 5. 2. & 4. O factum bene! *Formula gaudentis & gratulantis.* Vest. And. I. 1. 78. V. 6. 5. Eun. IV. 4. 7. O faciem pulcram! *admirantis.* Eun. II. 3. 5.

Ω in fine Comoediarum quid notet. Heaut. in fine.

Ob.) Pretium ob stultitiam fero. And. III. 5. 4. ɔ: *pro stultitia. nam* Ob *notat* Pro, *in emtione & contractu*, *ut hic observat Vesterhovius*, *probatque ex Plauto Epid.* V. 2. 38.

Dedin' tibi minas triginta ob *filiam*?

Rud. III. 6. 23.

Quin arrhabonem à me accepisti, ob *mulierem.*

Suet. Caes. 11. *Qui* — ob relata *civium Romanorum* capita, *pecunias ex aerario acceperant. Sic & ipse Terentius:* Ager oppositus est pignori ob decem minas: aediculae item sunt ob decem alias. Phorm. IV. 3. 57. & 58. Ob peccatum *alterius* esse iratum. Heaut. V. 2. 37. Ob eam rem est iratus, quod. Hec. V. 2. 14. Ob eam rem, — quia. Adelph V. 9. 32. Ob eam rem? De. Ob eam. *Ibid.* vers. 20. Ob eam rem —, ut. Hec. Prol. 5. Ob eam rem vis — intro eam? Hec. V. 2. 21. Ob rem nullam misit (*me*). Hec. V. 3. 2. Ob *aliquem* inimicitias *capere*. Phorm. II. 3. 25. Minime (*pudet vanitatis*), dum ob rem ɔ: *lucri causâ* (*sub. vanus sum.*) Phorm. III. 2. 41.

Obdo.)

Quaenam

Omnis.)

ejus sunt in te uno omnes sitae. Phorm. III. 1. 6. *add.* Adelph. III. 2. 33.

Opitulor. And. I. 3. 5. Re *opitulari.* Phorm. V. 3. 3.

(*Oportet.*) Quae — oportet signa esse ad salutem. And. III. 2. 1. *Ubi quidam legunt* Oportent. *Vesterhov.* Id nosmet ipsos facere oportet —. Ph. Aufer mihi: oportet. Phorm. I. 1. 45. & 46. Itane tandem facere oportet? Phorm. III. 2. 42. Haec facta ab illo oportebant. Heaut. III. 2. 25. Nonne oportuit praescisse me ante? Nonne prius communicatum oportuit? And. I. 5. 3. & 4. Mansum — oportuit. Heaut I. 2. 26. Non oportuit relictas. Heaut II. 3. 6. Interemtam oportuit. Heaut. IV. 1. 22. Adolescenti morem gestum oportuit. Adelph II. 2. 6. An sedere oportuit domi virginem tam grandem, dum &c.? Adelph. IV. 5. 38. Regem me esse oportuit. Phorm. I. 2. 20. Est, quod me transire ad forum jam oporteat. Hec. II. 2. 31.

Opperiar hominem hic. Adelph. III. 3. 92. Opperibor. Opperibere. Heaut. IV. 1. 6. IV. 7. 5. Unam praeterea horam ne oppertus sies. Phorm. III. 2. 29. Paululum opperirier si vis. Eun. V. 2. 51. Hominem ad forum jussi opperiri. Phorm IV. 2. 9.

(*Oppidò.*) Hac re in angustum oppido nunc meae coguntur copiae. Heaut. IV. 2. 2. *Vesterhovius monet legere quosdam*, In angusto, *ita ut* oppido *sit nomen, per Antiptosin hic positum; at corruptam censet lectionem, quam tamen ego plane damnare non ausim.*" Bonam atque justam rem oppido imperas. Heaut. IV. 3. 26. Dic me hic oppido esse invitam. Heaut. IV. 4 12. Oppido opportune. Adelph III. 2. 24 Lassam oppidò tum esse ajebant. Hec. II. 1. 41. *Ubi & originem vocis tradit Donatus.*" Iratum senem? Ge. Oppido Phorm II. 2. 3. Estne — liberalis? De. Oppido. Phorm. V. 7. 12. Eum — animo invito hoc oppido ferre ajunt. Phorm. V. 1. 36.

(*Oppidum.*) Perreptavi — omne oppidum. Adelph. IV. 6. 3. Toto me oppido — quaerere. And. II. 2. 5. Ejicere *quem* oppido. And. II. 3. 8.

Oppignero.)

Adelph.

patris. And. V. 3. 19. Hujus, *ostendens se dixit, ut Virgilius* [*Aeneid.* IX. 205.]

Est hic, *est animus lucis contemptor*. Donat.

Patris conspectum *vereri*, Phorm. II. 2. 1. Quid hic mihi faciet, patri? And. I. 1. 85. *Citat Cicero Fam.* IX. 7. *Vesterbov. Postquam* Mihi *dixit*, *pondus intulit*, *dicendo* Patri, Donat. Pro peccato magno paullum supplicii satis est patri, And. V. 3. 32. Nec tibi ille est credere ausus, quae est aequom patri. Heaut. I. 1. 104. Dedo patri me. Heaut. IV. 3. 3. Patri *obsequi*. Heaut. V. 4. 16. *Filius* suo patri minus obsequens. Heaut. II. 3. 18. Te isti virum do, — tutorem, patrem. And. I. 5. 60. Virum, *ne segreges*. — Tutorem, *quasi orbae*. Patrem, *quasi parvae*. Donat. *Pater avidus*, *miser* atque *avidus*. Heaut. III. 2. 15. O lepidum patrem! And. V. 4. 45. *conf.* Adelph. V. 7. 13. Fac te patrem esse sentiat (*filius*.) Heaut. V. 1. 55. Qui mentiri, aut fallere insuerit patrem —: tanto magis audebit caeteros. Adelph. I. 1. 30. & 31. Hoc est patrem esse? Adelph. IV. 5. 73. Peperit filia, hem! taces? ex quo? My. Istuc patrem rogare est aequom? Hec. IV. 1. 12. Hunc videre saepe optabamus diem, quum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem. Hec. IV. 4. 29. & 30. Patrem *extimescere*. Phorm. I. 3. 2. Sciat lenem illum patrem factum me esse acerrimum. Phorm. II. 1. 31. *Fugitare* patrem. Phorm. V. 5. 7. Mi pater. Sy. Quid mi pater? And. V. 3. 18. & 19. Ehem! pater mi, tu hic eras? Adelph. V. 7. 3. O mi pater festivissime! Adelph. V. 9. 26. Pater, *honorifica appellatio senioris ab juniore*. Heaut. III. 1. 50. *Sic Plaut. M. stell.* IV. 2. 36. Cum patre *altercare*. And. IV. 1. 29. Invito patre. And. V. 3. 20. Mê vivô patre. Heaut. I. 1. 51. Ille facili me utetur patre. Heaut. II. 1. 5. Virgo orba est patre. Adelph. IV. 5. 16. Pro patre huic est. Adelph. V. 8. 28. Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices! Heaut. II. 1. 1. Viâ pervulgatâ patrum (*tractare filium*.) Heaut. I. 1. 49. Haec, communia omnium quae sunt patrum, — dicere. Hec. I. 2. 42. & 43.

Pendeo.)

Perditè.)

Permansit

Plati-

Ponè

Post-

Adelph. V. 3. 61. Phorm. V. 3. 17. Ita fugias, ne præter casam. Phorm. V. 2. 3.

Præterea una ancillula erat. Heaut. II. 3. 51. Primum quod —: præterea ut &c. Eun. I. 2. 66. Primum —, præterea autem. Adelph. IV. 2. 2. Primum —: tum præterea. Adelph. III. 2. 47. Principio & habet quod det —: præterea hoc etiam. Eun. V. 9. 48 & 51. Tum præterea. Heaut. V. 3. 20. Phorm. III. 2. 33. Omnibus gratiam habeo: & seorsùm tibi præterea. Adelph V. 9 14. Unam præterea horam ne opertus sies. ɔ: *amplius*, *ulterius*. Phorm. III. 2. 29.

Præterire villam, (ædes). Eun. IV. 2. 5 & 13. Adelph. IV. 2. 42. *conf.* vers. 35. Præteriit tempus. Eun. III. 4. 4. — dies. Phorm. III. 2. 40 — ætas ad ducendum. Phorm. II. 3. 76. Sine, biduum hoc prætereat. Eun. II. 2. 52. An temere quidquam Parmenonem prætereat, &c.? Hec. V. 4. 38. *Præterire* malum. Hec. III. 4. 5. Præteriens mihi apud forum — inquit. And. I. 5. 18. *Locus* præteritus negligentiâ. Adelph. Prol. 14.

Prætermitto ɔ: *dissimulo*, *conniveo*. Island. Eg leidi hiá mer. Adelph. I. 1. 26. Nihil prætermitto. Adelph. III. 3. 60. Nihil prætermissum est. Eun. V. 9. 64.

Præterquam.) Verbum si mihi unum, præterquam quod &c. And. IV. 4. 14. Neque, præterquam quas — habet, addas. Eun. I. 1. 32. Omnes mihi labores — fuere leves; præterquam, tui carendum quod erat. Heaut. II. 4. 20.

Præut.) Ludum jocumque dices — illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit. Eun II. 3. 9.

Prandium corrumpitur. Adelph. IV. 2. 49.

Pravè.) Vide, ne — pravè insistas. Hec. III. 5. 34. Factum pravè. Hec. IV. 4. 24.

Pravitas ɔ: *iniquitas*. Heaut. V. 2. 20.

Pravus.) Facilitas prava. Adelph. III. 3. 37. Pravum, ineptum, absurdum. Adelph. V. 2. 21. Neque id putabit, pravum an rectum siet, quod petet. Heaut. III. 1. 76. Quam multa injusta ac prava fiunt moribus. Heaut. IV. 7. 11. His nunc præmium est, qui recta prava faciunt. Phorm. V. 2. 6.

Prin-

Pro-

dori

Q.

3. 21. Quam uterque est similis sui! Phorm. III. 2. 16. Quam scitum est, —! Phorm. V. 4. 2. Quam aetate integra! Eun. III. 2. 20. Scin' quam fretus? Eun. V. 9. 33. *Minuit significationem in hisce duobus:* Nec clam te est, quam illi utraeque res nunc utiles fient. And. I. 5. 51. Me hospitem lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent. And. IV. 5. 16.

4) Quam, *Sequente Verbo.* Quam vellem! And. II. 1. 26. Quam gaudeo! Adelph. III. 3. 90. Quam timeo, quorsum evadat! And. I. 1. 100.

5) Quam, *Sequente Adverbio.* Quam familiariter. And. I. 1. 109. Quam facile, ɔ: *admodum facile.* And. IV. 2. 8. Adcurrit ad me, quam longe quidem. Eun. II. 3. 43. Quam dudum. Quam pridem. And. V. 2. 9. Eun. IV. 4. 30. III. 3. 11. Quam mox irruimus? Eun. IV. 7. 18. Provisam, quam mox &c. Adelph. V. 6. 1. Exspecto, quam mox &c. Phorm. IV. 3. 1.

6) Quam, *Praecedente* Tam *aliisque voculis.* Id nobis tam flagitium est, quam illa non facere nobis. Adelph. III. 3. 68. Non tam ipso dono *(laera est)*, quam abs te datum esse. Eun. III. 1. 3. Non verbis dici potest tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. Hec. III. 4. 3. Turbent porro, quam velint, *ubi* Tantum *subauditur.* Hec. IV. 4. 11. Secus quam dignum est. Phorm. II. 3. 91.

Quamobrem *ei proximus sum?* Phorm. II. 3. 71. Mittit herus me ad uxorem tuam. AN. Quamobrem? Phorm. V. 3. 15. Ubi, quamobrem adveneris, resciscent. Hec. V. 2. 24. Is, quamobrem huc veneram, ɔ: *propter quem.* Adelph. III. 3. 81. Invenerit aliquam caussam, quamobrem &c. And. II. 3. 8. Ea causa, quamobrem haec faciunt. And. V. 1. 18. *conf.* Eun. V. 6. 31. Hec. IV. 4. 74. Quamobrem id faciam, vera causa est. Heaut. II. 3. 95. Multae sunt causae, quamobrem &c. Eun. I. 2. 65. Nihil satis firmi video, quamobrem &c. Heaut. II. 3. 96. Nihil reperio, quamobrem lauder tantopere. Adelph. IV. 3. 1.

Quamprimum hoc me libera miserum metu. And. II. 2. 14. Istum — quamprimum absolvitote. Adelph. II. 4. 18. Ut hoc quamprimum, quidquid est, certum sciam.

Quod,

Quod, *Propter quod.*) Est quod succenset tibi. And. II. 5. 17. Quid est, quod sic gestis? Quid est, quod lætus sis? Eun. III. 5. 10. & 11. Numquid est, quod opera mea vobis opus sit? Phorm. III. 3. 21. *add.* And. IV. 3. 23. Hoc aliud est, quod gaudeamus. Eun. 5. 9. 11. Quod veni, eloquar. Heaut. Prol. 3. Nihil — est, quod vereare. Heaut. I. 2. 1. *conf.* Heaut. IV. 7. 6. Phorm. II. 3. 14. Est quod me transire ad forum oporteat. Hec. II. 2. 31. Quod me accusat —, sum extra noxiam. Hec. II. 3. 3. Quod illum insimulas durum, id non est. Heaut. I. 2 30. *Sed potest hic esse majuscula Ellipsis, ita supplenda: Quod attinet ad id negotium* l. *crimen, secundum* l. *per quod insimulas* &c. *Consule Perizonium ad Sanct. Minerv. Edit. Amstelod.* 1714. pag. 126. 127.

Qui, *ut.*) Te id dare operam, qui — amoveas. And. II. 1. 7. Facite —, qui detur tibi. Ego id agam, mihi qui ne detur. *Ibid.* 34. & 35. Orationem sperat invenisse se, qui &c. And. II. 4. 5. *potest tamen hic esse Ablativus antiquus pro* qua, *quomodo &* And. Prol. 6. *conf. Plaut.* Amph. I. 1. 105 & 263. Huic demus, qui fruatur. Adelph. V. 8. 27. *hic etiam manifeste* Qui *est Ablativus, & sic revera est ubicunque* ut *significat.*

Qui, *Quomodo.*) Qui scire posses? And. I. 1. 26. *conf.* II. 1. 20. III. 3. 33. & 43. Id qui (sc. *fiat*), nescio. Heaut. V. 2. 5. Qui istuc? Qui dum? Eun. I. 2. 41. II. 2. 42. Hec. III. 1. 39. Qui est cognata (*mihi*)? Phorm. II. 3. 51. *conf.* Phorm. I. 2. 80. Qui vocare? Adelph. V. 6. 3. *quamquam non est ita certum Ablativum potius hic esse quam Nominativum.* Plaut. Mil. II. 5. 26. Quis *igitur* vocare?

Quia) Si id succenseat, quia non &c. And. II. 3 2. Eone —, quia? Eun. III. 1. 25. An eo fit, quia? Heaut. III. 1. 99. Ego hoc, quia — jusseras, eo coepi. Heaut. IV. 5. 38. *conf.* Adelph. IV. 5. 64. Quia enim. Ibid 52. Hec. III. 1. 31. Phorm. II. 2. 8. Quippe quia. Heaut. III. 2. 27. Sane, quia vero hæ mihi patent semper fores. *Ironia.* Eun. I. 2. 9. Ideo, quia. Hec. II. 1. 21. Sin ea est causa, quia. Hec. II. 2. 14.

Quicum, *vel* Quocum. *vid.* Cum.

aliquid) amplius tibi cum illa fuit? And. II. 1. 21. *conf.* Eun. II. 2. 41. Heaut. III. 1. 29. Adelph. II. 4. 1. Hec. II. 2. 25. Quidnam est, quod sic video timidum — Getam? Adelph. III. 2. 7. Quidnam ille commotus venit ɔ: *quamobrem?* Phorm. I. 4. 6. *add.* And. I. 4. 7.

Quispiam.) Quid si hoc quispiam voluit Deus? Eun. V. 2. 36. An narremus cuipiam? Adelph. III. 2. 38. Ex hujusmodi re quapiam. Eun. V. 2. 34. Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ? And. II. 6. 7. Si remittent quidpiam — dolores. Hec. III. 2. 14.

Quisquam.) Si quisquam est, qui placere se studeat —, in his &c. Eun. Prol. 1 & 3. Nemo — quisquam. Eun. II. 1. 21. V. 9. 2. Nemo illorum quisquam. Hec. I. 1. 10. Ut usquam fuit fide quisquam optuma. Adelph. II. 1. 7. Neque fratrem homo vidisse se ajebat quisquam. Adelph. IV. 6. 5. Nec, qui eam respiciat, quisquam est. Adelph. V. 8. 9. Ut unus hominum te vivat nusquam quisquam blandior. Hec V. 4. 21. An quisquam usquam gentium est aeque miser? Hec. III. 1. 13. Numquam ita quisquam &c. Adelph. V. 4. 1. Hunc — nostrarum numquam quisquam vidit. Illarum neque te quisquam novit. Eun. IV. 4. 11. II. 3. 82. *Utrobique* τὸ Quisquam *est generis fœminini. consulas etiam* Donatum ad Adelph. IV. 4. 24. *add.* Plaut. Prolog. Poenuli v. 107. Numquam cuiquam nostrum verbum fecit. And. I. 2. 7. En umquam cuiquam &c. Phorm. II. 3. 1. Quis homo — umquam vidit — quemquam &c.? Eun. V. 5. 19. Neque eum quemquam esse arbitror. Hec. V. 3. 7. ɔ: *non credo eum existere.* Nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam, (sc. *meretricibus dum foris sunt).* Eun. V. 4. 13. Nihilne in mentem venit? Cr. Numquam quidquam. Adelph. IV. 1. 13. *conf.* II. 3. 4. Eun. V. 7. 1. Hic tibi nihil est quidquam incommodi. Hec. III. 3. 4. *conf.* Phorm. II. 1. 20. And. I. 1. 64. Eun. V. 2. 45. Adelph. III. 3. 12. Phorm. I. 2. 30. Aeque quidquam nunc quidem (sc. *narro).* And. II. 6. 3. *Jac. Perizonius ad Sanct. Minerv.* I. 13. [*pag.* 92. *Ed. Amst.* 1714.] *vim hujus responsi ex longa ellipsi petendam censebat, atque adeo verba ita supplenda, quasi respondisset servus:* Nunc quidem aeque quidquam narro,

narro, ac narro tunc, quando nihil narro. *Nisi tamen fortasse seu floccum de veste ostendendo, seu digitis crepitando, aliove gestu hæc loquutus est servus; quando sermo ejus & clarior & ἐμφατικώτερος erit. Ex Mſ. Pal. secundò citat Pareus,* Neque quidquam &c. *sensu perspicuo.* West *respice & supra* Quidem. Cui aeque audisti commodius quidquam evenisse? Heaut. IV. 3. 7. Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias *(mulierem.)* Hec. II. 1. 3. Nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant. Hec. III. 5. 62. Omnia habeo, neque quidquam habeo. Eun. II. 2. 12.

Quisque.) Pro se quisque sedulo faciebat. Heaut. I. 1. 74. Quorum opera — suo quisque tempore usus est. Adelph. Prol. 21. Ut quisque suum (sc. *pater filium)* volt esse, ita est. Adelph. III. 3. 45. Quin spolies — quemque nacta sis, ɔ: *quemcumque.* Hec. I. 1. 8. Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducas pati? Hec. IV. 2. 27. i. e. *qualiscunque quælibet nostrum duarum est* sc. *ego mater, & illa uxor tua. alluditur ad ea quæ prædixerat Pamphilus* vers. 25. & 26. *Anna Fabra hujus loci expositione parum gratificatur suo sexui.*

Quisquis es, sine me. Adelph. III. 2. 23. *conf.* Phorm. I. 4. 19. Quæquæ fors fortuna est. Hec. III. 3. 26. Nisi, quidquid est, volo scire. Adelph. I. 1. 73. *add.* Eun. III. 4. 10. V. 6. 20. Quidquid hujus factum est. Ibid *vers.* 10. Quidquid id est, quod reliquit, profuit. Hec. III. 5. 13. Quidquid hujus feci. Eun. I. 2. 122. *conf.* V. 9. 40. Heaut V. 2. 8. Quoquo pacto. Eun. V. 9. 53.

Quivis.) Per alium quemvis ut daret. Heaut. III. 1. 61. Cedo quemvis arbitrum. Adelph. I. 2. 43. *Vir* in quovis loco *paratus.* And. IV. 3. 3 Abs quivis homine. Adelph. II. 3. 1. Quovis illos tu die reducas. Adelph. V. 3. 43. Una harum quævis causa. And. V. 4. 1. Quamvis causam —, quam ipsam veram. Hec. IV. 1. 25. Quidvis satis est, dum vivat modo. Heaut. IV. 1. 28. ɔ: *Utcumque* (i. e. *quamquam misère & turpiter) vivat filia, perinde est, dummodo servetur. Westerhovius advocat* Plaut. Mil. III. 1. 155. Quidvis oneris impone. And. V. 3. 26. *conf.* Phorm. V. 3. 29.

Quor-

Alicui

Retra-

Saevus.

Scisse.

V. 8. 21. Nos senes est aequum senibus obsequi. Heaut. III. 1. 10. Patres — aequum esse censent, nos jam a pueris illico nasci senes. Heaut. II. 1. 1. & 2.

Senium, *pro*, *Senex.*) Ut illum Dî Deaeque senium perdant, qui me *&c.* Eun. II. 3. 10.

Sensus.) Illius sensum pulchre calleo. Adelph. IV. 1. 17.

Sententia.) Stat sententia. Eun. II. 1. 18. Siccine est sententia? Heaut. I. 1. 14. Aliter est sententia (de hac re). Hec. V. 4. 15. Adelph. III. 5. 5. Cur non tibi est haec sententia? Hec. I. 1. 18. Dan. Hvorfore er I ikke af denne Tænkemaade? Ut sciam — quid *(ei l. ejus)* sit sententiae. Phorm. II. 4. 4. *Westerhovius hinc format phrasin:* Quid es sententiae. *quàm rectè, nescio.* Mutare sententiam. And. II. 3. 19. *conf.* Hec. IV. 1. 54. Mihi per alium ostendit suam sententiam. Heaut. II. 1. 7. Per ejus unam, aut vivam, aut moriar sententiam. Phorm. II. 1. 19. *Tentare* sententiam *alterius.* Phorm. IV. 3. 14. Ut meam scias sententiam. Phorm. V. 8. 54. Ex sententia *obtigit.* Heaut. IV. 5. 5. — — *evenit. Ibid.* vers. 17. Hec. V. 4. 32. *conf.* Adelph. III. 3. 17. & 66. Satin' omnia ex sententia? Phorm. II. 1. 26. Ego mea quidem sententia judico. Adelph. V. 9. 2. *conf.* I. 1. 40. Phorm. II. 2. 21. Levi sententia *esse.* Hec. III. 1. 32. *Puerilis sententia.* Phorm. V. 7. 56. Sententia, *gnoma, dictum breve & argutum.* Hec. III. 5. 12. Quot homines, tot sententiae. Phorm. I. 4. 4.

Sentio.) Estne ea intus? Ch. Sit rogas? Sensi. Heaut. III. 1. 45. & 46. Dan. Jeg har faaet det at føle. Isl. Jeg hefi kennt a Þvi, l. fundid Þad, l. fengid at finna Þad. *meo detrimento & malo expertus sum* l. *cognovi, eam esse intus. Conf.* Eun. III. 1. 48. Sentiet, qui vir siem. Eun. I. 1. 21. Ipse sentiet posterius. Adelph. I. 2. 59. Hosce aliquot dies non sentiet, ɔ: *istius incommodi sensu non adficietur.* Heaut. IV. 5. 4. Sentio, *Observo, animadverto, deprehendo, comperio.* Dan. Bliver vaer, Faaer Nys om, Merker. Isl. Verd varr (nockurs, edr, vid nockut), Fæ Niosn af, Verd a-skynia l. *potius* a-skyni, Finn. Hec. III. 1. 35. IV. 1. 7. IV. 4. 16. And. II. 3. 29. IV. 2. 7. Phorm. I. 4.

I. 4. 28. Eun. I. 2. 57. Adelph. Prol. 1. Heaut. II. 3. 43. III. 1. 49. *saepius.* Ne sentiat me sensisse. Heaut. IV. 8. 20. Vix tandem sensi stolidus. And. III. 1. 12. Si sensero. And. I. 1. 137. I. 2. 25. Sentio, *re ipsa intelligo, experior. bono sensu. Sic:* Fac te patrem esse sentiat. Heaut. V. 1. 52. *conf.* Hec. III. 3. 29. Sentio, *existimo.* Heaut. III. 1. 79. *sic:* Nae iste haud mecum sentit. And. II. 1. 24. Idem, quod ego sentit. Adelph. IV. 2. 29. Tu si hic sis, aliter sentias. And. II. 1. 10. Sensti, *contractè.* And. V. 3. 11. Hec. IV. 1. 45.

Sentus *(homo)*. Eun. II. 2. 5.

Seorsum.) Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi praeterea. Adelph. V. 9. 14. Isl. Serbeilis. Dan. S ser.

Sepelio.) Nullus sum: Sepultus sum. Phorm V. 7. 50.

Sepulcrum. And. I. 1. 101. *Manifeste hic notat ipsum* locum, ubi comburebatur cadaver. *Sequitur enim continuò:* In ignem imposita est. *Pariter Tacitus* Annal. II. 73. *Corpus, ante quam* cremaretur, *nudatum in foro Antiochensium, qui locus* sepulturae *destinabatur. Florus* III. 21. 21. *Q. M. Scaevola Pontifex, Vestales amplexus aras, tantum non eodem* sepelitur igne. *Cic. pro Flacco* cap. 95. *Qui vos* — incendio *patriae* sepelire *conatus est. & Fam.* IV. 12. *Sulpitius, scribens de Marcelli funere,* locum rogi *itidem* Sepulturam *vocat. Nec aliter intelligendus locus Nepotis*, Eum. cap. 13. *Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis* ejus sepeliendum *tradidit. Hi militari honestoque* funere, *comitante toto exercitu* humaverunt, ossaque ejus *in Cappadociam.* — deportanda curarunt. *Suet. Domit.* cap. 15. Sepeliri *quoque accuratissime imperavit.* Quod cum fieret, *evenit, ut repentina tempestate* dejecto funere semiustum cadaver *discerperent canes. Eòdem respexit Plautus, Menaechm.* I. 2. 43. *ubi cyathos sorbillando diem producturus Menaechmus inquit:*

Clam uxorem ubi sepulcrum *habeamus, atque hunc* comburamus *diem.*

Verum, ohe, satis testimoniorum. An ideo locus rogi Sepulcrum *dictus, quod quandoque* ossa sepelirentur eodem loco, quo cadaver erat combustum? *Exemplum refert Virgilius Aeneid.* XI. 211. [*Quò addo hoc Festi:* "Bustum pro-

tuus. And. IV. 1. 52. Μεταληπτικῶς vel μετωνυμικῶς, Servitium *pro servitute posuit*. Donat.

Servitus.) Justa & clemens apud *aliquem*. And. I. 1. 9. In servitutem pauperem *(mulierem)* ad ditem dari *(nuptum* sc.). Phorm. IV. 3. 48.

Servare, *castigare*, *monere filium*. Heaut. III. 3. 31. Sannio servat domi. Eun. IV. 7. 10. Me — servat, ne quam faciam — fallaciam. ɔ: *observat*, *attente cavet*. And. I. 3. 7. *Servare vultum* l. *gestum*. Phorm. I. 4. 35. Serva, *simpliciter*, ɔ: *retine tuam constantiam*; aut, *observa meum nutum & gestus*. And. II. 5. 5. Adelph. II. 1. 18. *ubi posterior sensus obtinet*. Serva — filium, & me, & familiam. Heaut. IV. 8. 4. Ipsa — Salus servare non potest hanc familiam. Adelph. IV. 7. 44. *conf.* And. I. 1. 114. Heaut. III. 2. 24. Phorm. III. 3. 6. And. III. 3 9. *Quibus in locis omnibus*, τὸ Servare, *positum est*, *pro*, *ab interitu defendere*, *conservare*, *salvum praestare*. Juno Lucina — serva me! And. III. 1. 15. Adelph III. 4. 41. Ita me servet Jupiter! Phorm. V. 3. 24. Juppiter! serva haec nobis bona. Eun. V. 9. 19. *Servare*, quod *pater* labore *invenit*. Heaut. V. 4. 17. *Servare*, *& perdere*; *opponuntur*. Dan. Beholde eller tabe. Adelph. II. 2. 33. *conf.* Adelph. V. 3. 59. Servare *quem*, ɔ: *custodire*, *observare*. Eun. V. 2. 64 & 65. Servandum dare *quid cui*. Eun. Ibid. Heaut. IV. 1. 42. Servare, *tueri*. And. I. 5. 63. *Servare* fidem. And. Ibid. 45. — — in eo, quod *quis* dixit. Hec. III. 32. 42. Quod *quis* pollicitus est, *servare*. Hec. V. 2. 20.

Servulus, *per extenuationem*, *sive contemtum*, *pro* Servus, q. d. *Servus vilis* l. *miser*. Adelph. IV. 2. 27. Servuli *adolescentum*. And. I. 1. 54. *Westerhovio videntur intelligi* paedagogi, *quibus id negotii dabatur abs heris ut filios heriles comitarentur*, *quocunque irent*. *Unde adeo* Venientes & Abeuntes *occurrunt*. *Nisi mavis (inquit ille)* Internuntios *intelligi*. *At simpliciter intelligere licet* Pedisequos.

Servus currens. Heaut. Prol. 37. & 31. Eun. Prol. 36. — tardiusculus. Heaut. III. 2. 4. — spectatus satis, cui dominus curae est. Adelph. V. 6. 5. — *futilis*. And. III. 5. 3. — haud *illiberalis*. Adelph. V. 5. 5. Servum hominem

Qqqqq 5 Sper-

Di-

Ut ne paululum quidem fuboleat, effe &c. Heaut. V. 1. 28.

Subfentire quid. Heaut. III. 1. 62.

Subfervire orationi *alterius.* And. IV. 3. 20. i. e. *vel, Ei fuam accommodare refponfionem: vel, Verba fuppeditare alteri memoriâ aliove vitio deficienti. Ad priorem fenfum, ut fimilem fere locutionem, adfert* Wefterhovius Cic. Fam. III. 1. [num. 5.] *Mirifice ipfe* fuo fermone fubfecutus eft *humanitatem literarum tuarum.* Cum *pofteriore autem componit* Plaut. Bacchid. I. 1. 2.

Ubi me fugiet memoria, ibi tu facito, ut fubvenias.

Subfidium.) Ego in fubfidiis hic ero fuccenturiatus. Phorm. I. 4. 52.

Subfterno.) Verbenas fubfterne *(puero).* And. IV. 3. 12.

Subfto.) Metuo, ut fubftet hofpes. And. V. 4. 11. Wefterhovius *contulit* Plaut. Epid. I. 1. 77.

Tantae in te impendent ruinae; nifi fuffulcis firmiter, Non potes fubfiftere: *itaque in te irruunt montes mali.*

Subteinen nebat. Heaut. II. 3. 52.

Subtriftis — aliquantulum. And. II. 6. 16.

Subvenite inopi. Adelph. II. 1. 12. *Cervam* plorare, orare ut fubveniat fibi. Phorm. Prol. 9.

Subvorto.) Ne — bonae tuae iftae nos rationes, & tuus ifte animus aequus fubvortant. Adelph. V. 3. 51.

Succedo.) Parum fuccedit quod ago: at facio fedulò. And. IV. 1. 56. Hac non fucceffit, alia adgrediemur via. Ibid. verf. 47.

Succenfeo.) Nihil fuccenfeo, nec tibi, nec huic: nec vos eft aequam, quod facio, mihi. Heaut. V. 2. 23. An id fuccenfes nunc illi? Phorm. II. 1. 29. Nihil fecit, quod fuccenfeas. Ibid. verf. 33. Si id fuccenfeat nunc, quia &c. And. II. 3. 2. Merito nunc ego mihi fuccenfeo. Heaut. V. 1. 42.

Succenturiatus. Phorm. I. 4. 53.

Succus.) Corpus — fucci plenum. Eun. II. 3. 26.

Sudabis fatis, fi cum illo inceptas homine. Phorm. IV. 3. 23.

Suffarcinatus.) Vidi Cantharam fuffarcinatam. And. IV. 4. 31. *Ad quae* Eugraphius: Suffarcinari *dicitur, quafi* Far-

Farcina aliqua fulciri. Siquidem farcio farsi, *&* farcinor fartus [*Hoc non procedit; videtur ergo* Fartus *esse expungendum, quod praeterea nihil ad rem facit.*], *unde* Suffarcinor, *facit. Et* Cantharam suffarcinatam *dixit, quasi corbem supponendo puero repletam. Haec Eugraphii verba, ut arbitratur Westerhovius*, Petro Nannio *ansam dedere, ut ex conjectura legeris*, Cantharum suffarcinatum, *intelligens* χύτραν *seu fictile vas, cujusmodi Athenis in exponendis pueris fuisse usitata, ex Aristotele, Callimacho & Aristophane observat* Farnabius. *In eadem vero, qua Nannium, sententia fuisse plures, ex tribus* MSS. Leidensibus *apparet, in quorum uno (monente Westerhovio) voci* Cantharam *suprascriptum, sed alia manu*, chorbem, *in secundo*, corbem, *in tertio*, corbem honustam de puero. *Ista Nannii sententia, ad quam etiam* Lindenbrogius *accessit, jure displicet* Westerhovio; *cujus argumenta potiora contra eam haec sunt: Primum consensus Mssorum, quorum nullum unquam vidit Nannius, ipso teste*, Miscell. Lib. II. cap. 6. *Tum hoc loco non de exponendo, sed supponendo puero est sermo. Porro* suffarcinati *dicuntur homines, non res. Demum responsum Mysidis. is enim est sensus dictorum ejus* [*hoc versu, & sequenti*]: Si Cantharae mulieri ancillae testimonii dictio non est, Dîs pol habeo gratias, quum in pariundo aliquot adfuerunt liberae, quarum testimonio publice constare queat, Glycerium verè peperisse, neque hunc puerum esse suppositum. [*Hoc argumentum parum firmum est, nam unde constat annum istam Cantharam ancillam fuisse? Quin, si quidquam supplendum sit in dictis Mysidis*, Mihi *pro* Cantharae *probabilius substituetur; tum vero argumentum hoc nihil facit adversus Nannium.*] *Ad sensum autem & rationem vocis*, Suffarcinatus, *illustrandæ* Westerhovius *adtulit* Plaut. Curc. II. 3. 9.

Tum isti Graeci palliati, capite operto qui ambulant,
Qui incedunt suffarcinati *cum libris, cum sportulis.*

Tum subdidit: Ut a Sarcio *est* Sarcino, *ita a* Farcio *est* Farcino. *Haec ille.* Donatus *adnotat: Proprium est anibus* suffarcinatas *esse. ut* Persius [Sat. IV. 21.] *Pannucia Baucis. Et* Plautus [Pseud. II. 2. 64.] *Doliarem, claudam, crassam. In ambiguo igitur est, utrum Donatus hic*

per

per Suffarcinatam *intellexerit* Pannis obsitam, *an* Crassam. *illud ex loco Persii, hoc ex Plauti, colligi potest. Denique* Dionys. Lambinus *apud Plautum supra legendum censet* Subfarcinati, *&* *apud Nostrum* Subsarcinatam. *exponit autem* Subsarcinati, *pannis obsiti, & vestibus quasi sarcinis sufferti atque onusti. & deinde, forsan ad Terentii locum respiciens, scribit:* Subsarcinatus *occultâ sarcina onustus. Hoc posteriori sensu* Subsarcinatam *apud Terentium legi, ut planius, & ad rem accommodatius isto* Suffarcinatam, *mihi sane adrideret, nisi Librorum deforet auctoritas. Quod autem statuit Lambinus,* Suffarcinatus *&* Farcinare *non esse voces Latinas, id verum non est; cum* Suffarcino *inveniatur in Apulejo, &* Farcino *in Marciano Capella. Alia res est, si dico,* Suffarcinatus *esse ambigui sensus, atque adeo non temere imitandum.*

Suffero.) Vix suffero. *absolute. conf.* Patior *&* Duro. Heaut. II. 4. 20. Pro *alterius* peccatis supplicium *sufferre.* And. V. 3. 17. *Sufferre alterius* sumtus. Heaut. III. 1. 44.

Suggero.) Cur tu his rebus sumtum suggeris? Adelph. I. 1. 37.

Sui. Sibi. Se. Sese.) Hanc meritam esse, ut memor esses sui, *pro, ejus.* And. I. 5. 46. Quam uterque est similis sui! Phorm. III. 2. 16. Quid sibi hic vestitus quaerit? Eun. III. 5. 10. Sibi me pro ridiculo putat. Heaut. V. 1. 79. Te sibi quisque expetit. Heaut. II. 4. 3. Si ex me illa liberos vellet sibi. Hec. IV. 4. 33. *ubi τὸ Sibi salvo quidem sensu abesse potest, sed suavius tamen additur.* Is sibi responsum hoc habeat. Phorm. Prol. 17. Se *&* Sese πλεονάζει, *ambiguitatis vitandae causa. ut:* Qui placere se studeat bonis. Quae sese inhoneste optavit parere — divitias. Uxorem decrerat dare sese mihi hodie. Eun. Prol. 1. And. IV. 5. 2. I. 5. 3. Habet aliud magis ex sese, & majus. And. V. 4. 51. Pro se quisque sedulo faciebat. Heaut. I. 1. 74. Omnes sibi malle melius esse, quam alteri. And. II. 5. 16.

Sum. Forem. Fore.) Ibi nunc sum ɔ: *id operam do* l. *allaboro.* Heaut. V. 2. 30. *conf.* III. 1. 63. Nullus sum. And. III. 4. 20. Eun. V. 7. 22. Hec. III. 1. 39. IV. 4. 31.

 Non

Tum addit idem Westerhovius, *hanc fuisse usitatam formulam bene precandi recens natis. Impium autem patri longiorem filiô vitam precari.*

Superfum.) Ausculta, quod superest fallaciae. Heaut. IV. 5. 23. i. e. *reliquum est.* Tibi, quia superest, dolet. i. e. *abundat, plus satis est.* Phorm. I 3. 10. Cui tanta erat res, & supererat? Phorm. I. 2. 19.

Suppedito.) Ut tuo amori suppeditare possit sine sumtu tuo. Eun. V. 9. 46. Si illi pergo suppeditare sumtibus. Heaut. V. 1. 57. i. e. *affatim praebere argentum ad sumtus faciendos.*

Supplex.) Ne cuiquam suorum aequalium supplex fiet. Phorm. V. 6. 47. i. e. *Supplicet, de argento sibi mutuo dando.*

Supplicium.) Jam supplicii satis est mihi. Phorm. I. 8. 40. Pro peccato magno paullum supplicii satis est patri. And. V. 3. 32. Satis mihi id habeam supplicii, dum &c. Adelph. III. 2. 15. De *aliquo sumere* supplicium. And. III. 5. 17. Pro *alterius* peccatis supplicium *sufferre.* And. V. 3. 17. *Dare alicui* ultrò supplicium. Eun. I. 1. 25. *Alicui* de *se dare* supplicium. Heaut. I. 1. 86.

Supplico.) Hunc orabo: huic supplicabo. And. II. 1. 12. Haec tibi aderit supplicans. Eun. IV. 7. 41. Is sibi me supplicaturum putat? Hec. III. 5. 50.

Supponere aliquem alicui. Eun. V. 3. 3. Puerum supponi. Eun. Prol. 39.

Supra.) Nihil supra. Eun. III. 1. 37. Voltu adeo modesto —, ut nihil supra. And. I. 1. 93. παράλληλον *est illud* Ciceronis, Fam. II. 18. *Ut nihil addi posse videatur.* Virg. Aeneid. XX. 509.

est omnia quando
Iste animus supra.

Latinorum Nihil supra *respondet* Graecum ὑπέρευ. Westerhov. Nihil pote supra. Adelph. II. 3. 11.

Supremus.) Pro supreme Jupiter! Adelph. II. 1. 42.

Surdus.) Utinam aut hic surdus, aut haec muta facta fit. And. III. 1. 5. Σύλληψις *per genera.* Donat. Nae ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam. Heaut.

ὅτι λάτρα τὰς συκᾶς τὰς ἀφιερωμένας τοῖς θεοῖς ἐκαρποῦντο, μετὰ δὲ ταῦτα εὐθηνίας γενομένης, κατηγόρουν τούτων τινὲς, καὶ ἐκεῖθεν Συκοφάνται λέγονται. Ἄλλως. Ἀπείρητο Ἀθήνησι, μὴ ἐξάγειν ἐντεῦθεν ἄλλοσέ που σῦκα. βουλομένων οὖν τινῶν ἐξενεγκεῖν, ἑστάμενοι ἐν ταῖς τῶν πυλῶν ἐξόδοις ἄνδρες πανοῦργοι, τὸ τοῦτον ἐξήλεγχον τέχνασμα, ὃ περὶ τὴν ἐξαγωγὴν ἐποίουν. ἐκαλοῦντο οὖν Συκοφάνται, ὡς τὰ σῦκα φαίνοντες. ἐπεκράτησεν οὖν ἐξ ἐκείνου τοὔνομα πρὸς πάντας τοὺς πανούργους. *Imprimis vero falsò deferre & accusare συκοφαντεῖν vocant.* Aristoph. Ἀχαρν. 518. *Consule omnino Pollucem* VI. 36. & VIII. 6. *Suidam & Festum.* Westerhov. Sycophanta impudens. Heaut. Prol. 38.

Symbolam dedit, coenavit. And. I. 1. 61. Heri — coimus — in hunc diem ut de symbolis essemus. Eun. III. 4. 1. & 2. De symbolis quid actum est? Eun. III. 5. 59.

Συναποθνήσκοντες, Diphili Comoedia est. Adelph. Prol. 6.

Syriscus, *nom. propr. Diminutivum à* Syrus. Eun. IV. 7. 2. *conf.* Adelph. V. 1. 1. *ubi, per blandimentum, pro* Syrus *usurpatur.*

T.

Tabesco.) Dolore ac miseria tabescit. Adelph. IV. 3. 12.

Tabula picta. Eun. III. 5. 36.

Taceo.) Quid taces? And. III. 2. 18. Eun. I. 2. 8. III. 5. 12. Etiam tac s? Adelph. IV. 2. 11. Quin taces? And. II. 3. 25. *Correptio est silentium praecipientis, de eo*

Ex ejusdem calculo Talentum *continuit sexaginta minas, seu argenti libras, quarum singulae erant sex mille drachmarum.* Si talentûm rem reliquisset decem. Phorm. II. 3. 46. Quasi talenta ad quindecim coëgi. Heaut. I. 1. 93. Haec talenta dotis adposcunt duo. Heaut. IV. 7. 10. Duo talenta — *(ad dotem)* esse ego decrevi satis. Heaut. V. 1. 67. Ex praediis talenta argenti bina statim capiebat. Phorm. V. 3. 6.

Talis, *ad laudem usurpatur, ut:* Hanc matrem habens talem. Quod ad illum attinet, talem, tali genere atque animo. Hec IV. 2. 26. Adelph. III. 1. 10. Ne illum talem praeripiat tibi. Eun. I. 2. 8. *itidem, sed per ironiam.* Talis, *in vituperatione usurpatur.* And. V. 2. 29. *conf.* Heaut. V. 3. 20. *Talis* — atque. Phorm. V. 8. 39.

Tam.) Quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum. And. III. 5. 2. Numquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum revortor, quin.. Heaut. I. 1. 15. Te miror, —, tam mane, heri qui tantum biberis. Heaut. III. 2. 8. Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id certo scio. Heaut. V. 1. 1. *ubi* Tam *&* Ita *posita sunt, pro,* valde l. multum. Tam ob parvolam rem. Adelph. II. 4. 10. Ne tam quidem *(propero).* Ibid. vers. 14. Quum te video nostrae familiae tam ex animo factum velle. Adelph. V. 7. 21. Quae *(ira)* tam permansit diu. Hec. III. 1. 21. Non temere est, quod tu tam times. Phorm. V. 8. 9. Utinam tam aliquid invenire posfis, quam hoc peribit. Eun. II. 1. 4. Non tam ipso quidem dono *(laeta est)*, quam abs te datum esse. Eun. III. 1. 2. Tam scio —, quam me vivere. Eun. IV. 4. 51. Id nobis tam flagitium est, quam *&c.* Adelph. III. 3. 68. Quam minima in spe situs erit, tam facillime *&c.* Heaut. V. 2. 45. Quam vos facillime agitis: quam estis maxume potentes, —: tam maxume vos aequo animo aequa noscere oportet. Adelph. III. 4. 56. 57. *&* 58. Ne tam obfirma te. Heaut. V. 5. 8. Quid est, quod tam a nobis graviter crepuerunt fores? Heaut. III. 3. 52. Tam, *saepius iteratur.* Eun. III. 5. 57.

Tamen.) Non ita —, sed tamen. And. Prol. 11. Tamen si pater, sc. *velit.* Eun. V. 2. 50. Quanta quanta haec mea

Temera-

Temerarius.) Illa temulenta est mulier, & temeraria. And. I. 4. 2.

Temere.) Sed dico tibi, ne temere facias. And. I. 2. 34. H. e. *calide*, *audacter*. Senec. Epist. XXX. *Cogita quam multa* temere *pro pecunia — tentaveris: aliquid & pro otio audendum est. Hinc* Temeritas *pro* audacia. Senec. Benef. VII. 3. *Quem (Alexandrum) per Liberi Herculisque vestigia felix* temeritas *egit*. Westerhov. Non temere est. Eun. II. 2. 60. *conf.* Heaut. IV. 1. 7. Non temere est, quod. Phorm. V. 8. 9. Non est temere. Heaut. IV. 1. 7. Omnes res cautius, ne temere faciam, adcuro. Hec. V. 1. 11. Hoc (argentum) temere numquam amittam a me, quin mihi testes adhibeam. Phorm. IV. 5. 2. Priusquam huic respondeas temere. Phorm. V. 8. 48. Sic erit. non temere dico. Phorm. V. 3. 19. *Res* forte temere *evenit*. Phorm. V. 5. 30. Temere, *pro*, *facile*. Hec. V. 4. 38.

Temperans.) Minus rei aut famae temperans. Phorm. II. 1. 41. Hominis frugi & temperantis functus officium. Heaut. III. 3. 19.

Tempestas.) Usque adversa tempestate *uti (in navigando)*. Hec. III. 4. 9.

Templa coeli summa sonitu concutit *(Jupiter)*. Eun. III. 5. 42.

Tempus.) Dum tempus ad eam rem tulit. And. I. 2. 17. *Absolute. & deest* se: *ut sit*, *Dum tempus se praebuit*. Donat. *Conjunxerim*, Tempus ad eam rem, *quando* Tulit *erit* sivit, permisit. *Sic* Occasio ad eam rem *dixit* Plautus, Bacchid. IV. 4. 22. *Quin* Noster Eun. IV. 1. 7. ad eam rem tempus non erat. *Sensus igitur erit*, *dum tempus amorum & liberioris vitae sivit*, *sivi ut expleret animum suum*. Westerhov. Dum aetas, tempus tulit. Hec. IV. 2. 18. Ita tempus fert: faciundum est, Adelph. V. 3. 53. Dum tempus datur. And. III. 3. 24. Tempus sibi dari, ubi &c. Phorm. IV. 2. 6. Hoc tempus — haud te ulcisci sinit. And. III. 5. 18. Tempus promissa est jam perfici. And. IV. 1. 7. Dum est tempus. Eun. I. 1. 11. Ubi tempus erit, *commodum sc. vel temporis opportunitas*. Eun. III. 2. 32. *conf.* III. 1. 4. Tempus constitutum est. Praeteriit tempus. Eun. III. 4. 3.

Amor

Thesaurus.) Unde is sit thesaurus sibi. Eun. Prol. 12. Thesaurus, *Fabulae nomen.* Ibid. vers. 10.

Tibicina. Adelph. V. 7. 7. Missa haec face; Hymenaeum, — tibicinas. Ibid. vers. 9.

Timeo.) Quam timeo, quorsum evadat! And. 1. 100. Timeo, incertum hoc quorsum accidat. And. I. 5. 29. Timeo —, quam — mihi nuntiet rem. Phorm. I. 3. 26. Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem. Phorm. IV. 3. 3. Nunc nostrae timeo parti, quid hic respondeat. And. II. 5. 8. Ei timeo. Phorm. I. 4. 11. Ejus vitae timeo. And. I. 3. 5. Nonnihil timeo —, ne quam ille — turbam faciat. Eun. IV. 1. 1. Timeo, ne &c. Hec. V. 4. 4. And. I. 5. 34. Heaut. III. 1. 25. Istam nunc times, ne illum talem praeripiat tibi. Eun. I. 2. 80. Non — temere est, quod tu tam times. Phorm. V. 8. 9. Quando nihil times. Ibid. vers. 10. Timet omnia, patris iram & animum amicae, se erga ut fiet suae. Heaut. I. 2. 15. *Id est, timet, ne amica eum postergaverit, ac ne ex ejus animo effluxerit.* Calph. *apud quem notari meretur verbum,* Postergo, *quasi, post tergum rejicio, negligo.* Quam timui male, ne. Heaut. IV. 1. 51. Tibi timui male. Heaut. III. 2. 20. Ne time. Adelph. II. 4. 15.

Timidus, *pro, timens.* Hec. III. 3. 5. Phorm. I. 4. 28. *Sic:* Ego — timida sum, ne &c. Hec. V. 1. 7. & 8. Timidus, *pro, perturbatus.* Phorm. II. 1. 54. Adelph. III. 2. 7. Eun. IV. 2. 14.

Timor.) Animus in spe atque in timore — attentus fuit. And. II. 1. 3. *vid.* Spes. Animus timore obstipuit. Adelph. IV. 4. 3. Delirat miser timore. Phorm. V. 8. 9.

Titubo.) Illa ne quid titubet, (sc. *metuo*). Heaut. II. 3. 130.

Tolerabilis.) Paullo qui est homo tolerabilis. Heaut. I. 2. 31. *Loci hujus obscuri sensus forsan est: Qui filius, vagae Veneris & conviviorum usu modico, aut, modico in ea sumtu, a parentibus potest tolerari, eum quidem non penitus prohibent parentes ab his adolescentiae oblectamentis; at* Scortari crebro nolunt, &c. *Conf.* Horat. Serm. I. 1. 31. seqq. *& ad eum* Veterem Scholiastam. *Quicquid sit,* Tolerabilis *hic de parente accipiendum non putem; neque adsen-*

primo

Phaedriae. Phorm. V. 8. 60. Curabo — adductum tuum Pamphilum, ɔ: *tuum amatorem.* And. IV. 2. 2. *Sic:* Adducimus tuam Bacchidem. Heaut. II. 3. 70. *conf.* Eun. V. 9. 21. Tua Philumena, sc. *uxor.* Hec. IV. 2. 12. Jam nunc haec non est tua ɔ: *in tua potestate.* i. e. *nondum tibi licet amatoria illi facere blandimenta, quasi sponsa tibi foret.* Heaut. II. 3. 135. Quasi non ea potestas sit tua, ɔ: *id sit in tua potestate. Hypallagen sapit.* Heaut. IV. 3. 42. Tuus pater. Tuus gnatus. And. II. 2. 16. Phorm. II. 3. 75. *conf.* Eun. V. 9. 28. Phorm. I. 3. 12. Hec. V. 2. 13. *alibi millies. quae ideo adnoto, quod video infrequens valde esse hodie, ut adjectiva pronominalia praeponantur nominibus.* Tuus est Chremes. And. V. 6. 12. ɔ: *Chremetem totum possides.* Paraphrast. Delph. Tua praesentia. Heaut. III. 3. 12. *Impersonaliter, id est, cujuscumque praesentia.* Paraphrast. Delph. *conf.* Phorm. IV. 5. 12. *& supra,* Tu. Istam multimodis tuam inveniri gaudeo. And. V. 4. 36. sc. *filiam esse. & Chremeti hic fit gratulatio, quamquam Pamphilus respondeat.* Omitte tuam istanc iracundiam. Adelph. IV. 7. 37. Tuum est mihi ignoscere, sub. *officium.* And. IV. 1. 15. *conf.* I. 1. 141. Tetigin' tui quidquam? Adelph. II. 1. 24. Tuum esse in potiundo periculum non vis. Heaut. II. 3. 82. Tuum tibi reddo. Heaut. IV. 4. 20. Quid tua istaec? Eun. II. 3. 25. Id tua refert nihil. Hec. IV. 3. 12. *vid.* Refert. Ita tu istaec tua misceto; ne me admisceas. Heaut. IV. 5. 35. Ut alia facta tua sunt. Phorm. V. 8. 31. Tua justa. Phorm. II. 1. 50.

V. U.

Vacivus. Vacuus.) Sine me vacivom tempus ne quod duim mihi laboris. Heaut. I. 1. 38. *ubi tamen* Vacuum & dem *legunt* Mſ. Graev. Edd. Tarvis. & Mediol. *notante Westerhovio. idem allegavit* Plaut. Bacchid. I. 2. 46.

Valens afflictet me vacivom *virium.*

& Phaed. V. Prol. 14.

Quartum Libellum dum tu vacive *perleges.*

Vectis.)

Vectis.) In medium huc agmen cum vecti, Donax. Eun. IV. 7 4.

Vehemens in utramque partem es nimis. Heaut. III. 1. 31. Satis vehemens causa ad objurgandum. And. I. 1. 123. Eugraphio *exponitur idonea.* Paraphrastae Delph. *valida.* Maledictum vehemens. Adelph. Prol. 17.

Vehementer velim. Eun. V. 9. 39. Amoque, & laudo, & vehementer desidero. Hec. III. 5. 48. Id mihi vehementer dolet. Adelph. IV. 5. 48.

Veho.) Audivi ex nauta, qui illas vexerat. Phorm. IV. 1. 10. Coëmisse, hinc quae illuc veheres, multa. Adelph. II. 2. 17.

Vel vi, vel clam, vel precario. Eun. II. 3. 27. Vel tu, vel quod verum est, vel quod &c. And. V. 4. 2. Si cognoris vel me, vel amorem meum. And. IV. 1. 28. Vel me monere hoc, vel percontari puta. Heaut. I. 1. 26. Per te vel uti quaestum faceret, *vel* uti veniret palam. Heaut. IV. 1. 27. Vel hoc quis non credat — ex te esse ortum. ɔ: *Si non cetera, saltem hoc,* aut, Non *modo cetera, sed etiam hoc.* And. III. 2. 9. Non ego illâ caream — vel totum triduum? Eun. II. 1. 18. Isl. Jafnvel. Dan. Om det endda var 3 Dage. *Sic:* Ego illum Eunuchum — vel sobrius. Eun. III. 2. 26. Vel rex semper maxumas mihi agebat. Eun. III. 1. 7. ɔ: *Non modo alii me magni faciebant, sed etiam* Rex *&c aut, Ne quid de aliis dicam, Rex certe (quidem) &c. conf.* Heaut. III. 3. 7. Hec I. 1. 3. Ubi ego — abiero, vel occidito. ɔ: *non modo caedito, sed etiam &c.* Phorm. I. 2. 93 *conf.* V. 7. 96. Vel, *pro certè, saltem, videtur positum in hoc:* Quod ego vel primum puto. Eun. V. 9. 51. i. e. *Alios nescio, quanti id ducant, ego certè primum &c. Sic:* Vel me haec deambulatio — ad languorem dedit Heaut. IV. 6. 2. *Sunt tamen, qui* Vel *hic capiant pro* Etiam, *& ad* Deambulatio *referant; sunt &, qui per* Velut *exponant, quod quidem commode fieri potest, at dubito interim, num id conveniat genio Latini sermonis.* Vel heri in vino quam immodestus fuisti! ɔ: *Ne alia tua proterva facta dicam, saltem* heri *&c.* Heaut. III. 3. 7.

Vendo.) Neque illam sane studeo vendere. Adelph. IV. 7.

Non

Venustus.) Voltu adeo — venusto, ut nihil supra. And. I. 1. 93.

Verbena.) Ex ara hinc sume verbenas tibi, atque eas *(puero)* substerne. And. IV. 3. 11. Verbenae *quasi* herbenae, *redimicula sunt ararum.* Donat. *De* Verbena *vid.* Plin. XXIX. 2. *Postea translata vox ad omnes herbas e loco publico collectas, quae sacris rebus adhiberentur.* Plaut. Truc. II. 5. 27.

fer huc verbenas *mihi*, *thus & bellaria.*
Date aquam manibus.

Cic. Verr. IV. 50. *Praestò mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac* verbenis *fuerunt.* Virg. Ecl. VIII. 64.

Effer aquam, & molli cinge haec altaria vitta,
Verbenas*que adole pingues, & mascula thura.*

[*ad quem locum consulas* Servium *&* Turnebum.] Horat. Carm. I. 19. 13.

Hic vivum mihi cespitem, hic
Verbenas, *pueri, ponite thuraque.*

Porro Verbenam *in foederibus pangendis e monte Capitolino avellebat Pater Patratus.* Westerhov. *adde* Servium *ad* Virg. Aen. XII. 120.

Verbera.) Tibi erunt parata verba: huic homini (ɔ: *mihi*) verbera. Παρονομασία. Heaut. II. 3. 115. Verberibus caesum te in pistrinum dedam usque ad necem. *(Figura Hyperbaton; nam* τὸ usque ad necem *pertinet ad* Verberibus caesum, *ut arbitror.)* And. I. 2. 28. Westerhovius *composuit* Plaut. Epid. I. 2. 16.

Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo.

Verbero. *Verb.*) Non puduisse verberare hominem senem? Adelph. IV. 2. 23. Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus Adelph. II. 2. 5.

Verbero, *Vocabulum convicii in servum.* Phorm. IV. 4. 3. V. 6. 10.

Verbum, *Dictum, effatum, integra sententia.* Eun. I. 2. 95. 98. And. I. 5. 5. Adelph. V. 8. 29. Verbum, *proverbium, proverbialis sententia. Sic:* Verbum — verum est, volgo quod dici solet. Vetus verbum. And. II. 5. 15. Eun. IV. 5. 6. Adelph. V. 3. 17. Unum aliquod verbum

Heaut. I. 2. 1. Ne quid vereare, si &c. Heaut. V. 1. 66. Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem. Phorm. V. 1. 18. Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis. Adelph. IV. 5. 64. Ego nonnihil veritus sum abs te, ne &c. And. III. 4. 3. *Breviter, pro, Veritus ne quid abs te fieret. sic ut supra,* Heu metui a Chryside. *Et* Cicero, Quod precatus sum a Diis immortatibus. *pro eo quod est, quae a Diis petii, precatus eos.* Donat. In loco vereri. Adelph. V. 3. 42. Veritus est optumae adolescenti facere injuriam. ɔ: *iniquum & inhonestum sibi (probo viro indignum) putavit, abs se violatam deserere.* And. III. 2. 8. Num veritus? sc. *meum edictum, & comminationem.* Ibid. vers. 16. Saevitiam *alicujus vereri.* Eun. V. 2. 15. Neque hujus sis veritus foeminae primariae, quin — ei faceres contumeliam. Phorm. V. 7. 78. & 79. *etiam* Afranius *apud* Nonium, Vereor *construxit cum Genitivo.* Patris conspectum *vereri.* Phorm. II. 2. 1.

Verisimilis.) Est verisimile. Heaut. V. 2. 37. Mihi quidem — non fit verisimile. And. I. 3. 20. Non verisimile dicis: nec verum puto. Hec. I. 2. 65. Tot concurrunt verisimilia. Adelph. IV. 4. 17.

Veritas odium parit. And. I. 1. 41. Cicero in Laelio: *Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit:* Obsequium amicos, veritas &c. Tertullian. Apolog. cap. XXV. *Plane olim, id est, semper, veritas odio est.* Lactant. Divin. Instit. Lib. V. c. 9: *Tam pertinacis odii, quam potissimum causam esse dicamus? Utrumne* Veritas odium parit? *ut ait Poëta, quasi divino spiritu instinctus.* Lindenbrog. *Islandica Paroemia est:* Komdu fyri hvers manns dyr, og segdu alldri nema satt, og þo verdr þu hverium manni Hvimleidr. ɔ: *Accede ad ostium cujusvis hominis, & dic nunquam nisi verum, & tamen fies cuivis homini odiosus (detestabilis).*

Vero, *Consentientis adverbium, vel Adfirmantis.* Ego vero maneo. Eun. V. 2. 55. *conf.* And. I. 2. 15. II. 1. 37. Heaut. II. 3. 3. III. 2. 27. IV. 3. 14. Gestire. Th. Vero. ɔ: *Profecto, sic est.* Eun. III. 1. 12. Illa — ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum, ɔ: *sanè* l. *valde.*

Eun.

Eun. III. 5. 27. *Saepe ex abundanti eleganter & emphatice additur Pronominibus demonstrativis, ut:* Eas — factas prius Latinas sciſſe ſe, id vero pernegat. Non tam — dono, quam abs te datum eſſe, id vero — triumphat. Tum hoc alterum, id vero eſt, quod mihi puto palmarium. Eun. Prol. 34. III. 1. 3. V. 4. 8. *conf.* Hec. III. 3. 43. Dan. Det er juſt det, ſom &c. Vero, *Ironiae ſervit:* Quia vero hae mihi patent ſemper fores. Mira vero militi quae placeant. Eun. I. 2. 9. II. 2. 57. *quò forſan addendum* And. III. 4. 17. *Ex indignantis affectu uſurpatur in hiſce:* Move vero ocius te. Itane vero obturbat? Ain' vero, canis? Eun. V. 3. 3. And. V. 4. 23. Eun. IV. 7. 33. Vero, *pro, verè, ex veritate.* Adelph. III. 3. 51. Hec. III. 1. 26. Heia vero. Hec. II. 2. 8. Immo vero. And. V. 2. 13. Hec. IV. 4. 104. Phorm. V. 7. 43. V. 8. 65. Quaſi vero. Eun. IV. 4. 18. Quid ita vero? Eun. V. 2. 22. Vero, *quidem, certe:* Viſa vero eſt — aquilae ſenectus. Quin ego vero — neſcio. Heaut. III. 2. 9. V. 1. 71.

Verſor.) Neſcis, quantis in malis verſer miſer. And. IV. 1. 25.

Verſura l. *Vorſura.*) Vorſuram (Vorſurâ) ſolves, Geta. Phorm. V. 2. 15.

Verſus l. *Vorſus.*) Ubi eò veneris, clivos deorſum vorſus eſt. Adelph. IV. 2. 36.

Verto l. *Vorto.*) Quid agam? quò me vertam? Hec. IV. 1. 1. Redigam, ut, quò ſe vertat, neſciat. Heaut. V. 1. 73. Dî vortant bene (bene vortant), quod agas! Hec. I. 2. 121. Phorm. III. 3. 19. Minis viginti tu illam emiſti, quae res tibi vortat male! Adelph. II. 1. 37. Puer natus eſt. Mi. Dî bene vortant! Adelph. IV. 7. 10. Bene *vertere,* ɔ: *transferre.* Eun. Prol. 7.

Verùm.) Siquidem biduum; verum ne fiant iſti viginti dies. Eun. I. 2. 103. Si certum eſt facere, facias: verum, ne poſt conferas culpam in me. Eun. II. 3. 96. Illi invidere miſere, verum unus tamen impenſe. Eun. III. 1. 22. Verum enim. Phorm. III. 3. 22. Adelph. II. 1. 47. Verum enim ſi. Eun. IV. 6. 4. Verum enim vero. Adelph. II. 3. 2.

Vesper.)

Vesper.) Usque ad vesperum. Hec. III. 4. 28. Heri — vesperi. And. IV. 4. 29. Numquam tam mane —, neque tam vesperi &c. Heaut. I. 1. 15.

Vesperascit. Heaut. II. 3. 7.

Vester. Voster.) Senex vester, sc. *herus.* Heaut. IV. 3. 34. *conf.* vers. 28. Phorm. I. 2. 98. Cujum puerum huc adposuisti? My. Vestri. Da. Cujus vestri? My. Pamphili. And. IV. 4. 26. ɔ: *Vestri herilis filii* l. *heri minoris.* Lindenbrogius & Alii *legunt* Cujus? nostri? *Rursus* Alii, *in quibus* MS. Bodl. Cujus nostri? *Westerhov.* Syrus cum illo vestro consusurrat, sc. *Servo.* Heaut. III. 1. 64. Vestrum judicium fecit. Heaut. Prol. 12. Vostrum à Vos: Cujus mos maxume 'st consimilis vostrum, sc. *moribus, pro, moribus vestris.* Heaut. II. 4. 13. Omnium — vostrarum. Vostrarum nulla est. *pro Vestrum.* Heaut. Ibid. vers. 6. Hec. II. 1. 43. *Sic:* Plaut. Mostell. I. 3. 123. *Maxima — pars* vostrorum *intelligit. Respice supra,* Noster.

Vestimentum.) Nihil relinquo in aedibus, nec vas, nec vestimentum. Heaut. II. 1. 98 *ubi* Vestimenti *nomine Vestes stragulas & tapetes etiam intelligi, rectè monet* Westerhovius. Lectus vestimentis stratus est. Heaut. V. 1. 30.

Vestio.) Ancillae tot me vestiant? Heaut. I. 1. 78. Mediocriter *vestita* veste lugubri. Heaut. II. 3. 45.

Vestis.) Capias tu illius vestem. Eun. II. 3. 78. *Mutare* vestem. Eun. III. 5. 61. — — cum *aliquo.* Ibid. vers. 24. Quid vestis mutatio *(est tibi)?* Eun. IV. 4. 4. Istam quam habes, unde habes, vestem? Ibid. vers 28. Vestem *detrahere alicui.* Ibid. 40. Vestem omnem miserae discidit. Eun. V. 3. 4. *conf.* Adelph. I. 2. 41. Ubi vestem vidit illam esse eum indutum. Eun. V. 7. 14. Varia veste exornatus. Eun. IV. 4. 16. Conscissa *vestis.* Eun. V. 1. 4. *Vestita* veste lugubri. Heaut. II. 3. 45. Nolo me — cum hac veste videat. Eun. V. 2. 68. Aurum, & Vestis, *junguntur.* Heaut. II. 3. 7. & 11. IV. 5. 30. IV. 8. 15. III. 1. 43. Sponsae vestem, aurum — opus esse. Heaut. V. 1. 20.

Vestitus.) Qui — vestitus! Eun. II. 2. 11. Quid sibi hic vestitus quaerit? Eun. III. 5. 10. Ibi tuae stultitiae

semper erit — victus, vestitus. Heaut.V. 2. 15. Vestitus turpis. Phorm. I. 2. 57. Vestitu nimio indulges. Adelph. I. 1. 38.

Veterator. Heaut. V. 1. 16. And. II. 6. 26. Eugraphio *exponitur callidus & astutia vetusta roboratus. Auctore* Festo, Veteratores *callidi dicti a multa rerum gerendarum* vetustate. "*Mancipiorum usualium duplex genus, novitiorum & veteranorum. Ac plerumque novitia mancipia intelliguntur, quae annum nondum servierunt, & propterea rudia sunt ac simpliciora* [*conf.* Eun. III. 5. 34.] *Veterana autem quae anno continuo in urbe servierunt, & id propter astuta & callida.* Marcianus l. 16. §. 3. ff. de Publicanis. Ulpianus l. 37. ff. de aedil. edict. *Hinc itaque Versuti, & multa arte exercitati*, Veteratores *dicti sunt.* Glossar. Veterator. πάλαιομάλωψ, παλίντριψ, τρίβακὸς, ἀπατέων. Lindenbrog.

Veternosus.) Hic est vetus, vietus, veternosus. Eun. IV. 4. 21.

Veto.) Tute loqueris: me vetas. Hec. III. 1. 37. An proximo jussa est dari, ut —? quod tu vetas. Phorm. II. 3. 70. Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi negotî incipere. Phorm. IV. 4. 28. Ait, vetitum esse intro ad heram accedere. Phorm V. 6. 25.

Vetus, vietus *(homo)*. Eun. IV. 4. 21. Vetus Poëta (Poëta vetus). Heaut. Prol. 22. Phorm. Prol. 1. & 14. And. Prol. 7. *ubi* Donato Vetus *est Cariosus & quasi rancidus, atque ideo malevolus.* Vetus Fabula. Eun. Prol. 25. Veteres & Novi *(scriptores)*. Ibid. 43. *Vetus consuetudo.* Hec. Alt. Prol. 29. Vetus verbum. Vetus dictum. Adelph. V. 3. 17. Eun. II. 1. 38.

Via.) Jam pedum visa est via. Phorm. II. 2. 12. Quam insistam viam? Quâ *(cum)* quaerere insistam via? Eun II. 3. 3. Phorm. I. 4. 15. *Nosse* viam. *Scire* viam. Heaut. II. 3. 7. Hec. III. 2. 25. Eo recta via illuc. Phorm. II. 1. 80. Quin — in pistrinum recta proficiscar via. And. III. 4. 21. Una accedundi *(ad eos)* via 'st? Heaut. III. 3. 22. Ad *aliquem adfectare* viam. Heaut. II. 3. 60. Phorm. V. 7. 71. Ego hanc primus inveni viam. Eun. II.

ubi Pronomen δεικτικὸν *est, nutu aut digito monstrantis aedes ejus, de quo loquitur.*

Vicis.) Menedemi vicem miseret me. Heaut. IV. 5. 1.

Vicissim.) Da te mihi vicissim. Heaut. IV. 3. 10. Vicissim partes tuas acturus est. Phorm. V. 5. 7. Vicissim, i. e. *Ex vice, secundum vicem, ut ordo postulat.* Heaut. II. 3. 69. Eun. IV. 7. 45. *Est tamen, ut significet utrobique: Ex altera parte, e contrario.*

Vicissitudo.) Omnium rerum vicissitudo est. Eun. II. 2. 45.

Victito.) Bene libenter victitas. Dan. Du giver giærne sevet aot, Plevet dig vel. Eun. V. 9. 44.

Victus.) Ibi tuae stultitiae semper erit praesidium, victus, vestitus. Heaut. V. 2. 15. Lana ac tela victum quaeritans. And. I. 1. 48. Facile victum quaerere. Eun. II. 2. 30. Victum vulgo quaerere, i. e. *meretricio quaestu uti.* Heaut. III. 1. 33.

Videlicet, *in fine positum.* Heaut. II. 3. 22. — *initio positum.* Heaut. II. 3. 3. Adelph. III. 4. 4.

Video.) Ego vero audio nunc demum, & video, & valeo. Heaut. II. 2. 3. Plus spei video, quam volo. Heaut. IV. 1. 46. Ut istam rem video. Ut video ego tuam ineptiam. Qvantum ego illum vidi. Ut patrem tuum vidi esse habitum. Heaut. IV. 8. 29. Adelph. IV. 7. 31. Eun. IV. 1. 1. Heaut. II. 4. 22. Nisi aliquid video, ne. i. e. *aliquo modo provideo.* Heaut. IV. 2. 3. Nisi vides, i. e. *Curam geris.* And. II. 2. 36. Westerhovius *inter alia laudat* Ovid. Arte Am. I. 587.

Inde procurator nimium quoque multa procurat,
Et sibi mandatis plura videnda putat.

Video *(eos)* sapere, intelligere. Te video nostrae familiae — ex animo factum velle, i. e. *sentio, intelligo.* Adelph. V. 3. 41. V. 7. 20. Noster socer, video, venit. Hec. V. 2. 4. *ubi notandum* Video *absolutè positum, quomodo supra in* Credo, Opinor, Puto, *observatum est.* Viden', *Videsne.* And. III. 5. 10. Eun. II. 2. 10. IV. 6. 16. IV. 7. 13. Viden' tu? Heaut. II. 3. 11. *Admirantis cum indignatione, ut censet* Westerhovius. Viden' — cibus quid faciat alienus? Eun. II. 2. 34. i. e. *Perspicuumne est? Nonne licet*

IV. 8. 31. Aliud lenius *(vinum)*, sodes, vide. i. e. *procura, cura praeberi.* Heaut. III. 1. 50. Illud sis vide exemplum disciplinae. *Mirantis cum irrisione.* Adelph. V. 1. 4. Unam hanc vide *(miseriam).* i. e. *Specta, intuere (animo), considera.* Hec. III. 4. 6. *conf.* II. 1. 26. Huc veni, ut *(eam)* videam, i. e. *visam, conveniam.* And. IV. 5. 23. Videre ait te cupere. And. IV. 2. 5. Cupio jam videre *(gnatum).* Heaut. III. 1. 88. *conf.* Eun. III. 5. 13. Videre nolle *(aliquem)* i. e. *invisere* n. Hec. I. 2. 108. Neque respondeo, prius quam gnatum video. i. e. *convenio, cum eo loquor.* Phorm. V. 8. 56. Ut uxorem meam unà mecum videam liberam. Adelph. V. 9. 16. Videas, quid velit. Heaut. IV. 1. 6. i. e. *Explores.* Videas te atque illum, ut narras. Phorm. II. 3. 21. Videat qui fiet. And. V. 4. 16. i. e. *Caveat, qualem se praebeat (erga me); aut, Ipse praestabit qualis sit*, Isl. Han má siálfr ábyrgiaz hverr edr hverniq han er, Dan. Det maa være hans Sag hvem han er. *Fateor sensum nondum mihi esse satis perspectum.* Aliena melius *videre*, quam sua. Heaut. III. 1. 98. Viderem, audirem, essem una, quacum cupiebam. Eun. III. 5. 26. At quem virum! quem ego viderim in vita optumum. Phorm. II. 3. 20. Recte ego mihi vidissem i. e. *providissem, consuluissem.* Phorm. I. 4. 12. Ego istaec, recte ut fiant, videro. And. II. 6. 25. *conf.* Adelph. V. 3. 59. Ego videro. Adelph. IV. 1. 22. Post de matre videro. Hec. IV. 4. 78. i. e. *Consulam, quid de ea faciendum sit.* Quem tu vero videre velles. i. e. *formâ oppidò adspectabilem.* Eun. IV. 4. 20. Hunc videre saepe optabamus diem. Hec. IV. 4. 29. Videre videor jam diem illum, quum. Adelph. III. 3. 30. Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed. Ibid. vers. 33. Si non tangendi copia est, eho, ne videndi quidem erit? Eun. IV. 2. 11. Cupida eram —, vos hic videndi. i. e. *conveniendi.* Hec. I. 2. 17. Ejus (ɔ: *eam*) videndi cupidus. Hec. III. 3. 12. Videndum est, amici — res — in tuto ut collocetur. Heaut. IV. 3. 16. i. e. *curandum.* Videndum est, ne minus — impetrem *&c.* Hec. V. 1. 3. Prudens, sciens vivus vidensque pereo. Eun. I 1. 28. Videre videor *&c.* Adelph. III. 3. 30. Quis videor? And. IV.

Vitium

quam victurum diem. Adelph. III. 2. 34. Uno digitulo fores aperis fortunatus. Eun. II. 2. 53. Si illam digito attigerit unô. Eun. IV. 6. 2. Cum uno (*viro*) aetatem *degere*, i. e. *in legitimo vivere matrimonio*. Phorm. II. 3. 70 Vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretum est viro. Heaut. II. 4. 12. Uno animo omnes socrus oderunt nurus. Hec. II. 1. 4. Una 'st domus. Eun. V. 9. 8. Una haec spes est. Eun. II. 3. 4. Una harum quaevis caussa me monet. And. V. 4. 1. Una injuria est tecum, altera est tecum. Phorm. V. 7. 90. Forte ûnam adspicio adolescentulam. And. I. 1. 90. *ubi* Unam παρέλκει, *aut pro* Quandam *ponitur. conf.* Eun. II. 1. 23. var. Lect. *atque ibi* Westerhovium. Donatus *ita ad Locum* Andriae *citatum: Ex consuetudine dicit* Unam, *ut dicimus*, Unus est adolescens. *tolle* Unam, *& ita fiet, ut sensui nihil desit: sed consuetudo mirantis non erit expressa.* Unam *ergo* τῷ ἰδιωτισμῷ *dixit: vel* Unam, *pro* quadam (quandam. Lindenbrog. *adsentiente* Westerhov.) Unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, fratrem homini nemini esse &c. Adelph. II. 3. 5. Unam fac domum. Adelph. V. 7. 11. Jubeo, quam maxime unam facere nos hanc familiam. Adelph. V. 8. 3. *conf. supra citatum* Eun. V. 9. 8. Per ejus unam, aut vivam aut moriar sententiam. Phorm. III 1. 19. Unam praeterea horam ne oppertus sies. Phorm. III. 2. 29. Meretrix & materfamilias una in domo, i. e. *eâdem*. Adelph. IV. 7. 29. Unâ — nos sibi operâ amicos junget, i. e. *simul*. Hec. V. 2. 32. Ex unis geminas mihi conficies nuptias. And. IV. 1. 51. Aderit unà in unis aedibus, i. e. *iisdem*. Eun. II. 3. 75. Unum aliquod verbum. Hec. III. 1. 33. Unum hoc scio. Hoc ego scio unum, i. e. *solum*. And. I. 5. 46. Phorm. I 2. 87. And. III. 2. 26. Unum hoc scito. Eun. V. 2. 38 Unum hoc — oro. Eun. V. 9. 54. Te hoc moneo unum Hec. V. 1. 39. Unum hoc habeo. Adelph. II 2. 31. Verbum si mihi unum praeterquàm &c., faxis. And. IV. 4. 14. *conf.* I. 5. 65. Adelph. I. 2. 55. Numquam — tecum *commutaturus* unum *est* verbum. And. II. 4. 8. Solum unum hoc vitium. Adelph. V. 3. 47. *sic:*

Unam

Volun-

num. sunt qui de consuetudine *intelligant*. Heaut. I. 1. 28. *conf.* 29. Non usus veniet, spero. Si usus veniat. Quum usus venerit. Si quid usus venerit. Heaut. III 2. 42. 45. & 46. Adelph. V. 6. 7. Mihi usus venit, i. e. *evenit, ut dura esset provincia*. Phorm. I. 2. 23. *conf.* III. 2. 20. Moneo, quid facto usus fiet, i. e. *quid facere oporteat* l. *expediat*. Adelph. III. 3. 75. Non usus facto est mihi, hunc intro sequi. Hec. III 1 47. An — quidquam Parmenonem praetereat, quod facto usus fiet? Hec. V. 4. 38. Usus semper aliquid *adportat* novi. Adelph. V 4. 2. Ex usu *esse, pro, expedire, utile esse; de re*. Hec. IV. 3. 10. IV. 1. 33. *conf.* Heaut. I. 2. 36. II. 1. 9. *De homine:* Nec magis de usu tuo nemo est. Eun. V. 9. 47.

Ut.) Id metuo, ut credant. Adelph. IV. 4. 17. Id paves, ne ducas tu illam, tu autem, ut ducas. And. II. 2. 12. Modo ut, *pro, dummodo, aut* Metuo *subauditur*. And. II. 4. 6. Phorm. V. 2. 8. Feci e servo ut esses libertus mihi. And. I. 1. 10.

Ut, *pro Quemadmodum*.) Age, age, ut lubet And. II. 1. 10. Faciam, ut mones. — ut jubes. Hec. IV. 4. 97. Phorm V. 3. 12. Ut fit. Eun. I. 2. 18 Ut est ille, bonus vir. Ut homo est. Ut patrem tuum vidi esse habitum. Phorm. IV. 3. 33. V. 2. 9. Heaut. II. 4. 22. Geta, ut captus est servorum, non malus Adelph. III. 4. 34. i. e. *pro eo ac de servo expectari potest, in quantum (quatenus) servus quisquam potest esse bonus*. Itidem —, ut. Eun. II. 3. 93. Hec. I. 2. 75. Sic —, ut. Ut —, ita. Adelph. III. 3. 44. & 45.

Ut, *pro Quam, Quomodo*. Ut falsus animi est! Eun. II. 2. 43. Ut errat! Heaut. IV 8. 3. Ut elegans est! Heaut. V. 5. 19. Ut nihil pudet! Phorm. IV. 3. 39. Ut ludos facit! Phorm. V. 7. 52. Illud vide; os ut sibi distorsit carnufex! Vide, ut otiosus it, —! Eun. IV. 4. 3. V. 3. 10. Narrat —, ut virgo ab se integra — fiet Hec. I. 2. 70. *quamquam* Ut *hic videri possit esse positum pro* Quod. *conf.* Eun. I. 2. 48.

Ut, *pro Postquam*. And. III. 4. 11. Hec. III. 3. 5. V. 1. 25. Phorm. IV. 3. 12. V. 6. 19. Adelph. IV. 4. 8.

FINIS INDICIS TERENTIANI.

CORRECTIO ERRATORUM
in Textu Terentii & ad eum Notis.

Pagin. 8. verf. 17. *lege*, exprobratio, *pro* exprobatio. Ibid. not. 13. Praedicuntur, *pro* Praedicantur. Pag. 9. vf. 32. ftudebat, *pro* ftunebat. Pag. 12. vf. 77. quibus, *pro* quihus. Pag. 18. not. 16. liberioris, *pro* iberioris. pag. 23. vf. 15. *poft* fcis, *Quaeftione diftingue;* & vf. 21. *Poft* cogito, *puncto diftingue.* Pag. 48. vf. 45. *Commate,* & vf. 50. *Puncto claude.* Pag. 76. vf. 17. *puncto claude.* Pag. 85. vf. 22. Chryfidis, *pro* Chryfides. Pag. 87. te credo credere, *pro* credo te, credere. Pag. 89. vf. 2. *poft* nunc, *infere* fic. Pag. 99. n. 3. *lege* miftam e. & n. 23. fcilicet, *ac* illa, *pro* fciliceta, *ac*, ill. Pag. 115. vf. 10. fcit, *pro* fit. Pag. 118. n. 2. relictas, *pro* rectias. Pag. 119. n. 7. *l.* Hendiadyn. Pag. 125. vf. 71. *infere* Sy. *ante*, Quo illam. Pag. 144. n. 58. *fcribe* πυτίζω. Pag. 159. vf. 15. alium, *pro* aliud. Pag. 175. vf. 6. *infere* qui, *ante* ufque. Pag. 202. vf. 12. *praepone* Ch. Pag. 205. vf. 3. τῷ praeftat *punctum adpone.* Pag. 215. not. 62. *fcribe* βιάζεσθαι, & Pag. 221. n. 10. *fcribe* ζῇ. Pag. 231. not. *. quae, *pro* qure, & quare. Pag. 244. confenfus,

pro

pro concenſus. Pag. 264. n. 59. *poſt* Aediles emerunt, *puncto diſtingue.* Pag. 274. n. 40. fingit audire, *pro* fingti dire. Pag. 302. n. 8. *ad* proprio nomine, *inſere, domina.* Pag. 311. n. 16. GENTIUM, *pro* GENIUM. Ibid. n. 20. *lege* 38. *pro* 39. Pag. 318. n. 51. *lege* ἐξȣθενισμω, & *ei voci punctum adpone.* Pag. 319. n. 57. h. e. *pro* li. &c. Pag. 324. μέν, *pro* μένσ. Pag. 358. n. 21. patris, *pro* patis. Pag. 388. n. 52. RIDICULE; *pro* REDICULE. Pag. 392. n. 68. invitum, *pro* invirum. Pag. 409. vſ. 32. *poſt* minime, *Comma expunge.* Pag. 426. n. 25. hic, *pro* hoc. Pag. 427. n. 30. *dele punctum poſt* affero. Pag. 463. n. 1. ſpectatoris, *pro* pectatoris. Pag. 464. n. 8. column. 2. uncias, *pro* unicas. Pag. 549. n. 66. templo, *pro* tempio. Pag. 551. n. 72. *lege* συγγνώμην. Pag. 552. motibus, *pro* moribus. Pag. 588. n. 15. Tantundem, *pro* Tantundum. Pag. 614. n. 141. pugnum, *pro* pugnam. Pag. 669. not. 26. imprudenti, *pro* imprudentis. Pag. 671. n. *. ſive, *pro* ſi. Pag. 676. n. 45. FACESSAT, *pro* FACCESSAT. Pag. 691. vſ. 14. *poſt* novi, *colo diſtingue.* Pag. 697. n. 38. *lege*, infatuati rentur, *deletô Hyphen.* Pag. 724. vſ. 11. *lege* defatiget. Pag. 726. vſ. 20. τῶ Au! *adde* obſecro. Pag. 735. n. 5. libertate, *pro* liberalitate. Pag. 751. n. 52. *lege* Nepos. III. 1. 4. Pag. 774. n. 84. *quemquam*, pro *quamquam.* Pag. 785. n. *. quaſi jam, *pro* quam jam. Pag. 796. n. 60. gloriatur, *pro* gloritur. Pag. 800. *l.* 89. *pro* 59. Pag. 915. n. 45. lautum, *pro* lautem. Pag. 925. n. 24. *ſcribe* Ἀριθμητική. Pag. 931. n. 1. orationem, *pro* rationem. Pag. 1092. vſ. 19. *poſt* haec omnia *colo diſtingue.* Pag. 1114. n. 70. quantumcunque, *pro* quantumque. Pag. 1138. n. 85. ἑαυτῶ, *pro* ἑαυτεῖ. Pag. 1148. n. 45. queſtum, *pro* quaeſtum. Pag. 1155. n. *. eſſe, *pro* aſſe. Pag. 1167. n. 30. col. 1. Quae, *pro* Qune. Pag. 1168. n. 35. planius, *pro* plannis. Pag. 1189. n. 48. alieni, *pro* alleni. Pag. 1191. n. 52. odioſas, *pro* odioſa. Pag. 1196. n. 73. oblatum, *pro* oblatam. Pag. 1202. vſ. 17. ex, *pro* ea. Pag. 1215. n. 92. quamquam, *pro* quumquam. Pag. 1271. vſ. 3. qui, *praepone* τῶ ita. Pag. 1341. n. 49. *ſcribe* Hendiadyn. Pag. 1378. n. 45. Philumenae, *pro* Philomenae.



